CARTULAIRE GÉNÉRAL

DE L'ORDRE DES

HOSPITALIERS

DE

S. JEAN DE JÉRUSALEM


(1100-1310)

PAR

J. DELAVILLE LE ROULX

TOME QUATRIÈME (1301-1310)

ADDITIONS ET TABLE



PARIS

ERNEST LEROUX, ÉDITEUR

28, RUE BONAPARTE, 28

—

M D CCCCVI

CARTULAIRE GÉNÉRAL
DES HOSPITALIERS
DE S. JEAN DE JÉRUSALEM



CHARTRES. — IMPRIMERIE DURAND, RUE FULBERT.



CARTULAIRE GÉNÉRAL

DE L'ORDRE DES

HOSPITALIERS

DE

S. JEAN DE JÉRUSALEM


(1100-1310)

PAR

J. DELAVILLE LE ROULX

TOME QUATRIÈME (1301-1310)

ADDITIONS ET TABLE



PARIS

ERNEST LEROUX, ÉDITEUR

28, RUE BONAPARTE, 28

—

M D CCCCVI

CARTULAIRE

4526. — 2 janvier 1301, Murcie.

Jacques II, roi d'Aragon, de Valence et de Murcie, ordonne au commandeur de Calatayud de lui payer, sur le vu du présent mandement, quatre cents sous de Jaca pour le droit de gîte[1].

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, chartes royales, n° 1074 (orig.).

Datum Murcie, IIII nonas januarii, anno Domini millesimo trescentesimo.

4527. — 18 janvier 1301, Mirow.

Nicolas II de Parchim, prince de Werle, confirme aux Hospitaliers de Mirow toutes leurs possessions, et leur donne Roggentin, Leussow et le Bullow-See.

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (2 expéd. orig.)[2]. — Texte : *Meklenburg. Jahrbücher*, II, 241 ; *Meklenburg. Urkundenbuch*, V, 3.

Nycholaus, Dei gratia dominus de Werle, omnibus Christi fidelibus, presens scriptum visuris et audituris, salutem in Domino sempiterno[3]. Ea que fiunt in tempore, ne simul recedant cum tempore, solent in lingua testium poni, et scripture memoria perhennari. Hinc est quod omnibus, tam presentibus quam futuris, ad quos scriptum pervenerit, volumus esse notum, presentibus publice protestantes, quod Hinricus[4], pater avi nostri karissimi Nycolai de Werle[5], ex consensu ipsius et ex bona voluntate Johannis[6], Hinrici[7], Pribzlay[8], fratrum suorum, et Johannis[9] et Hinrici[10], natorum suorum, virorum nobilium, donavit sacre domui Hospitalis Jherosolimitani, et fratribus in Mirow in Christo reverendis, diversis temporibus, in subsidium Terre Sancte, ob honorem Dei sanctique Johannis Baptiste, pari-

1. Même ordre au commandeur d'Añon (*Ibid.*, n° 1080, orig.). La présence de ces deux mandements originaux aux Archives de la couronne d'Aragon s'explique par le fait que, quand les commandeurs eurent versé l'argent, le trésorier royal rentra en possession de ceux-ci comme pièces comptables.

2. L'éditeur du *Meklenburgisches Urkundenbuch* a eu sous les yeux une 3e expédition, qui ne se retrouve pas, à moins que ce ne soit celle du 18 janvier 1305 ; le lecteur la trouvera à cette date.

3. Une des expéditions porte : sempiternam. Nous n'avons indiqué les variantes fournies par ces expéditions que quand elles améliorent ou rectifient le texte.

4. Henri-Borwin II, duc de Mecklembourg, mort en 1226.

5. Nicolas I, seigneur de Rostock et prince de Werle, mort en 1277.

6. Jean I, duc de Mecklembourg (1237-1264).

7. Henri-Borwin III, seigneur de Rostock (1237-1278).

8. Pribislav I, seigneur de Richenberg-Parchim, mort en 1270.

9. Jean I, seigneur de Parchim et Güstrow conjointement avec son frère Henri I de 1277 à 1282, puis seul seigneur de Parchim. Il mourut en 1283.

10. Henri I, seigneur de Werle-Güstrow conjointement avec son frère Jean I de 1277 à 1282, mourut en 1291 (V. la note précédente).

terque in remissionem suorum peccaminum videlicet et progenitorum ac filiorum, heredum ac suorum successorum, proprietatem villarum seu mansorum Granzowe, Mirowe, Petzeke, Lenst ac Vlete sub certis terminis suis pleno jure, tam pro Deo quam pro pecunie summa c marcarum examinati argenti, libere et perpetue possidendum. Que vero proprietas predictarum villarum, cum suis omnibus pertinenciis, pratis, pascuis, campis, silvis, terris cultis et incultis, prediis urbanis et rusticis, introeuntibus[1] et exeuntibus[2], viis et inviis, palludibus, stagnis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, judiciis et jurisdictionibus, juribus patronatus, et generaliter omnibus juribus et utilitatibus, est a jam dictis nostris progenitoribus karissimis rite et racionabiliter predicte domui et fratribus in Mirow elargita. Preterea nos, preces dictorum fratrum intuentes, et perturbationes ipsorum precaventes, publice recognoscimus, et, ad pleniorem ipsorum fratrum quietem et cautelam, donationem proprietatis villarum hujusmodi predictarum et mansorum ex integro renovantes, eis plenam damus facultatem in eisdem villis Slavos et Theutonicos locandi, et faciendi in ipsis bonis et de ipsis prout ipsis videri(n)t expedire. Renunciamus insuper omni juri mensurationum, exactionum, precariarum, angariarum et parangariarum, servitiorum, expeditionum, et generaliter omnium munerum et onerum, quacumque occasione ea universaliter vel particulariter inponi contigerit, quod nobis, aut heredibus, aut successoribus nostris, seu advocatis nostris, aut ipsorum nunciis quibuslibet, in eisdem bonis, aut hominibus ibidem habitantibus aut habitaturis, ad presens competit vel possit competere in futurum. Nos vero eciam, intuentes dictorum fratrum vitam celiberm, bonorum operum frequenciam, ordinis sanctitatem, speramus in anima et corpore apud Deum piis ipsorum meritis adjuvari, ad laudem Dei omnipotentis et beate Marie virginis, ac sancti Johannis Baptiste, pro salute animarum nostrarum videlicet et progenitorum ac filiorum, heredum et successorum nostrorum, et pro pecunie summa cc marcarum, ac eciam pro multimodis serviciis nobis exhibitis, proprietatem villarum ac mansorum Qualezowe et dimidii stagni, quod dicitur Kenhorst, et integri stagni, quod dicitur Gusteke, et in villa Roggentin xxx mansorum pariterque trium superfluorum mansorum, qui tres mansi dicuntur Uberslach ibidem, et integri stagni, quod dicitur Bulgelove, et in villa Loysowe xxxiii mansorum, et proprietatem ville Gardiz et x mansorum in villa Visne[3], ordini sancti Johannis Baptiste et fratribus in Mirow dedimus et presentibus damus, de bona nostre matris et nostrorum fratrum voluntate, ita ut ipsas villas seu mansos vel stagna jam dicti fratres cum omnibus suis pertinenciis, videlicet agris cultis et incultis, lignis, silvis, rubis, aquis, piscationibus, venationibus, pascuis, pratis et integris distinctionibus, et generaliter cum omni utilitate et libertate prescripta, ecclesiastico beneficio ac pleno jure, videlicet manus et colli, libere perpetue possidebunt; volentes nichilominus ut ab hominibus, easdem villas inhabitantibus et predictos mansos colentibus, et in eisdem stagnis ex jussu fratrum piscantibus, ex nunc et deinceps, per nos vel per nostros successores, aut nostros aut ipsorum advocatos, vel bodellos, vel ipsorum nuncios, nunquam precaria, nunquam curruum servicia, nunquam denarii monete, nunquam agrorum mensura vel aliqua servicia petitionum seu expeditionum requirantur, et ad custodiendum castra et propugnacula, vel quod wulgariter lantwere dicitur, nunquam de cetero tenebuntur; sed quicquid dicti fratres ordinis sancti Johannis Baptiste cum ipsis hominibus, villis, mansis vel stagnis supradictis fecerint vel facere decreverint, gratum tenebimus atque ratum. In cujus rei firmamentum, presentem paginam sigillorum nostrorum communimus

1. Une des expéditions porte: introitibus.
2. Corrigez: exitibus.
3. Deux des expéditions ajoutent: prope ville Queghow xl mansorum.

patrocinio, districte mandantes ne aliqui hominum, sive heredes nostri, vel vice heredum nobis succedentes, hec aliquatenus presumant infringere, que nobis ad utilitatem virorum religiosorum fratrum in Mirow placuit confirmare. Hujus donationis testes sunt: Conradus Buno, Nicholaus de Malin, Bernardus de Bellin, Otto de Retzow, Fridericus Brusehauere, Hinricus Wulf, Nycolaus Hane, milites fideles; Gothemarus de Retzowe, mareschalcus; Eggehardus et Ludekinus Hane, et alii quam plures, tam clerici quam layci, fide digni. Datum et actum in curia Mirow, anno Domini MCCCI, in die beate Prisce virginis.

4528. — 9 février 1301.

Altrude, veuve de Rutschard de Lorch (de Loricha), chevalier, donne tous ses biens à Hermann [de Mayence], grand-prieur d'Allemagne, et à Herbord de Lorch, commandeur de Francfort.

Source : Francfort sur le Mein, Arch. munic., ordre de S. Jean, n° 8 (orig.).

Actum et datum anno Domini MCCCI, quinto ydus februarii.

4529. — 7 mars 1301, Douai.

Roger du Four, maître de l'hôpital de S. Samson de Douai, Pierre de Rocquigny et Hugues de Ganchia, prêtres du même hôpital, chargent Henri de Nangis, maître des huissiers du pape, Raymond Faber et Jean de Bay, clercs, de poursuivre en cour de Rome l'incorporation de cet hôpital à l'ordre de l'Hôpital. (*V. plus haut,* III, *n°* 4477.)

Source : Paris, Arch. nat., S. 5042, n°s 19 et 21 (orig. notariés).

In nomine Domini, amen, anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo, indictione XIIII, pontificatus sanctissimi patris ac domini Bonifacii pape octavi anno septimo, septima die intrantis mensis marcii, in presencia mei notarii et testium subscriptorum, viri religiosi fratres Rogerus, dictus de Furno, magister seu preceptor, Petrus de Rokignies ac Hugo de Ganchia, presbiteri domus hospitalis S. Sansonis in Duaco, ordinis ejusdem sancti Constantinopolitani, asserentes ac dicentes se et domum ipsius hospitalis in Duaco cum suis pertinenciis ad tantam paupertatem et inopiam, propter guerram Flandrensem, tam incendiis, rapinis quam aliis casibus fortuitis devenisse, et tot et tantis et arduis ac inevitabilibus expensis ac debitis gravissimis erga plurimos creditores oppressos esse et fuisse, et in evidentem utilitatem et sustentacionem ipsorum magistri et fratrum ac domus totaliter conversis (*sic*) quod in bonis non habent nec habere possint ex quibus sustentari valeant quoquomodo, hospitalitate etiam pauperum, quam ab olim facere consueverunt, minime ibidem observata, propter que cultus etiam divinus inibi minuitur, status religionis vix servatur, sed pocius villipenditur, maxime cum major pars honorum, ad ipsam domum ipsius hospitalis spectancium, existencium in partibus regni Alemmagnie, per manus laicorum diu et violenter fuerit et sit occupata, et ipsi fratres a dicto regno expulsi, et impossibile sit eis, ut asserunt, rebus se habentibus ut nunc, ipsa bona sic amissa recuperare et se reducere posse ad statum quo sustentari valeant ibidem. Tum propter paupertatem et inopiam ipsorum, tum eciam quia recursum ad curiam Romanam seu ad superiorem suum, scilicet Constantinopolitanum, pro premissis, propter locorum distanciam et guerras

in partibus illis eminentes, habere non possunt; ne forte adhuc deterius eis contingat, quod absit, videlicet ne residuum bonorum suorum imperpetuum vendere, distrahere vel alienare eos oporteat, cum predicta sint adeo notoria et manifesta quod nulla tergiversacione celari possint, de proborum et principum locorum consilio, ne sic totaliter desolati remaneant et indeffensi, ad Hospitale sacre domus sancti Johannis Jherosolimitani transferre se et bona hospitalis predicti S. Sansonis in Duaco, ac ipsam domum cum suis appendiciis eidem Hospitali sacre domus sancti Johannis pure et simpliciter contulerunt, dederunt, et, quantum in eis erat, transtulerunt. Et fecerunt ac constituerunt suos veros et legitimos procuratores ac nuncios speciales, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, fratrem Henricum de Nangiaco, magistrum hostiarium domini pape, Raymondum Fabri et Johannem de Bayo, clericos, exhibitores presencium, ad supplicandum sanctissimo patri ac domino domino Bonifacio, sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, quatinus dictas collationem, donationem et translationem sic factas ratas et gratas habere, easque auctoritate apostolica dignetur confirmare. Et ad intimandum eidem summo pontifici quod citra montes aliqua alia domus hujusmodi religionis sue non sit nisi predicta, jurantes ad sancta Dei euvangelia predicti preceptor et fratres predictas donationem et translationem esse utiles et proficuas ipsis fratribus et hospitali S. Sansonis predicti in Duaco, et gravamina supradicta illata dicto hospitali esse vera. Et ad impetrandum super hoc litteras tam simplices quam legendas, et ad omnia alia et singula faciendum, que facerent seu facere possent, si personaliter interessent, ratum et gratum habentes et habituri quicquid per ipsos vel alterum ipsorum circa premissa dictum, actum fuerit seu etiam procuratum. In quorum etiam omnium testimonium et certitudinem pleniorem, predicti preceptor et fratres dicti hospitalis S. Sansonis sigillum suum, quo utuntur et usi sunt usque nunc, ut dicebant, apponi fecerunt huic presenti instrumento. Actum apud Duacum, in hospicio Foucaudi Berduine, presentibus viris religiosis fratribus Henrico Metensi, priore fratrum predictorum Duacensium; Jacobo de Fraisnoy, lectore fratrum predictorum; fratribus vero Jacobo de Tornaco, lectore fratrum Minorum Duacensium, et Terrico Mathei, de conventu fratrum Minorum Duacensium predictorum, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis (*Seing manuel*)[1]. Est. Ego Adam de Valle Hugonis, Morinensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, omnibus supradictis presens interfui, scripsi et publicavi fideliter, meoque signo consueto signavi rogatus, una cum sigillo preceptoris et fratrum S. Sansonis antedictorum.

4530. — 7 mars 1301, Douai.

Les mêmes transfèrent l'hôpital de S. Samson de Douai à l'ordre de l'Hôpital. (*V. plus haut, n°* 4529.)

Source : Paris, Arch. nat., S. 5042, n° 18 (orig. notarié).

In nomine Domini, amen, anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo, indictione xiiii, pontificatus sanctissimi patris ac domini domini Bonifacii pape octavi anno septimo, septima die intrantis mensis marcii, etc. (*La suite comme au n°* 4529, *jusqu'à ces mots* : ad Hospitale sacre domus sancti Johannis Jherosolimitani) refugium habere cupientes, sperantes a magistro et fratribus ipsius Hos-

1. Ce seing manuel représente une croix à branches égales, contenant à l'intersection des bras un quadrilobe, formé par quatre cercles qui sont tangeants l'un à l'autre deux à deux ; ce quadrilobe est à son tour inscrit dans une circonférence, qui est elle-même inscrite dans un losange, dont les bras de la croix forment les bissectrices.

pitalis se deffendi, et bona sic amissa recuperari posse, et in meliorem statum reduci, se et bona Hospitalis predicti S. Sansonis in Duaco, ac ipsam domum cum suis appendiciis eidem Hospitali sancti Johannis pure et simpliciter dederunt et transtulerunt. Promittentes michi notario infrascripto, stipulanti nomine quorum interest et interesse potest, se deinceps priori sacre domus sancti Johannis in Francia, qui pro tempore erit, obedire, et ordinatorum correctioni ac provisioni dicti prioris seu ejus mandato, secundum ordinationem et statuta ordinis ipsius sacre domus sancti Johannis predicti, in temporalibus et spiritualibus omnino subesse, fratrem, sororemve unum vel plures in eadem domo dicti hospitalis S. Sansonis non recipere, contractum aliquem venditionis, donationis, alienationis, permutationis, seu alium quencunque ad tempus seu ad vitam seu etiam imperpetuum, occasione quorumcumque bonorum, ad dictam domum S. Sansonis predicti quoquo jure pertinencium, non inhire absque speciali mandato, permissione seu jussu .. prioris antedicti, ac eciam habitum dicte sacre domus, quandocumque et quocienscumque ab ipso priore seu ex parte ejusdem fuerint requisiti, se recipere, et votum facere in ordine supradicto; volentes nichilominus et concedentes quod, si premissa aliquo casu fortuito seu impedimento, quod absit, effectum non habeant, et idem .. prior seu fratres ipsius sacre domus, seu alius pro ipsis aut nomine ipsorum, pro recuperacione bonorum, ut dictum est, amissorum, seu pro solucione debitorum ipsorum fratrum seu domus hospitalis S. Sansonis, recipiant, requirant et habeant, contradictione aliqua alicujus ipsius hospitalis S. Sansonis, cum expensis eciam et dampnis, que forte propter hoc incurrerent seu incurrere possent, non obstante. Et ad hec tenenda firmiter et observanda, ipsi magister et fratres hospitalis S. Sansonis predicti se et domum suam predictam, cum bonis et appendiciis predictis, erga ipsos .. priorem et fratres, ac eciam erga ipsam sacram domum sancti Johannis titulo specialis ypothece obligarunt. Ac juraverunt, corporaliter tactis eciam sacrosanctis euvangeliis, et sub pena mille marcarum argenti, contra ea vel eorum aliqua, per se vel per alium seu alios, directe vel indirecte, seu alio quoquomodo, non venire in futurum, sed pocius ea omnia et singula pro posse suo promovere et ad effectum perducere, tenere et inviolabiliter observare. Quas quidem donationem, translationem, promissiones, concessiones et alia premissa frater Jacobus de Colonia, ordinis dicte sacre domus, procurator, ut dicebat, ipsorum prioris et fratrum, nomine procuratorio et pro ipsis et tanquam eorum procurator, acceptavit, rata et grata habuit; promittens nichilominus procurare apud predictum .. priorem et fratres premissa similiter rata et grata haberi. In quorum omnium testimonium, nos magister et fratres domus hospitalis S. Sansonis predicti huic publico instrumento sigillum domus nostre duximus apponendum. Actum, etc. (*La fin comme au n°* 4529.)

4531. — 7 mars 1301, Douai.

Les mêmes et Etienne Chevalier, frère de l'hôpital S. Samson, Catherine de Marbeuf, Marie de Hesdin, Marguerite de Chisay et Elisabeth Casière, sœurs du même hôpital, chargent maîtres Pierre de Roucourt, d'Arras, et Pierre Pariset de poursuivre auprès de Philippe IV le Bel, roi de France, la même incorporation. (*V. plus haut, n°* 4530.)

Source : Paris, Arch. nat., S. 5042, n° 22 (dans une confirmation de Philippe IV le Bel, de mars 1301).

Universis, presentes litteras inspecturis, fratres Rogerus dictus de Furno,

magister seu preceptor, Hugo de Ganchia, Petrus de Requignis et Stephanus dictus Miles, domus hospitalis S. Samsonis in Duaco, ordinis ejusdem sancti Constantinopolis, Katerina de Morbodio, Maria de Hesdino, Margareta de Chysay et Elisabeth dicta Casiere, sorores ejusdem domus et ordinis, salutem in Domino sempiternam. Cum ipsa domus nostra, tam propter guerras Flandrie, tam propter invasiones erga eandem domum Dei a comunia de Namurco factas, quam ob alia infortunia, tantam inopiam et infelicitatem assecuta sit hiis diebus quod, revera, jam est diu, ad ejus et nostram sustentacionem sue nec nostre suffecerint, nec adhuc suppetant facultates, et hiis de causis innumerabilium debitorum oneribus simus oppressi, quorum solucio sine desolacione dicte domus et ejus pertinentiarum fere omnium impendi non potest, nos, predicta in melius compensantes, et dicte domus et nostri statum prosperum affectantes, consideravimus ex diligenti deliberacione inter nos prehabita, et de consilio proborum repperimus nos et dictam domum Dei per sanctam domum Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani, et per priorem et fratres ejusdem sancte domus in Francia, qui super hospitalitate fundati noscuntur, erga quos zelum devocionis affeccionisque pre ceteris habemus, posse, juvante Deo, relevari. Hinc est quod nos, motu nostro proprio et assensu unanimo, viros discretos magistros Petrum de Roucourt, Attrebatensem, et Petrum Pariseti, quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, nostros et dicte domus Dei facimus et constituimus et ordinamus procuratores et nuncios speciales ad exponendum et intimandum predicta nomine nostro et pro nobis illustrissimo domino nostro regi Francie, et ad supplicandum sue regie majestati quatinus circa premissa suam gratiam, auxilium et favorem impendere dignetur, et prefatos .. priorem et fratres dicte domus Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani suis scriptis et caritativis ac suasionibus, pietatis intuitum (*sic*), velit inducere, — quodque et nos humiliter eidem tenore presencium supplicamus, — ut nos et domum nostram cum suis pertinenciis ad dictam sanctam domum sancti Johannis Jherosolimitani recipiant et admittant. Dantes insuper predictis procuratoribus, et cuilibet ipsorum per se, mandatum speciale ac potestatem plenissimam, quantum in nobis est, nos et domum nostram predictam, cum omnibus suis juribus et pertinenciis, ad domum Hospitalis sancti Johannis memorati transferendi atque donandi, et ad omnia et singula facienda, que circa premissa aut aliqua premissorum fuerint oportuna, et que nos faceremus seu facere possemus si presentes essemus. Ratum et gratum habentes et habitum quicquid per predictos procuratores, vel alterum ipsorum, dictum, actum, factum fuerit in premissis seu eciam procuratum. Promittentes nichilominus sub ypotheca rerum nostrarum contra illa imperpetuum non venire. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum ipsius domus nostre, quo hucusque usi sumus, duximus apponendum. Actum et datum apud Duacum, in domo nostra supradicta, anno Domini millesimo trecentesimo, septima die intrantis mensis martii.

4532. — [Après 7] mars 1301, Paris.

Philippe IV le Bel, roi de France, confirme, en le vidimant, l'acte du 7 mars 1301. (*V. plus haut, n°* 4531.)

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5042, n° 22 (orig.).

Philippus, Dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, nos recepisse et vidisse litteras infrascriptas, formam que

sequitur continentes: « Universis, presentes litteras inspecturis, etc. (*V. plus haut,* « *n*° 4531). » Attendentes igitur, tam ex relatu dictorum procuratorum quam ex testimonio veridico plurimorum, quod dicta domus S. Sansonis, per factum guerre Flandrie et aliis diversis afflicta injuriis et gravibus oppressa pressuris, quas comunia de Namurco et alii, ad aliena inhiantes predia dicte domus, intulerunt, ad tantam devenit inopiam quod non est spes ut possit resurgere in futurum, nisi de congruis remediis celeriter succuratur eidem, cum vix ad solucionem debitorum dicte domus sufficiant facultates, et quod a calamitatibus et miseriis, quibus notabiliter subjacet, per probatam prudenciam et circumspeccionem solertem prioris et fratrum domus sancti Johannis Jherosolimitani in Francia, actore Domino, poterit relevari et in melius reformari. Intellecto eciam quod dicti procuratores, nomine procuratorio et per instrumenta publica, dictam domum S. Sansonis cum omnibus juribus et pertinenciis suis domui sancti Johannis donaverunt et eciam transtulerunt in eam, ad supplicacionem et requisicionem procuratorum ipsorum, tam per supradictas litteras quam oretenus nobis factam nomine dicte domus, donacionem et translacionem predictas, quantum in nobis est, volumus, et eidem donacioni et translacioni nostrum impertimur consensum, et quod iidem prior et fratres sancti Johannis predicti dictam domum S. Sansonis, fratres et sorores ejusdem, cum omnibus juribus et pertinenciis suis, recipiant, et penes eos maneant infuturum, et quod de dicta domo fratribus et sororibus et eorum bonis de cetero ordinent et disponant; salvo in omnibus jure nostro et quolibet alieno. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo, mense martii.

4533. — Avril 1301, Paris.

Philippe IV le Bel, roi de France, amortit les biens acquis par les Hospitaliers de Toulouse.

Sourcé: Paris, Arch. nat., MM. 3, f. 73 (copie, xviii° s.).

Philippus, Dei gratia Francorum rex, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, nos infrascriptas vidisse litteras[1], formam que sequitur continentes :

« Universis, presentes litteras inspecturis, Nicholaus de Lusarchiis, prepositus « de Auversio in ecclesia Carnotensi, illustris regis Francorum clericus in partibus « senescallie Tholosane et Albiensis, pro requirendis et conservandis ipsius domini « regis juribus destinatus, salutem et fidem presentibus adhibere. Litteras ipsius « domini regis nos recepisse noveritis sub hiis verbis : « Philippus, Dei gratia Fran- « corum rex, dilecto et fideli clerico suo magistro Nicholao, etc.[1] Actum Parisius, « die lune post mediam quadragesimam, anno Domini millesimo ducentesimo nona- « gesimo nono (21 mars 1300). » Cum igitur Hospitale sancti Johannis Jero- « solimitani Tholose seu preceptores et fratres, qui ibidem pro tempore fuerunt, « in feodis et retrofeodis vel juribus vel censivis usque nunc acquisierint, ex causa « donationis sibi facte per Petrum Espicerium quondam, unum denarium censualem « super quadam domo in carreria Taur[i] Tholose, que est inter honorem magistri « Johannis Dominici quondam, ex parte una, et honorem Guillelmi Furnerii, ex

1. La lettre insérée ici contient les pouvoirs donnés par le roi à Nicolas de Luzarches.

« parte altera. Item, ex donatione sibi facta per Stephanum Augerium, tres denarios « Tholosanos censuales super quadam vinea, que est in loco vocato Avennas, inter « honorem Raymundi Guidonis et honorem Bertrandi Buxain, et super quadam « pecia terre ibidem inter honorem Raymundi Beati de Murello et honorem ipsius « Stephani Augerii ex tribus partibus. Item, ex donatione sibi facta per Paulum « notarium, novem denarios Tholosanos et pittam censuales super quatuor domibus, « que sunt in quarreria S. Bartholomei Tholosani, inter domum Recluse, ex parte « una, et honorem Serone et Raymundi de Orto, ex parte altera. Item, ex donatione « sibi facta per dominum Beatum de Miramonte, quandam domum apud Alteram « Ripam, que fuit domini Beati Raymundi de Gamache, presbiteri. Item, ex ven- « ditione sibi facta par Ysaac, Judeum, quandam vineam, que feodaliter detine- « batur a dicto Hospitali. Item, ex donatione sibi facta per Adam de Barca, quandam « domum apud Cornubarillum. Item, ex empto, octo denarios Tholosanos oblia les « super quadam domo Raymundi Davini Marcillarii in carreria de Albe Tholose, « inter honorem Guillelmi Barcell., ex parte una, et honorem Petri Agulhel, ex « parte altera. Item, ex empto, unum arpentum terre liberum cum dominationibus « suis ad locum vocatum de Ulmo, inter honorem Bernardi de Manso, ex parte una, « et honorem Raymundi de Auriacho, ex parte altera. Item, ex donatione sibi facta « per Beatum Alany, quondam donatum dicto Hospitali, quandam domum, que « est in carreria Petri Izarni Tholose, inter honorem Guillelmi Egidii, campsoris, « ex parte una, et honorem Aymerici de Sarrive, ex parte altera. Item, ex donatione « sibi facta per Petrum Michel, tria arpenta cum dimidio terre libere, que sunt ante « Archum Integrum, inter honorem Bertrandi Bogoni et honorem Berengarii « Arsconis. Nos autem premissa[s], vice et nomine dicti domini regis et successorum « suorum, acquisitiones hujusmodi ex certa scientia laudamus, approbamus et « tenore presentium confirmamus; concedentes eisdem quod ipsi et successores « sui predicta omnia et singula habeant et possideant in perpetuum absque coac- « tione vendendi vel extra manum suam ponendi, pacifice et quiete, cum fratres « dicti Hospitalis pro predictis admortizandis finaverunt nobis, nomine et vice « dicti domini nostri regis, salvo tamen in aliis jure ipsius domini regis et jure « quolibet alieno. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus « apponendum. Datum Tholose, die sabbati post festum beate Marie Magdalene, « anno Domini millesimo trecentesimo (23 juillet 1300). »

Nos vero omnia et singula, prout superius sunt expressa, rata et grata habentes, volumus, ratificamus et tenore presentium approbamus, volentes et concedentes quod dicti preceptores et successores sui predicta omnia et singula teneant, habeant, et in perpetuum possideant absque aliqua coactione vendendi vel extra manum suam ponendi res predictas aut aliquam earumdem, aut nobis seu successoribus nostris exinde aliquam financiam faciendi, salvo in aliis jure nostro et in omnibus quolibet alieno. Quod ut firmum et stabile perseveret, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo, mense aprili.

4534. — 5 avril 1301, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, ordonne à Armengaud de Sabran, comte d'Ariano, maître justicier du royaume, de faire rendre au grand-prieur et aux Hos-

pitaliers de Messine et de S. Sophie Casalnuovo, que Jacques d'Oppido, chevalier, persistait à occuper. (*V. plus haut*, III, *n*os 4405 *et* 4426.)

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 107, f. 242 *b* (copie contemp.).

Scriptum est nobili viro Ermengavo de Sabrano, comiti Ariani, regni Sicilie magistro justiciario, dilecto consaguineo, consiliario et familiari, ac judicibus magni curie, fidelibus suis, etc. Habita querela religiosorum virorum prioris et fratrum domus Hospitalis sancti Johannis in Messana et S. Sophia, devotorum nostrorum, quod, licet Hospitale ipsum ab antiquis retrotemporibus tenuerit et possiderit in justiciaria vallis Grati Casale Novum, cum hominibus, juribus et pertinenciis ejus ad Hospitale prefatum pertinens pleno jure, Jacobus tamen de Oppido, miles, ex favore officii capitanie, quo in patria fungitur, Hospitale prefatum possessione Casalis ejusdem auctoritate propria per violentiam, diebus preteritis, spoliavit, et illud adhuc detinet et restituere denegat, in ipsius Hospitalis grave dispendium et jacturam. Super quo provisionis nostre remedium suppliciter extitit imploratum. Cum igitur spoliatus injuste sit restitutionis beneficio succurrendus, fidelitati vestre precipiendo mandamus quatinus, partibus in vestrum presentia convocatis, si sumarie de plano, sine libelli oblatione, strepitu et figura judicii, vobis de spoliatione ipsa constiterit, ad restitutionem possessionis Casalis ejusdem, cum fructibus inde medio tempore perceptis, prefatis priori et fratribus, prout justum fuerit, procedatis, juxta tenorem novi capituli editi super destitutionibus violentis, ita quod ulterius inde vobis scribere non cogamur. Si vero dictus Jacobus de Oppido credit in Casali prefato aliquod jus habere, illud, si voluerit, ordine justiciario prosequatur. Datum Neapoli, per B[artholomeum] de C[apua] [militem, logothetum et prothonotarium regni Sicilie], etc., die v aprilis, XIIII indictionis.

4535. — 12 avril 1301, Naples.

Le même informe son maître des ports de Pouille qu'il a renouvelé ses lettres du 28 *septembre* 1300, *par lesquelles il avait accordé à Guillaume de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, l'autorisation d'exporter en Chypre des vivres pour les besoins des Hospitaliers.*

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 107, f. 282 *b* (copie contemp.).

Datum Neapoli, per B[artholomeum] de Capua, etc., die XII aprilis, XIIII indictionis.

4536. — 9 mai 1301, Naples.

Le même autorise Henri de Herville, son maître des ports et procureur en Pouille, à laisser sortir des ports de Pouille des vivres pour les Hospitaliers de Chypre, mais lui ordonne de n'accorder cette exportation qu'avec mesure, à cause de la rareté des vivres en Pouille. (*V. plus haut*, *n*o 4535.)

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 107, f. 287 *b* (copie contemp.).

Datum Neapoli, per m[agistrum] B[artholomeum], etc., die VIIII maii, XIIII indictionis.

4537. — 26 mai 1301.

Burchard de Leonegg (Lewinegge), docteur en droit et commandeur de Rheinfelden, échange, avec l'assentiment d'Hermann de Mayence, grand-prieur d'Allemagne, à l'abbaye cistercienne d'Olsberg deux mesures de terre (schuposa) à Olsberg, contre des biens à Rheinfelden (Rinvolden), Warmbach (Warnbach), Nollingen et Herthen (Hertinkein).

Source : Aarau, Arch. d'état, fonds d'Olsberg, n° 177 (orig.).

Datum et actum anno Domini MCCCI, in crastino beati Urbani pape.

4538. — 7 juin 1301, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, confirme à ses maîtres des ports et procureurs en Pouille l'autorisation accordée à Guillaume de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, d'exporter des grains et des légumes en Chypre.

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 107, f. 289 (copie contemp.).

Scriptum est magistris portulanis et procuratoribus Apulie, fidelibus suis, etc. Pridem venerabili et religioso viro fratri Guillelmo de Villareto, magistro domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et pauperum Christi custodi, dilecto consiliario et familiari nostro, exituram certarum quantitatum frumenti, ordei atque leguminum, ferendarum per mare ad insulam Cipri pro sustentacione fratrum dicte domus ibi morantium, duximus concedendam, litteris nostris sub certa forma de exitura hujusmodi sibi datis. Verum pro parte ipsius magistri nobis nuper exposito quod, pretextu quarumdam litterarum nostrarum, vobis nuperrime directarum, sibi per vos exiture prefate concessio impeditur, et propterea super hoc pro parte dicti magistri oportuno a nobis remedio implorato, nos, nolentes exituram prefatam, pro tam devota et utili causa concessam, aliquatenus impediri, fidelitati vestre precipiendo mandamus quatinus predictis nostris litteris, in contrarium factis, ut dicitur, aut mandato quocunque alio, non obstantibus quoquomodo, dictas quantitates frumenti, ordei atque leguminum per ministros atque procuratores aut nuncios dicti magistri extrahi permictatis, juxta scilicet continentiam et tenorem predictarum litterarum nostrarum, dicto magistro de extractione hujusmodi, ut predicitur, concessarum. Datum Neapoli, per B[artholomeum] de C[apua], etc., die VII junii, XIIII indictionis, etc.

4539. — 9 juin 1301, Le Puy.

Guillaume du Verdier, damoiseau, sergent d'armes du roi de France, bailli du Velay et du Gévaudan, promulgue une sentence arbitrale, intervenue entre Pons de Fay, chevalier, commandeur de Devesset et grand-prieur d'Auvergne, d'une part, et Guy de Bouzols, abbé de S. Vosi au Puy, par laquelle le village de Chaumargeais et les mas de Chomette, Maisonettes et Loubaresses, près de Tence, sont déclarés appartenir en toute justice et seigneurie au commandeur de Devesset, en exécution

d'une vente consentie par Josserand de Bouzols à Raymond de Lapte, commandeur de Devesset[1].

SOURCE : Lyon, Arch. du Rhône, H. langue d'Auvergne, command. de Devesset, chap. 5, n° 1 (orig.). — TEXTE : Chassaing, *Cartul. des Hospitaliers. du Velay*, 96.

4540. — 28 juin 1301, Morpeth.

Edouard I, roi d'Angleterre, en compensation de sept cents marcs, que le grand-prieur et les Hospitaliers d'Angleterre lui avaient donnés, par l'entremise de Jean de Droxford (Drokenesford)[2], « *ad quedam ardua negocia expedienda* », *exempte les biens de l'ordre et ceux des vassaux de celui-ci de l'imposition du quinzième, accordée au roi par le parlement de Lincoln*[3].

SOURCE : Londres, Record office, Originalia Scaccarii, 29 Ed. I, membr. 4; Rot. litt. pat., 29 Ed. I, membr. 11 (copie contemp.). — ANALYSE : *Cal. of the pat. rolls, Edward I* (1292-1301), 600. — TEXTE : *Abbreviatio rotul. orig. in curia Saccarii*, I (Londres, 1805), 114.

Teste rege ut supra [apud Morpathe, XXVIII die junii].

4541. — 26 juillet 1301, Lérida.

Jacques II, roi d'Aragon, mande aux collecteurs du monnayage qu'il a donné à Sanche d'Aragon, son frère, frère de l'Hôpital[4], *le droit de prendre cinq mille sous de Barcelone, qu'il lui devait, sur sa part du premier monnayage que les hommes de l'Hôpital au royaume de Valence devaient payer, ou, à défaut de ce monnayage, sur celui des bailliages des Hospitaliers d'Aliaga, de Caspe et de Samper de Calanda.*

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, chartes roy. n° 1563 (orig., très mauv. état)[5].

Datum Ilerde, VII kalendas augusti, anno Domini millesimo trecentesimo primo.

4542. — 30 juillet 1301, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, mande à Pons de Monteil, chevalier, justicier de la Terre de Labour, son conseiller et familier, de continuer à instruire les crimes reprochés à Galbert de Toralto, malgré les prétentions des Hospitaliers à les juger en raison de la qualité de confrère de l'Hôpital de l'inculpé.

SOURCE : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 107, f. 47 (copie contemp.).

Scriptum est Poncio de Montiliis, militi, justiciario Terre Laboris et comitatus

1. Cette vente, du 24 novembre 1246, a été publiée par Chassaing, *Cartul. des Hosp. du Velay*, 43.
2. Il était garde de la garde-robe royale, et devint ensuite évêque de Bath et Wells.
3. Ce mandement est précédé d'un mandement identique pour les Templiers.
4. Fils naturel de Pierre III, roi d'Aragon, et d'Inès Zapata. Il fut châtelain d'Amposte. Nous avons des actes de lui, en cette qualité, entre 1328 et 1341, mais il se peut qu'il ait occupé cette dignité avant cette époque, peut-être dès 1318.
5. V. plus haut, p. 1, note 1.

Molisii, consiliario et familiari et fideli suo, etc. Litteras tue consultationis accepimus ut, cum Galibertum de Toralto, coram te de quibusdam homicidiis criminaliter accusatum, captum detineas, nonnulli, quorum interesse di[nos](cis)citur, per viam justicie instent efficaciter contra eum, ac per aliquos fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, ex parte altera, proponatur quod in eum idcirco nullam habeas potestatem, quod et ipsum eorum confratrem asserunt, et iterum pro causa subjungunt quod cujusdam medie crucis signaculum in quodam mantello ejus, captionis sue tempore, deferebat. Ex hoc tibi dubitationis veniente materia, nostrum inde tibi aperiri beneplacitum petiisti, ut, in presenti et similibus emergentibus casibus, ambiguitati tue accessus ad ista securior rederetur. Nos itaque, deliberato consilio, diligentius advertentes quod confratres hujusmodi, qui religioni probate se offerunt, verum ipsius religionis habitum non assumunt, et bonorum suorum seu partis aut usufructus eorum retentione[m] faciunt, nec conversantur inhabitando cum religiosis, quibus abserunt se oblatos, sed cum uxoribus suis in domibus propriis commorantur, non sunt communiter a laycis eximendi, sed juris communis subiciendi legibus et preceptis, ecce tibi tenore presentium postulatum circa id nostrum beneplacitum referamus quod, nisi hec omnia in predicto Galiberto concurrant, contra ipsum et similes, tanquam contra seculares, pro qualitate patratorum excessuum, mediante justicia, procedere non omittas. Datum Neapoli, sub parvo nostro sigillo, die penultimo julii, XIIII indictionis.

4543. — 7 septembre 1301, Saragosse.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne au justicier de Morella, sur la plainte de la prieure et des religieuses de Sigena, d'instruire et de terminer l'affaire de la vente de Villores (Villoras), faite à Salvator Roch, alors justicier de Morella, par une ancienne prieure de Sigena, Elisende de Querol (de Queralto)[1]*, vente que le monastère de Sigena refusait de ratifier.*

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 122, f. 249 *b* (copie contemp.).

Datum Cesarauguste, VII idus septembris, anno predicto [MCCC primo].

4544. — 9 septembre 1301, Saragosse.

Le même ordonne aux habitants de Conchel de laisser le monastère de Sigena jouir en paix de l'eau qui, venant de leur territoire, alimente le canal qui sert à irriguer Pomar, S. Lecina (S. Licinia) et autres dépendances de Sigena.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 122, f. 249 (copie contemp.).

Datum Cesarauguste, V idus septembris, anno predicto [millesimo CCC primo].

4545. — 28 septembre 1301, Saragosse.

Le même ordonne au viguier Bernard de Pons (de Ponte) et à la cour de Lérida

1. Elle fut prieure de 1280 à 1286.

et Pallars de ne plus exercer désormais à la Portella le droit de haute justice, qu'il avait donné, d'accord avec [Armengaud X], comte d'Urgel, au maître de l'Hôpital, mais d'en laisser audit maître et aux successeurs de celui-ci le libre exercice.

Source: Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, chartes roy. n° 1669 (orig.).

Datum Cesarauguste, IIII kalendas octobris, anno Domini millesimo CCC primo.

4546. — Octobre 1301.

Moreau de Pommard, seigneur de Tailly, et Bonne, sa femme, font avec Ithier de Nanteuil, prieur de France et de Bourgogne, un échange de biens, sis au finage de Tailly et dans la prairie d'Aigney (Aygne).

Source: Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1217 (orig.).

Anno incarnationis MCCC primo, mense octobris.

4547. — 16 octobre 1301, Faenza.

Accord entre la ville de Faenza, d'une part, Girard de Gragnana, grand-prieur de Venise, représenté par Rodolphe, commandeur de Bologne, et Bendideo, commandeur du Sépulcre du Bourg de la porte du Pont à Faenza, d'autre part. Les Hospitaliers réclamaient une somme de cent livres petites de Bologne pour complément de dépenses faites par Enguerrand de Gragnana, jadis grand-prieur de Venise, pour réparer l'écluse de la ville à Garnadi, le moulin de la ville à Seraglo, et le moulin de l'Hôpital de Faenza, qui, après réfection, avait été détruit. Ils renoncent à leurs prétentions, à condition que la ville leur abandonnera, pendant neuf ans, la jouissance de son moulin de Seraglo.

Source: Faenza, Bibl. comm., fonds des parchemins, à la date (orig. notarié).

... Anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo primo, indictione XIIII, die XVI mensis octobris... Actum in civitate Faventie, in caminata magna inferiori palatii comunis...

4548. — 22 octobre 1301, Limisso.

Guillaume de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, et le chapitre général de l'ordre ratifient l'accord intervenu entre le grand-maître, d'une part, et Aygline, prieure de Beaulieu, et les Hospitalières de Beaulieu, d'autre part. (*V. plus haut*, III, *n°* 4413.)

Sources : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 130 (copie, du 20 février 1650, d'une copie notariée du 13 février 1323); Paris, Bibl. nat., coll. Doat, vol. 123, f. 223 *b* (copie, XVIIe s., d'après les Arch. de Beaulieu).

Noverint universi, presentes litteras inspecturi, quod nos frater Guillelmus de Villareto, Dei gratia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Hierosolimitani ma-

gister humilis et pauperum Christi custos, et nos conventus domus ejusdem, attendentes compositionem factam, habitam et inhitam inter nos magistrum predictum, ex una parte, et dilectas nobis in Christo sorores Ayglinam, priorissam, et omnes sorores et singulas monasterii Belli Loci, Caturcensis diocesis, nostre domui subjectas, nec non immunitates et gratias, quibus nos idem magister, pensata regulari et devota observantia, quam in eodem monasterio multis argumentis probabil[ibus] florere novimus, ipsas priorissam et sorores prosequtus (*sic*) sumus, justas fore et rationi et equitati consonas, et oculis divine majestatis acceptas, et, sicut plene expressa et contenta sunt in instrumentis publicis et nostris patentibus litteris, cum omnibus articulis, conventionibus, ordinationibus et conditionibus in ipsis inclusis, ratificavimus, approbavimus, confirmavimus, laudavimus, emologavimus in nostro generali capitulo, Nimocii in regno Cipri, anno Domini MCCC primo, vicesima secunda die mensis octobris, celebrato, eas et earum quamlibet gaudere volentes illesa et irrevocabili firmitate. In cujus rei testimonium, bulla nostra communis plumbea presentibus est appensa. Datum die, loco, mense, anno prefixis.

4549. — 22 octobre 1301, Limisso.

Statuts promulgués par le chapitre général sous le magistère de Guillaume de Villaret.

Sources : *Texte français* : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, H. n° 111, f. 41 (xve s.); Montpellier, Bibl. de la Fac. de Méd., ms. 372, f. 27 (xive s., à la date du 12 septembre 1301); Paris, Bibl. nat., fonds français, 6049, f. 106 (xive s.); 1978, f. 91 (xive s.); 1979, f. 60 *b* et 72 (xive s.); 13531, f. 31 (xive s., à la date du 22 septembre 1301); 1080, f. 29 (xve s.); 17255, f. 45 (xve s., à la date du 12 octobre 1301); 1079, f. 48 *b* (xve s.); Rome, Arch. du Vatican, ms. 3136, f. 57 (xive s., à la date du 22 septembre 1301); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., ordre de S. Jean, H. 8, f. 48 *b* (xve s.); Turin, Bibl. nat., LV. 45, f. 67 *b* (xive s., à la date de 1301). — *Texte latin* : Florence, Bibl. nat., cl. xxxii, ms. 37, f. 19 *b* (xve s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 69, 1re partie, § 194 (xive s.). — *Texte provençal* : Arles, Arch. comm., GG, f. 124 (fin xive s.); Aulan, Bibl. du marquis d'Aulan, (xive s.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., ordre de S. Jean, H. 13, f. 25 (xve s., incomplet); H. 11 f. 23 (xive s., incomplet, sans date); H. 12, f. 49 *b* (xive s., à la date du 22 septembre 1302). — *Texte catalan* : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, cartul. n° 2, f. 37 (xve s.). — *Texte italien* : Vienne, Bibl. imp. roy., ms. 3323, f. 34 (xve s., à la date du 21 octobre 1301). — *Texte allemand* : Munich., Bibl. roy., ms. latin 4620 (xive s.).

Ces sont les establissemens fais et ordenés au chapitre general par le religious frere Guillem del Vilaret, par la grace de Dyeu honorable maistre de la sainte maison del Hospital de saint Johan de Jherusalem, et par les prodeshomes qui furent au dit chapitre, qui fu celebrés à Limason l'an del incarnation MCCC et I, al XXII jours d'octoure[1] :

1. *Coment les freres des offices doyvent prendre les choses que sunt besoignables de la vote.* Premierement cum ce soit chouses que tous les offices de l'Ospitel

Statutorum[2] *factorum et ordinatorum in capitulo generali per fratrem Gullielmum de Villareto, magistrum supradictum, apud Limassonum, anno incarnationis Domini MCCC I, die XXII octobris celebrato, sequitur pars secunda* :

1. Nous publions ce texte d'après le manuscrit franç. 6049 de la Bibliothèque nationale de Paris.

2. Nous empruntons le texte latin au manuscrit des Archives de Malte.

de saiens puissent et prenent toutes les choses qu'il ont besoign de la vote, establi est que, quant les freres des offices vodront avoir aucune chose de la vote, c'est assavoir bocarans, botaines, chanavas, sabon, fer, estain, curain et toutes autres manieras de choses, que [de] la vote se prenent pour les offices, que le frere de la vote, toutes les fois qu'il donara aucune chose as freres des offices, que il soit tenus de pendre de chascun frere d'office I apodixe, bullée de la bulle dou frere, en quei soit escrit la quantité des choses qu'il li donra, et en quel jour et à combien dou mois. Et si le comandor de la vote par obli non donast l'apodixe, les freres des offices soient tenus de remembrer de la vote, ou autrement il nen preissent les choses. Et que frere de la vote soit tenus de bien garder les apodixes, et de porter les apodixes chascun mois au tresor devant le maistre et devant les prodeshomes. Et les freres des offices soent tenus chascun moys de rendre à conte, en la pres[enc]e dou maistre et des prodeshomes, de la quantité des choses que chascun aura receu de la vote en cel moys, et de rendre à conte chascun de son office, en quei ni à qui il aura despendu ni doné les dites choses, journée pour journée, ne combien il aura de ramanat. Encore quant le frere de la vote donra char salée ou fromage à la cusine, que le frere de la cusine soit en pre[se]nse. Et la quantitéque il recevra soit tenus de rendre à conte chascun moys, journée pour [journée], des choses que il auront pris de la vote.

2. *De la pecunie des bayllis par chapitre general desa mer et de là, et des freres de sa mer, coment elle doit venir à tresor.* Item establi est que toute la pecunie, qui se trovera as baillis par chapitre general de sa mer, et de tous les priours d'outre mer par chapitre general, et comandors de S. Trinité et de S. Femie et de la Morée, et chastelain d'Emposte, qui morront, et de tous les freres qui moront de sa mer, de quelque condition il soint, veigne tout au tresor ; des

2. Primo quidem statutum est quod tota pecunia, que reperietur bailivis per capitulum generale, et cunctis prioribus similiter per capitulum generale, preceptoribusque S. Trinitatis de Venusio S. Eufemie et Amoree, et castellano Emposte, et omnibus fratribus, cujuscumque conditionis existant, dece[de]ntibus citra mare, veniat ad thesaurum ; jocalia vero ac vaxella, armave et arnesia alia ad manus veniant bailivorum, prout statutum est hactenus et etiam usitatum.

juells et de la vaisella et des armeures et de l'autre harnois vieigne en la main des baillis, et si com est establi et usé.

3. *Coment le mareschal doit avoir III*[c] *b*[*e*] *z*[*ans*] *Sarr*[*azins*] *chascun an.* Item, por ce que le maistre avoit fait grace au mareschal que peust prendre de chascun frere, qui tresparoit de cest siegle, de c b[e]z[ans] Sarr[azins] en aval, ores, por ce que il est establi que toute la pecunie vieigne au tresor, le maistre et les prodeshomes ont ordené que le mareschal prene III[c] b[e]z[ans] Sarr[azins] au tresor chascun an.

3. Quia magister fecit olim gratiam marascallo quod posset recipere de quocumque fratre, ab hoc seculo disce[n]dente, centum bisantios Saracenitos et infra, at quia est presencialiter statutum quod veniat tota pecunia ad thesaurum, magister et proceres ordinaverunt quod marescallus recipiat CCC bisantios Saracenitos a thesauro.

4. *Coment les freres doivent aler en prossession et as gratias.* Item establi est, quant les freres vont en procession et as graces, en quelque part le procession voise, et encores quant les freres vont as graces au moustier, le grant comandor et le mareschal, ou ceaus qui tendroint leur leu, fussent les derrains, regardant que les freres alessent ordenéement, ensi com il doivent aler. Et si nuill frere fausist, que chascun se doie plaindre de ceaus qui seroient à son comandemant, et soient en VII. Et se le comandor nen fust en la p[r]ocession, que le mareschal eust poer en cel cas de faire la plainte de tous. Et se le mareschal non fust, que le grant comandor eust celui meisme pooir.

4. Statutum est quod, cum fratres ibunt in processionem, ubicumque processio fiat, in regressu ad monasterium ad gratias sint ultimi magnus preceptor et marescallus aut eorum locumtenens, prospecturi fratres si, prout tenentur, incedant ordinate. Et si aliquis frater in incessu ab ordine discrepet, unusquisque ipsorum de hiis, qui erunt ad ejus preceptum, plantam facere teneantur, et sint in VII. Si vero magnus preceptor non adesset processioni, marescallus faciendi plantam de omnibus in illo casu habeat potestatem. Si autem marescallus abesset, habeat magnus preceptor consimilem potestatem.

Bonifacius (octavus), etc., dilectis filiis magistro et fratribus [Hospitalis][2] sancti Johannis Jherosolimitani, salutem, etc. Cum Nicolaus papa quartus, predecessor noster, qui in terris vice fungebatur Jhesu Christi, motus pietatis et afflictionis intuitu, super calamitatibus et nece illata crudeliter fidelibus Christianis per illos nephandissimos Sarracenos, [destructione et desolacione exercitus][3], ac eciam non modica Terre Sancte, in qua Christus nasci voluit et occidi, que est tocius christianitatis hereditas, portas aperiens paradisi, (ille soldanus vero sevissimus dolorosa perdicione civitatis [Accon][4] cum exercitu suo fortissimo in Hospitali sancti Johannis Dei milites per horribilia et gravissima tormenta trucidavit), magnas et salubres indulgencias per universum orbem duxerit [ordinandas][5], videlicet quod quicunque, pro relevacione et reparacione dicti venerabilis loci, et pro reficiendo numero religiosorum interfectorum a canibus Sarracenis, manus porrexerit adjutrices, juxta quantitatem subsidii et proprie devocionis affectum, septimam partem peccatorum omnium in Domino misericorditer relaxavit. Nunc autem, provida deliberacione pensantes tante destruccionis et inestimabile[m] rerum consumpcionem et reparacionem dicti venerabilis loci de facili fieri non valere, in tantique doloris aliquod consolamen oportuno remedio, quo possumus, ad retractacionem nunc de novo in civitate et regno Jherusalem subvenire volentes, videlicet de redemptionibus votorum et viarum omnium, necnon de usuris, rapinis et male ablatis et acquisitis, que nesciantur cui restitui teneantur, [de poenitentiis redimendis, impositis vel imponendis, et de testamentis], indistincte et in piios usus relictis, de officiis et horis canonicis [nocturnis seu diurnis, tam a sacerdotibus] et clericis secularibus pretermissis, de omnibus fidei transgressionibus, de juramentis et sacramentis, de penitenciis, jejuniis vel votis propter debilitatem a quocumque alio modo fractis, de peccatis oblitis, et de offensionibus patrum et matrum sine manuum injectione, et de peccatis omnibus, unde peccatores sunt confessi, vel penitencialiter [voluerint][6] confiteri, usque ad summam decem milium marcarum argenti, ubicumque et in quocunque loco fueritis, libere et sine contradiccione recipere vos contingat. Volumus eciam et concedimus ut, si aliqua civitas[7] fuerit supposita generaliter ecclesiastico interdicto, in vestro jocundo adventu semel in anno aperiantur ecclesie, et ibidem divina officia celebretis vel celebrare per illarum ecclesiarum rectores solempniter faciatis. Omnes vero libertates et emunitates, a predecessoribus nostris Romanis pontificibus, sive [per] privilegia sive alias indulgencias vobis et ecclesie vestre concessa[s], necnon libertates et exempciones secularium exaccionum, a regibus et principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et ecclesie predicte indultas, sicut eas juste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos ecclesie memorate auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat super hac nostra concessione vos temere perturbare, aut possessiones vestras auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur vestris et pauperum usibus profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si quis igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfaccione

1. La rubrique de la table des matières de ce manuscrit porte : « Require Basilee. »
2. Les mots entre crochets sont restitués ou indiqués comme meilleure variante d'après la copie de Carlsruhe, le texte étant établi d'après celle de Frauenfeld.
3. La copie de Frauenfeld porte : destructionem et desolacionem exercuerunt. Celle de Carlsruhe : destructione desolacionis exercitus.
4. Frauenfeld : Acharon.
5. Frauenfeld : et ordinavit.
6. Frauenfeld : voluerunt.
7. Carlsruhe : terra.

correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; cunctis autem nostra jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone accionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant, amen. Dat. Laterani, quinto ydus septembris, pontificatus nostri anno VIII.

4571. — 20 septembre 1302, Zurich.

Henri de Thengen (Tengen), tuteur de Walther, Berthold et Mangold d'Eschbach (Eschbach), enfants de Berthold, seigneur d'Eschbach, au nom de Berthold, son pupille, qui avait été reçu dans l'ordre de l'Hôpital par Hugues de Werdenberg, commandeur de Bubikon et lieutenant en Haute-Allemagne du grand commandeur d'Allemagne, Bohême et Pologne, donne à l'ordre, et spécialement à la commanderie de Hohenrain, dans laquelle il avait été reçu, un domaine (curia) à Seengen (Seingen), près du lac d'Halwiler[1].

SOURCE : Lucerne, Arch. d'état, command. de Hohenrain (orig. scellé). — TEXTE : *Geschichtsfreund*, etc., X (Einsiedeln, 1854), 103.

Actum et datum in judicio publico Thuregi, in strata publica, ante domum Johannis dicti Brechters, anno Domini MCCC secundo, in vigilia beati Mathei apostoli.....

4572. — 28 septembre 1302, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, charge son viguier dans le Principat et son gouverneur de Salerne de faire une enquête sur les faits de violence dont se plaignait Jean d'Arenga, commandeur de Salerne et d'Eboli, de la part de Guillaume de Godonio, évêque élu de Salerne, contre les biens de la commanderie.

SOURCE : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 168, f. 41 *b* (copie contemp.).

Scriptum est vicario Principatus et straticoto Salerni, fideli suo, etc. Religiosus vir frater Johannes de Arenga, preceptor domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Salerno et Ebulo, devotus noster, pro parte Hospitalis ejusdem majestati nostre nuper exposuit conquerendo quod Raymundus Pauletti et Paganus de Graniano, vicarii in temporalibus venerabilis viri magistri Guillelmi, Salernitani electi, divino timore postposito et nostri nominis honore calcato, adhibita eis comitiva illicita hominum bannitorum de regno, tam equitum quam peditum armatorum, de mense augusti preterito proximo, ad quandam massariam Hospitalis ejusdem, quam habet in predicta terra Eboli, hostiliter accedentes, frumenti modios sex et fabarum modios quatuordecim, que dictus preceptor nomine Hospitalis ejusdem habebat et tenebat ibidem, abinde per violenciam abstulerunt. Deinde de

1. Le même jour, pour faciliter les partages à intervenir entre ces mineurs, Hugues de Werdenberg avait acheté, pour 250 marcs d'argent de Zurich, au nom de la commanderie de Hohenrain, le château de Schnabelbourg, avec droit de rachat en faveur de Walther et de Mangold (*Geschichtsfreund*, X, 106).

presenti mense septembris.dicti vicarii, ex absencia preceptoris ejusdem oportunitate captata, quosdam homines pedites ad domum Hospitalis predicti, quam habet in predicta civitate Salerni, miserunt, qui, per muros domum intrantes eandem et querentes equos preceptoris ejusdem, dicebant puplice quod, si equos ipsos invenissent, in dedecus dicti preceptoris abstulissent eosdem. Demum abinde recedentes et intrantes armata manu, viridarium Hospitalis ejusdem, quod est subtus predictam domum juxta litus maris, cultori ipsius viridarii expressius injunxerunt ut de illius fructibus, redditibus et proventibus prefatis vicariis pro parte majoris Salernitane ecclesie responderent. Et insuper cultorem predictum diversis afficientes injuriis, verberibus et offensis, ac poma in viridario ipso sistencia colligentes, conati sunt Hospitale predictum possessione ipsius viridarii destituere violenter. Preterea ad quoddam molendinum ipsius Hospitalis, quod habet et possidet extra predictam civitatem Salerni, in ipsius scilicet territorio, temere accedentes, ac molendinarium existentem ibidem duris verberibus opprimentes, expulerunt eum abinde, ac molas et alia instrumenta ipsius molendini ibidem sistencia fregerunt, et secum aliqua pro sue voluntatis arbitrio transportarunt, in predicti Hospitalis injuriam et evidens detrimentum. Super quo provisionis nostre remedio suppliciter implorato, fidelitati tue committimus et mandamus ut, non obstante constitutione regni, que prohibet de speciali crimine ad specialem personam inquisicionem fieri specialem, de premissis, ex officio tuo, specialiter, studiose, sollicite ac diligenter inquiras, et quicquid inde inveneris, sub sigillo tuo fideliter in scriptis redactum, celsitudini nostre studeas intimare. Interim tamen(?), donec inquisicio ipsa fiet, familiares utriusque partis laycos arma portare nullatenus patiaris. Datum Neapoli, per B[artholomeum] de C[apua], militem, etc., die XXVIII septembris, prime indictionis.

4573. — 28 septembre 1302, Girone.

Jacques II, roi d'Aragon, assure Guillaume de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, qui devait venir en Espagne, de l'accueil cordial qu'il lui réserve, et le prie d'envoyer auprès de lui Raymond de Lampourdan, frère de l'Hôpital.

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 334, f. 82 (copie contemp.).

Jacobus, etc., venerabili, religioso ac prudenti viro fratri G[uillelmo] de Vilareto, ordinis Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani magistro, salutem et omne bonum. Firma, quam tenemus, fiducia ut omnia nobis prospere succedentia letificent mentem vestram, ad significandum vobis status nostri prosperitatem induxit. Vestram itaque prudentiam tenor hujus epistole perlectus informet quod, agente ac tribuente illius miserentis misericordia, qui humanorum corporum creditur reparator, sani et incolumes vivimus, regnaque et terras nostras sub pacis ac justicie tranquillitate, Dei virtute, tenemus. Sane quia fama velox nos docuit, nec minus multorum de partibus Cipri venientium assertiva relatio informavit, vos, tum ad visitandam presentiam nostram et bona, que ordo vester habet in Cismarinis partibus, cognoscenda, tum et propter aeris intemperiem ipsarum partium, quibus diu vixistis et vivitis, ad partes nostri dominii advenire cum desiderio affectatis, sumpto ex hoc beneplacito ut de adventu illius, quem firmiter in animo gerimus nostri honoris et comoditatis benivolum zelatorem, significamus circumspecte discretioni vestre quod, si vos ad terras nostre dicioni subjectas veneritis, nos personam vestram et vestri ordinis comoda et honores prosequi disponemus specialioribus gratiis et favore, ac ea agere, que placere debberunt vestre libitui voluntatis.

Ceterum, cum venerabilis et religiosus vir frater R[aimundus] de Impuriis, de ordine vestro, ad presentiam vestram elegerit evestigio transfretandum, sitque nobis pro quibusdam nostris negotiis et servitiis neccessarius, adeo quod suum brevem desideramus regressum, vos propterea affectuose rogamus quatinus, nostri amoris et honoris intuitu, erga fratrem prefatum, ut sui status exposcit conditio, in suo promovendo negotio vos geratis ut inde se a vobis contentari debeat, sentiatque sibi apud vos nostra precamina profuisse, ac ipsum, cum sui negotii expeditione felici, ad has partes redire, ut citius comode poteritis, permittatis, habendo eundem fratrem R[aimundum] nichilominus propensius comendatum. Istud etenim nostris occurret gratum affectibus, et regratiabimur vobis multum. Datum Gerunde, IIII kalendas octobris, anno Domini MCCC secundo.

4574. — 28 octobre 1302, Limisso.

Statuts promulgués par le chapitre général de l'ordre sous le magistère de Guillaume de Villaret.

SOURCES : *Texte français*: Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, H. n° 111, f. 46 (XVe s.); Montpellier, Bibl. de la Fac. de Méd., ms. 372, f. 28 *b* (XIVe s., à la date du 28 septembre 1302); Paris, Bibl. nat., fonds français 6049, f. 112 *b* (XIVe s.); 1978, f. 98 (XIVe s.); 1979, f. 63 (XIVe s.); 13531, f. 32 (XIVe s., à la date du 28 septembre 1302); 1080, f. 30 (XVe s., à la date du 28 septembre 1302); 17255, f. 46 (XVe s., à la date du 28 septembre 1302); 1079, f. 50 (XVe s., à la date du 28 septembre 1302): Rome, Arch. du Vatican, ms. 3136, f. 58 *b* (XIVe s., à la date du 18 septembre 1302); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., ordre de S. Jean, H. 8, f. 50 *b* (XVe s., à la date du 28 septembre 1302); Turin, Bibl. nat., LV. 45, f. 69 *b* (XIVe s., à la date du 23 octobre 1302). — *Texte latin*: Florence, Bibl. nat., cl. XXXII, ms. 37, f. 21 *b* (XVe s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 69, 1re partie, § 207 (XIVe s.). — *Texte provençal*: Arles, Arch. comm. GG. f. 128 (fin XIVe s.); Aulan, Bibl. du marquis d'Aulan, (XIVe s.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., ordre de S. Jean, H. 13, f. 27 (XVe s.); H. 12, f. 50 *b* (XIVe s., à la date du 18 septembre 1303). — *Texte catalan*: Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, cartul. n° 2, f. 40 (XVe s.). — *Texte italien*: Vienne, Bibl. imp. roy., ms. 3323, f. 37 *b* (XVe s.). — *Texte allemand*: Munich, Bibl. roy., ms. latin 4620 (XIVe s.).

Ce sont les establissemens fais et ordenés au chapitre general celebrés à Limason par le religious frere Guillaume del Vilaret, honorable maistre de la sainte maison del Hospital de saint Joan de Jerusalem, et per les prodeshomes [qui] furent au dit chapitre, l'an del incarnation Nostre Seignor MCCCII ans, à XXVIII jours de octouer[1] :

1. Premierement establi est que, toutes les foiz que l'en fera de Nostre Dame, que au comensament de la messa, quant l'en dit « Salve, sancta parens », et à la oreison et au perface, quant l'en fait mencion de Nostre Dame, les freres doivent faire aflictions, savant as IIII festes

Statutorum[2] *factorum et ordinatorum in capitulo generali apud Limassonum per religiosum fratrem Guillielmum de Villareto, venerabilem magistrum prefatum, et per proceres ipsius ejusdem, anno incarnationis Domini MCCCII, die XXVIII octobris celebrato, pars tertia noscitur esse talis*:

1. Est quidem statutum in primis quod, quotienscunque Nostre Domine celebratur missa, in introitu misse videlicet, quando dicitur « Salve, sancta parens », ad orationem similiter et ad prefationem, quando fit mentio de Domina Nostra, facere debeant fratres

1. Nous publions ce texte d'après le manuscrit franç. 6049 de la Bibliothèque nationale de Paris.

2. Nous empruntons ce texte au manuscrit des Archives de Malte.

de Nostre Dame, en les queles l'en [non] doit faire afliction.

affluctiones, preterquam in quattuor festivitatibus Domine Nostre, in quibus prohibentur affluctiones.

2. *Que fraire ni escuier non teigne chien.* Item establi est que nul frere ne escuier non aye ni non tieigne chien sien ni d'autre dedens (le) le propris de la mayson. Encores se nul escuier le tenoit en sa plassa, que le maistre escuier li comande que le doie chacier. Et se l'escuier non obeira al comandemant, que le maistre escuier lo meine par la justice de la maison. Et se le maistre escuier trouve à acun escuier, apres que il aura eu la defensa par III fois, que l'escuier doie perdre de ses soudées I b[e]z[an] blanc. Et ensi soit fait de tous les escuiers qui seront desobedient au comandement dou maistre escuier en ces cas.

3. *Ci dit de l'arc de bodoc.* Item establi est que frere non porte ni non traye d'arc de bodoc par vile.

3. Statutum est quod ne[c] frater arcum de bondec ferat, nec eiciat per villam cum illo; qui autem contra fecerit, sit in VII.

4. *Combien de bestes et de mainées doit tenir le maistre.* Item est que, tant com le maistre sera en Chipre, que il ait pour son cors IIII bestes entre chevaus et bestes mulaces, et IIII homes por garder les dites bestes, VI saumiers et III saumaliers, III valetz chascun avec une beste, et I garson qui garde les II bestes, I garson à la chambre, I confanonier, I ferraor, I cuec et I garson de cusine, II escrivains, chascuns ait I beste et I garson, I frere chapellain et I clerc, ou I autre chapellain en change dou glerc, s'il li pleist (et ses II chascuns auront sa chavaucheure), et I escuier avec I beste por porter lor arnois, et I garson à pié, I seneschal aveuc II bestes, I escuier et I garson à pié, son maistre escuier avec II bestes et I escuier, II compaignons à III bestes chascun, et II escuiers et I garson, III sergens à pié, I boutelier sans beste, I barbier sens beste.

4[1]. [Statutum est quod, dum magister residebit in Cypro, habeat pro corpore ejus seu usu servitio quattuor equitaturas inter equos (et) bestiasque mulares, et quattuor homines pro custodia ipsarum bestiarum, sex saumeria et tres saumellerios, scutiferosque tres cum bestia, una pro quolibet, et uno garzone qui duas bestias custodiat, unum famulum pro camera, unum vexilliferum, unum fabrum, unum cocum cum uno garzone, fratrem cappellanum, et unum clericum, sive loco clerici alium cappellanum, si placeat sibi, (horum duorum quilibet bestiam habet unam), scriptores duos, quemlibet cum bestia una et uno garzone, et scutiferum unum cum una bestia pro portando sua arnesia, et unum garzonem pedestrem, unum seneschallum cum duabus bestiis et scutifero uno, duosque socios cum bestiis tribus quemlibet, tribus servitoribus pedestribus, unum butticularium absque bestia, et barberum unum sine bestia.]

1. Les statuts entre crochets manquent dans le ms. de Malte; nous les donnons d'après le ms. de Florence.

5. *Combien de bestes le grant comandor doit tenir.* Item le grant comandor, I vallet, I chamberlain, I garson de chambre, I bouteillier, I sergent, V bestes, III escuiers por garder les bestes.

5. [Magnus preceptor vero scutiferum unum, camerarium unum pro camera, unum buttelarium, et servientem unum, et quinque bestias cum garzonibus tribus pro custodia ipsarum.]

6. *Combien de bestes le mareschal doit mener.* Item le mareschal, I valet, I chamberlain, I garson de chambre, I boutelier, I sergens, V bestes, IIII escuiers por garder las bestes, et de croisance I cueuc por la pitance.

6. [Mareschallus autem unum scutiferum, unum camerarium, garzonem unum pro camera, buttilarium, unumque servientem et quinque bestias, cum tribus garzonibus qui custodiant eas, et insuper unum cocum pro pitantia.]

7. *Des hospitaliers, quantes bestes.* Item l'ospitalier, I chamberlain, I garson, III bestes, II escuiers.

7. [Hospitalarius quoque camerarium unum, garzonem unum, et tres bestias cum duobus garzonibus.]

8. *Dou drapier, ce meismes.* Item lo drapier, I chamerlain, I garson, III bestes, II escuiers.

8. [Drapperius autem unum camerarium, unumque garzonem, et tres bestias cum garzonibus binis.]

9. [Thesaurarius unum camerarium, garzonem unum, et tres bestias cum garzonibus duobus.]

10. *Dou comandor de Chipre.* Item le comandor de Chipre, por luy et por sa mainée, IX bestes; et de la mainée, que il menra à pié, que il en mene atrempréement. Et se il le feyst autrement, que le maistre et les prodeshomes y puiss[ent] etre à temprance.

10. [Preceptor Cypri, per se et ejus familiam, bestias novem ; familiam vero pedestrem ducat moderate. Et si ipse contra faciet, temperare magister et proceres possint illum.]

11. *De la bulle dou covent, en quel maniere l'en en doit buller.* Item com se soit chose que il est establi en quel manieira la bulle dou covent doit estre gardée, et en quel manieire om en doit buller de la dite bulle, establissons ancore que ensi com il est establi que si tieigne, et que nule letre nen soit bullée de la dite bulle, se non en la presense dou grant comandor ou dou mareschal, del hospitalier et del tresorier, et de celui qui escrit les acors qui se font au chapitre. Et nul desus motis non se puissent escuser de non venir, ne qu'il nen puissent mander nul en leur leuc, se il nen fussent malades. Nule letre non soit bullée de la dite bulle, se les desus motis ne fussent present, et

11. Cum sit statutum quemadmodum bulla conventus debeat custodiri, ac quemadmodum bullari litere debeant dicta bulla, statuimus etiam quod sicut statutum est observetur, quodque nulla litera bulletur dicta bulla, nisi in presentia magni preceptoris et marescalli, hospitalariive et thesaurarii, et illius qui scribit statuta que in capitulo fiunt; ac quod nullus predictorum quod non veniat se possit aliquatenus excusare, neque etiam possi(n)t alium loco sui destinare, nisi infirmitatis articulo incumbente. Nulla litera bulletur dicta bulla, nisi in presentia predictorum, et donec coram illis legatur, et per eos examinetur si illa litera fuit scripta juxta assensum et consilium jam transactum. Si vero predicti essent

leue la letre devant eaus, et recordé se la dite letre aura esté escrite selonc l'acort et le conseil que aura esté. Et si les dessus motis fussent malades ou non fussent present, que ceaus qui tendront lor leuc soient tenus de venir.

infirmi seu absentes, quod eorum locumtenentes teneantur venire.

12. *Combien de man[giers] frere peut doner à sa semonce.* Item establi est que, se aucun baylli ou autre frere fet semonce à freres, que il nen puissent doner que de II mes de char, sauvant le maistre que, quant il fera semonce, que il soit à sa descrition.

12. Statutum est quod bailivy seu frater alius, habens convivas, non possit dare de carnibus ultra quam fercula II, aut unum de piscibus die videlicet carnium, excepto magistro, qui, cum convivium fecerit, dandi plures sit in ejus discretione.

13. *Coment les freres doivent aler as graces et à la proscession.* Item establi est que, quant les freres vant as graces ou en procession, que voisent honestement et portent leur manteaus lacés, et voisent en silence; et qui faudra, soit en VII.

13. Statutum est quod fratres, cum ad gratias ibunt seu in processione, honeste incedant cum mantellis. Qui contra fecerunt, sint in VII.

14. *Combien de freres d'armes doivent demorier de sa mer, et quans de chascune lengue.* Item establi est que de sa mer demeurent IIII^xx freres d'armes, les quels soient partis et tenus comunalment des lengues, s'est assavoir : de la lengue de Provence, XV freres d'armes; de la lengue de France, XV freres d'armes; de la lengue d'Espaine, XIIII freres d'armes; de la lengue d'Ytaille, XIII freres d'armes; de la lengue d'Auvergne, XI freres d'armes; de la lengue d'Alamaigne, VII freres d'armes; de la lengue d'Englaterra, V freres d'armes, et tant com il en voudront de plus. Et qui non aura tant de freres, que il puisse tenir en leur leuc freres sergens, ou frere chevalier en leuc de frere sergent, jusques au compliment de la quantité sus dite; des quels soient LXV freres chevaliers et XV freres sergens d'armes. Chascun frere chevalier II bestes aye et II escuiers, et les freres sergens d'armes II bestes et I escuier. Et se il y avoit remanent de bestes, que le mareschal doye doner as anciens de XX ans en amont, à chascun I beste de plus des autres qui seront sovercle. Le mareschal puisse pendre VII bestes por faire les carrevanes et les servises,

14. Statutum est quod citra mare morentur IIII^xx fratres armorum, qui de linguis dividantur et comuniter teneantur, videlicet de lingua Provincie, XV fratres armorum; de lingua Francie, XV fratres; de lingua Hispanie, XIIII; de lingua Italie, XIII; de lingua Alvernie, XI; de lingua Alamanie, VII; de lingua Anglie, V, et tot quot venerint plures. Et qui non habuerit fratres milites, tenere possit loco ipsorum fratres servientes, usque ad complementum quantitatis predicte; quorum sint LXV fratres milites et XV fratres servientes armorum. Quilibet fratrum militum habeat duas bestias et duos scutiferos; unusquisque vero fratrum serventium armorum duas bestias et scutiferum unum. Si autem bestie supersint, quod mareschallus dare debeat unicuique antiquorum ultra XX annos bestiam unam plus de superfluis quas ipsi possint habere. Marescallus insuper possit accipere VII bestias, pro carravanis faciendis et aliis servitiis, que bestie fratrum conventus facere consueverint. Fratres antiqui ultra viginti annos habere possint ultra scutiferos garsionem unum sine saldeja; qui garsio de Cypri bajulia non existat. Et si aliquis frater talis condi-

que les queles bestes des freres de covent ant acostumé de feire. Les anciens de xx ans en amont puissent avoir outre leur escuiers I garson sans soudées ; lesquels garsons nen soient de la baillie de Chipre. Et se il y avoit aucun frere de tel condition que non fust honor de la maison d'estre II bestes, que le maistre li puisse faire grace de tenir la tierce beste et I garson de plus. Et si bestes demorassent, puisse recomander as freres, selonc se que à lui semblera. Cestes choses desus dites sont à entendre étant solament en Chipre.

tionis foret quod ipse, tenendo duas bestias, honor domui nullus esset, quod magister gratiam facere ei possit tenendi plus tertiam bestiam unumque garsionem. Si vero bestie superflue remanerent in majori quantitate quam superius est expressum, quod marescallus fratribus, quibus sibi placuerit et videbitur expedire, illas possi(n)t recommendare. Supradicta autem in Cypro solum intelligantur.

15. *Que les responsions, qui vendront de sa mer et des aempres qui se faront, en quel maniere veignent au tresor.* Item establi est que, quant les responsions seront venues de sa mer par merchans ou par autres gens, que, au plus tost que l'en porra, soient re[n]dues entierement au tresor, ensi com a esté usé. Encore se nul enprunt se fait de sa mer à paier outre mer, que les deniers dou ditz enprunt soient rendus entieirement au tresor en la main dou tresorier, au plus tost qu'en l'em poiroit.

15. [Item statutum est quod, cum responsiones venerint citra mare per mercatores seu per gentes alias seculares, quam citius poterit integre reddantur thesauro, prout est hactenus usitatum. Et si aliquod nonnullum mutuum fiat citra mare ad solvendum ultra mare, quam citius poterit pecunia dicti mutui in manibus thesaurarii reddatur thesauro].

16. *Comant lor election dou maistre, qui fu ordenée au tems de maistre Johan de Viliers, est confermer.* Item le election dou maistre, qui fu ordenée au tems de maistre Johan de Viliers, et la croissance, qui fu faite à Marseille, est confermée, sauvant que il en soit osté que l'en nen doye jurer sur le corpus Domini.

16[1]. Item confirmatur electio magistri, ordinata tempore magistri Joannis de Villiers, et aditio facta Marsilie, nisi quod nemo supra corpus Domini teneatur jurare ; electio vero antiqua cassatur.

17. *De l'establiment, qui fu fait sur la responsion d'outre mer et sus les priors, est rapellés.* Item l'establiment, qui fu fait au tans, des priours et des comandors par chapitre general, qui non paiaront leur responsion entieirement, que se tenissent pour rapellés et que venissent desa mer, est rapelés et cassés. Et est establi que chascun des prio[r]s et comandors qui sont fait par chapitre general, que mandent chascun an au maistre et au covent entieirement leur responsion ; et se il

1. Il y a ici une interversion dans le manuscrit de Malte ; ce statut y suit le statut 18.

avenist aucun grant cas, par quei il non peussent paier leur responsion compliment, que mandent et au covent leur escuse en verité, avec garence de VII prodeshomes des meillors qui seront en leur chapitre, bullé de leur bulles. Et comendo[n]s, en vertu de sainte obedience, à les freres VII, qui porteront ceste garentie, que non mandent en la dite charte se non la verité de la dite excusation. Et se il se trovera en aucuns tens qui il eusent autre chouse mandé que la verité, que plainte soit faite de eaus par celui à qui le maistre le comandara que doient faire, et perdent la compaignie de la maison.

18. *Combien de monoie doit l'on doner au frere por roubes, linges et pour laver les.* Item establi est qu'en l'en done à chascun frere, por toute l'anée, pour roubes, linges et pour lencieus, et pour les costures, IX b[e]z[ans] blans, et VI b[e]z[ans] blans por laver toutes lor roubes.

18. Statutum est quod tradi debeant cuilibet fratri pro tota annea, pro pannis lineis et cousturis, IX bisantii albi, ac pro abluendis omnibus ejus caubis bisantii albi sex.

19. *Des baillies qui sont donées otre mer à aucun prodome, en quel maniera la doit perdre si elle li est ostée.*

Item establi est que, quant aucune bayllie sera donée à aucun prodome à vie ou à tens outremer par chapitre general par les priors, que l'en se preigne garde à qui l'en la donra, et que elle li soit tenue et non rapelée, se non par la bulle dou couvent. Et se le dist frere fu acusé d'aucun cas, par que il deust perdre la bailie, que il soie rapelés par le chapitre et par la bulle dou covent, et vieigne devant le chapitre, ou mande se excusation par son message. Et adoncs le maistre et le chapitre facent ce que leur semblara que soit de faire.

20. Statutum est quod cavetur quod nullus prior habeat nec habere posset duos prioratus, nunc revocatur[1].

4575. — Novembre 1302.

Henri de Kindhausen (Kirchhausen), précepteur de l'Hôpital en Bohême, Po-

1. Il s'agit du statut 13 du chapitre général de 1301 (V. plus haut, IV, p. 18).

logne et Moravie, donne à la ville d'Ivanovice (Eywanowic) les droits dont jouissait la ville de Brünn.

Analyse : A. Boczek, *Cod. dipl. et epist. Moraviæ*, V, 147[1]; Erben-Emler, *Reg. Boh. et Moraviæ*, II, 836, n° 1942.

Datum mense novembris 1302.

4576. — 8 novembre 1302, Werbelin.

Hermann le Long, margrave de Brandebourg et seigneur de Henneberg, à la prière d'Ulrich Schwabe, commandeur de Nemerow, confirme l'établissement de cette commanderie, constituée par son oncle Albert III, margrave de Brandebourg, et par son père Othon IV le Long, margrave de Brandebourg, et y institue un commandeur et trois prêtres.

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig., attache de sceau). — Analyse : Mülverstedt, *Cod. dipl. Alvenslebianus*, 140. — Texte : Buchholtz, *Brandenb. Gesch.*, IV, append., p. 148; *Meklenburg. Jahrbücher*, IX, 258; *Meklenburg. Urkundenbuch*, V, 84; Riedel, *Cod. dipl. Brand.*, II, i, 246.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus, Dei gracia Brandenburgensis marchio et dominus de Henneberg, omnibus Christi fidelibus, presentes literas inspecturis seu audituris, salutem in perpetuum. Gloria et honor Dei viventis in secula est, inter tot mundi pericula in valle hujus miserie, fideles suos in suo servitio confortare. Recognoscimus igitur presentium serie literarum et publice protestamur quod, inclinati ad honorem Dei omnipotentis meritisque sancte Marie virginis perpetue et sancti Johannis Hospitalis Jherosolimitani, ad preces etiam fidelis nostri secretarii, fratris Olrici dicti Swaf, commendatoris domus in Nemerow, qui nobis et nostris progenitoribus multimod[a] sepius inpendit servitia, propter que, ipsum et ordinem ipsius prosequi cupientes speciali stipendio graciarum, curiam seu domum dicti ordinis in Nemerowe, cum omnibus habitatoribus et possessionibus suis, promovebimus, et ad queque prospera dirigemus. Volentes etiam eandem curiam et fratres cum proprietatibus et libertatibus eorum singulis in vigore stabili perpetuo permanere, omnia ipsorum bona mobilia seu immobilia, per illustrem marchionem Albertum Brandenburgensem, nostrum patruum clare memorie, ipsi et suis confratribus data et concessa, in terra domini Magnopolensis sita, necnon omnia et singula privilegia, eisdem per nos, vel per patrem nostrum Ottonem, vel dictum patruum nostrum Albertum, vel alios nostros progenitores seu predecessores nostros quoscumque, super lignis, silvis, pratis, pascuis, nemoribus, paludibus, aquis, aquarum decursibus, stagnis, piscationibus, molendinis, agris cultis vel incultis, et generaliter omnibus usufructibus, donationibus seu concessionibus quibuscumque data et concessa, duratione perpetua liberaliter in nomine Domini per presentes confirmamus. Et quia institutionem seu fundationem dicte curie seu elymosyne in Nemerow idem frater Olricus noster specialis a predicto patruo nostro Alberto, inclyto et confirmationem ejusdem a nobis fieri suis servitiis et meritis procuravit, statuimus, volentes omnimode ut nullus magistrorum ordinis predicti fratrem Olricum predictum a dicta amoveat curia, sed ipse,

1. Boczek prétend avoir tiré cette analyse de l'original conservé au musée Moravique à Brünn (Franzensmuseum). C'est une erreur ; cet auteur indique souvent inexactement les sources auxquelles il a recouru.

cum elimosynarum largitione et trium sacerdotum ordinis divini officii celebratione, eandem regat cum libertatibus curiam quiete temporibus vite sue ; cum autem decesserit ab hac luce, tunc magister et successores sui divinum officium per tres sacerdotes ordinis et elymosynam eodem modo observare perpetuo tenebuntur, sicut idem frater Swaf suis temporibus tenuit et possedit. Testes hujus sunt : Hinricus de Alvensleve, et Gevehardus senior de Alvensleve, Bernhardus de Plozke, Droyseko, nostre curie dapifer, Gerckinus de Molendorp, nostri milites, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in Werbelino, anno millesimo tricentesimo secundo, quinta feria ante festum beati Martini episcopi.

4577. — 17 novembre 1302, Bâle.

L'official de Bâle certifie qu'en présence de Jean de Dorlisheim (Torolzheim), prieur de l'Hôpital S. Jean de Bâle, procureur général des Hospitaliers en Allemagne, Pierre de Friesen, chevalier, a vendu au commandeur et aux Hospitaliers de Mulhouse (Múlnhusen) une maison à Friesen « super ripam », appelée Large, avec ses dépendances, et un moulin, moyennant dix-neuf marcs d'argent de Bâle.

Source : Colmar, Arch. de l'anc. dép. du H.-Rhin, H. ordre de Malte, Friesen, carton 2 (orig.).

Actum et datum Basilee, anno et die supradictis [sub anno Domini MCCC secundo, sabbato proxima post festum beati Martini, hora prime].

4578. — 8 décembre 1302, Tarragone.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne à Gaucerand de Cort, viguier de Montblanch, de faire exécuter les conditions de la vente du château de Belltall, consentie par Bertrand de Belltall, chevalier, à Raymond de Lampourdan, frère de l'Hôpital.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 126, f. 174 *b* (copie contemp.).

Dilecto suo Gaucerando de Curte, vicario Montisalbi, etc. Bertrandus de Belltayl, miles, sua nobis clamosa insinuatione monstravit quod ipse, ut asserit, vendidit fratri R[aimund]o de Empuriis, ordinis Hospitalis, castrum de Beylltail, quod erat dicti Bertrandi ; in precio cujus venditionis dictus frater R[aimund]us promisit dare victum et vestitum dicto Bertrando et uni scutifero suo in aliquo loco congruo Hospitalis ; et inter alia pacta dicte venditionis fuit inter eos conventum quod, dicto fratre R[aimund]o, seu predicto Hospitali, nomine cujus dictus frater R[aimundus] fecerat emptionem predictam, non servantibus pacta inter eos inita tempore venditionis, que in instrumento dicte venditionis plenius continentur, dictum castrum esset inemptum. Dictus vero frater R[aimundus], pactis et conventionibus predicte venditionis initis, ut asseritur, non curavit parere, immo castrum et precium indebite retinet, et dictus Bertrandus cogitur in opprobrium militis mendicare, propter potenciam et oppressionem fratris R[aimund]i et Hospitalis predicti, qui litis sumptibus ipsum vexari faciunt et expensis. Propter quod dictus Bertrandus nobis humiliter supplicavit sibi super hiis de oportuno remedio provideri. Nos igitur, supplicatione ejusdem benigne admissa, vobis dicimus et man-

damus quatinus, vocatis qui fuerint evocandi, breviter et de plano, sine strepitu et figura judicii, cum dictus Bertrandus sit inops et miserabilis persona, de prefato negotio cognoscatis, et faciatis fieri super eo quod fuerit rationis, juxta conventiones predictas, maliciis et diffugiis non admissis. Interim vero vobis et[iam] mandamus quod faciatis dicto Bertrando pro parte Hospitalis in suis neccessariis provideri, cum sit pauper et miserabilis persona, et non habeat unde possit causam ducere nec comodum sustentari. Nos enim super premissis vobis co[mi]timus plenarie vices nostras. Datum Terrachone, VI idus decembris, anno predicto [MCCC secundo].

4579. — 10 décembre 1302, Tarragone.

Le même mande à Bérenger de Cardona, maître du Temple en Aragon et Catalogne, et à Eriman de Ponz (de Pontibus), lieutenant du maître de l'Hôpital en Catalogne, que les hommes du Temple et de l'Hôpital seront tenus de faire appel au roi des décisions des juges locaux[1].

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 25, f. 151 et suiv. (copie contemp.).

Datum Terrachone, IIII idus decembris, anno Domini millesimo CCC secundo.

4580. — 29 décembre 1302, Tortose.

Le même ordonne à Guillaume de Castellbo, son portier, de rester à Sigena pour empêcher les abus.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 126, f. 224 (copie contemp.).

Fideli porterio suo porte exterioris G[uillelmo] de Casteilbo, etc. Significatum est nobis quod tu intendis recedere a monasterio de Sexena. Verum cum nos ordinaverimus et velimus quod ibi continue permaneres in dicto monasterio, ad prohibendum ex parte nostra ne in eodem vel locis ejusdem aliqui hospitentur, nec aliquid de eisdem monasterio et locis accipiant, idcirco dicimus et mandamus tibi quatinus a dicto monasterio ullatenus recedas, set ibi permaneas ad prohibendum et custodiendum omnia supradicta, ut jam tibi per alias litteras nostras dedimus in mandatis. Mandamus etiam tibi quatinus caveas diligenter ne familia superflua, nec animalia seu equitature, tam de priorissa quam de dominabus ejusdem monasterii, in dicto monasterio seu ejus locis ulterius recolligantur, nec dampna faciant in expensis. Et si forte dicta priorissa vel alique domine tibi contradicerent super istis, statim significa nobis. Nos enim per presentes mandamus universis et singulis officialibus et subditis nostris quod ad requisitionem tuam impendant tibi, si necesse fuerit, super predictis auxilium et juvamen. Datum Dertuse, IIII kalendas januarii, anno predicto [MCCC et dos].

1. Le roi tenait beaucoup à cette prérogative de la couronne, et il insiste dans son mandement sur ce point. En outre, la pièce est précédée, dans le registre, de la mention suivante, qui indique l'importance attachée à ce droit. « Ad habendum memoriam de facto « appellationum, quas regia curia habere debet in locis « religiosorum regni Aragonie, ut in tenore subscrip« tarum litterarum continetur, sunt hic registrate « littere dudum misse per dominum regem circa hoc « dictis religiosis et universitatibus locorum suorum. » — Le même mandement fut adressé aux vassaux de l'Hôpital et du Temple à Gallur, Añon (Anyon), Cabañas, l'Alumunia, Labata, Alpartill, Aliaga, Pilot, Huesca, Caspe, Mallen et Castiliscar (Castelliscar).

4581. — 3 janvier 1303, Tortose.

Le même donne à Thérèse Ximenès d'Urrea, prieure de Sigena, en souvenir de ses parents et ancêtres et de sa fille Blanche, qui était entrée au monastère de Sigena, la moitié de l'impôt du monnayage sur toutes les possessions de Sigena.

Source: Sigena, Arch. du monast. (orig.).

Pateat universis, presentibus et futuris, quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie et Murcie, ac comes Barchinone, considerantes et ad memoriam reducentes puram devotionem, quam progenitores nostri memorie recolende reges Aragonum gesserunt erga monasterium de Sexena, ide[o nos, eorum] sequentes vestigia, ad honorem et laudem altissimi Creatoris et gloriose virginis Marie, genitricis ejus, et ad decus etiam et decorem omnium sanctorum Dei, et quia inclitam Blancham, natam nostram, domino Deo et monasterio ipsi tradidimus ut ibi debitum impendat Altissimi famulatum, respectu ejusdem, et in remedium et salutem animarum parentum nostrorum et nostre, per nos et omnes heredes et successores nostros, gratis et ex certa scientia, damus, tradimus et concedimus, donatione irrevocabili inter vivos, domino Deo et venerabilibus ac religiosis Teresie Eximini de Urrea, priorisse jamdicti monasterii de Sexena, et conventui ejusdem et successoribus ejusdem monasterii imperpetuum, medietatem monetatici omnium locorum monasterii et honoris de Sexena, — quod quidem monetaticum integre nunc percipiebamus, — ita quod de cetero priorissa et conventus et successores monasterii predicti habeant et percipiant medietatem, quam retinemus, sic quod scriptio dicti monetatici fiat per unum hominem nostrum et per alium hominem, quem ad hoc priorissa et conventus, presentes et qui pro tempore fuerint, duxerint eligendum, et quod colligatur prout fit in locis Hospitalis Jherosolimitani, in quibus idem Hospitale habet medietatem de monetatico ipso. Dantes et concedentes eisdem priorisse et conventui et successoribus suis omnia jura, que nobis et nostris competunt et competere possunt quacumque causa vel ratione in medietate monetatici locorum omnium predictorum, quam eis damus et concedimus. Quam quidem medietatem monetatici de posse et dominio nostri et nostrorum extrahimus, et in posse et dominio dicte priorisse et conventus et successorum suorum transferimus et donamus imperpetuum, donatione irrevocabili inter vivos, in earum usus, utilitatem et comodum convertendam. Volumus tamen et ex certa scientia statuimus et mandamus, per nos et successores nostros, cum hoc presenti privilegio perpetuo valituro, quod dicta priorissa et conventus vel successores eorum non possint aliquo tempore vendere nec alienare medietatem monetatici supradicti, per nos eis datam, nec partem ipsius aliquibus personis, cujuscumque status, dignitatis vel conditionis existant; immo ipsam medietatem monetatici, et quicquid ab ipsa habuerint et perceperint, in usus et utilitatem ac comodum earum et prefati monasterii convertant et convertere teneantur. Hanc autem donationem et concessionem nostram prefatis priorisse et conventui et successoribus eorum facimus, ut continetur superius, sicut melius dici potest et intelligi, ad suum suorumque salvamentum et bonum intellectum. Mandantes per presens privilegium nostrum procuratori Aragonie, bajulo generali, merinis, zalmedinis, justiciis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predictam donationem et concessionem nostram firmam habeant et observent, et faciant inviolabiliter observari, ut superius continetur, et non contraveniant, nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione. Datum Dertuse, tercio nonas januarii, anno Domini millesimo trescentesimo secundo. Signum (*Croix*)

Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Valencie et Murcie, ac comitis Barchinone. Testes sunt : Jacobus, dominus de Pericha(?) ; Ermengaudus, comes Urgellensis ; Guillelmus de Entenza ; Johannes Eximini de Urrea ; Luppus Eximini de Urrea. Sig(*Croix*)num Petri Martini, dicti domini regis scriptoris, qui, de mandato ejusdem, hoc scribi fecit, et cum litteris rasis et emendatis in quarta linea, ubi dicitur « quod quidem », et in quinta linea, ubi scribitur « integre nunc percipiebamus », clausit, loco, die et anno prefixis.

4582. — 8 janvier 1303, Stargard.

Bohuslav IV, duc des Slaves et de Cassubie, confirme tous les privilèges antérieurement donnés par lui aux Hospitaliers.

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig. scellé).

Bug[islaus], Dei gracia dux Slavorum et Cassubie, omnibus, presentem paginam visuris et audituris, graciam suam cum plenitudine omnis boni. Tenore presencium universis volumus esse notum quod ratificamus et approbamus omnia privilegia, que a nobis fratribus de domo Hospitalis Jherosolimitani ordinis sancti Johannis Baptiste a nostra puerili etate usque ad presens tempus sunt indulta. Insuper volumus ipsa privilegia ab omnib[us], qui nostris obediunt jussionibus et preceptis, quascunque libertates sive quecunque jura specialia continean[t], prorsus observari inconwlsa. In hujus vero nostre donacionis testimonium et evidenciam ampliorem, sigilli nostri munimen duximus applicandum. Actum Stargard et datum ibidem, anno Domini MCCC tercio, in triduo post epyphaniam Domini.

4583. — 9 janvier 1303.

Hermann de Mayence, commandeur de Francfort, lieutenant d'Henri de Kindhausen (Kindehusen), grand-prieur d'Allemagne (hohin meistir des Spidals sente Johannis von Jerusalem) au Wetterau (Weidireibe) et dans les pays du Rhin Inférieur (Nydirland), donne à maître Sigelin, médecin à Francfort, un domaine (curia) près de la fontaine de Luprand à Francfort, en échange d'une maison sise près de la commanderie de S. Jean (hove en sente Johanne) à Francfort.

Source : Francfort sur le Mein, Arch. municip., ordre de S. Jean, n° 10 (orig. scellé). — Texte : Kriegk, *Deutsches Bürgerthum im Mittelalter* (Francfort sur le Mein, 1868-71), II, 406.

Und ist gegebin nach Godis geburte, da man zalte dûsent drûhûndirt jar, und in deme drittin jare, an der nehisten mittewochen nach deme zwelftin dage.

4584. — [17 janvier 1303[1], Wawerley].

Le grand-prieur d'Angleterre compose avec Edouard I, roi d'Angleterre, moyen-

1. L'acte n'est pas daté, mais il est probable que la date portée par le premier mandement contenu « in schedula » (17 janvier 1303) s'applique aux autres mandements, et qu'on doit l'adopter.

nant une somme de dix livres, pour être autorisé à prendre possession d'une tenure laïque à Woodcot (Wodcote) et à Litschfield (Lydeshelf).

Source : Londres, Record office, originalia Scaccarii, 31 Ed. I, membr. 12 in schedula (copie contemp.). — Analyse : *Abbreviatio rotul. orig. in curia Scaccarii,* I, 127.

4585. — 24 janvier 1303, Latran.

Le pape Boniface VIII renouvelle, pour le diocèse de Cologne, en l'adressant au doyen de Cologne, la bulle d'Alexandre IV, du 21 janvier 1259 : « Dilectorum filiorum. » (V. plus haut, II, *n°* 2913.)

Sources : Paris, Bibl. nat., lat. 8999, n° 52 (orig. bullé, très mauvais état); Wurtzbourg, Arch. roy., cartul. 141, f. 116 (copie, xvi[e] s.).

Dat. Laterani, ix kalendas februarii, pontificatus nostri anno ix.

4586. — 5 février 1303.

Esgart en faveur de Simon le Rat, maréchal de l'Hôpital, contre Girard de Gragnana, Hospitalier.

Source : Paris, Bibl. nat., franç. 6049, f. 194 *b* (copie, xiv[e] s.).

L'an[1] del incarnation mccc et ii, à v jour dou mois de fevrier, demanda esgart de freres frayre Girart de Graignane, qui estoit au jour hospitaliers, dou harnois de frere Thomas l'Englès, qui estoit mort seneschal dou palais dou malades. Et disoit que, par rayson que il estoit à son office et à son comandement, son harnois devoit venir à sa main. Le mareschal, qui lors estoit frere Symon le Rat, disoit que frere Thomas estoit frere d'armes, et, por la raison que il estoit frere d'armes, tout son harnois devoit venir à sa main, et traist à garentie les establimens. Les freres que estoient à l'esgart, frere Raymont de Rebelles, grant comandor, et autres plusors freres anciens regarderent les establimens et vostrent savoir se ledit frere Thomas estoit frere d'armes, et, saue la verité, fu coneu que le harnois devoit venir à la main dou mareschal por la raison que il estoit frere d'armes ; et fu coneu adons que nuill bailli nen devoit avoir ha[r]nois de frere d'armes qui fust à son comandement, se non le grant comandor.

4587. — 11 février 1303, Rapperswil.

Elisabeth, comtesse de Rapperswil, donne aux frères de la commanderie de Bubikon la qualité de bourgeois de Rapperswil.

Sources : Zurich, Arch. cant., command. de Bubikon, n° 29 (orig.); Rapperswil, Arch.

1. Rubrique : « Cest l'esgrat fu fait enter (*sic*) le mareschal et l'ospitalier, qui adonc estoient. »

comm. (copie authentique). — Analyse : X. Rikenmann, *Die Reg. des Archivs der Stadt Raperswyl*, p. 37, n° 8, dans Th. v. Mohr, *Die Reg. der Arch. in der Schweiz. Eidgenossenschaft*, I (Coire, 1851); E. Rochholz, *Die Homberger Grafen des Frick- und Sissgaues*, dans *Argovia*, XVI, 62.

In Gotes namen, amen. Allen den, die disen brief sechent alder hůrent lesen, kuͥnden wir Ellisabet, grieffen von Raperechswiler, und Hienrich, der amman swltheze ze Raperechswiler, Cůnrat der truchsceze, Peter und Werenher von Ranbach zo Ganlunstein, R. von Hasele, H. Ekol, Ulr. Sneph und Berchtolt der Loͤwe, der rat von Raperechswiler, das wir han gelobet den erberen gieslichen luͥten dem konmeduͥr und den brůderen ze Bůbinkon, die nu sint alt hernach werdent, das wir suͥ fuͥr unser frigen burger haben in ållem dem rechte als suͥ har sint kůmen, und in nuͥt sol schaden noch an irem burgrechte krenken, das suͥ ir hus ze Raperechswiler, dar an suͥ burger sint, umbe einen ierlichen zins hant werluͥchen dem forgenanten Hienrich, dem amman, und frow Verinun, siner elichen frewͮn, die wile si lebent alder ir einwederes. Und haruͥber ze einee bestetunge und ze einem urkunde, so han wir duͥ forgenante grieffen unser insigel und der forgeschriben rat von Raperechswiler unser stat insigel an disen brief gehenket. Dis gesach ze Raperechswiler, do man zalte von Gotes gebuͥrte tusent druͥ hundert und druͥ iar, an dem mentage for sant Walentis tage.

Au dos (xive s.) : Do wir sin burger ze Rapherswiler, *et* (xviiie s.) : Fraw Elisabet, gräfin zu Raperschwil, nimpt den comenthur, sin haus Bubiken und dessen nachkomen zu einem burger in der Statt Raperschwil uff und an. Anno 1303.

4588. — 25 février 1303, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, mande à son justicier de la terre d'Otrante de ne pas exiger du prieur et des Hospitaliers de Venosa, à raison du casal de Casavecchia, les impôts que ceux-ci auraient dû payer si ce casal n'avait pas été dévasté par la guerre.

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 145, f. 369 *b* (dans un mandement du 5 octobre 1304, copie contemp.).

Scriptum est justiciario Terre Bari, fideli suo, etc. Pro parte religiosorum virorum prioris et fratrum sacre domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Barolo, devotorum nostrorum, fuit nuper expositum coram nobis quod, cum ipsi tenerent et possiderent, ac tenuissent et possedissent racionabiliter ab antiquo castrum Guarignoni, situm in jurisdictione tua, cum hominibus, juribus et pertinentiis suis omnibus, cum diebus proximis, pretextu cujusdam mandati nostri, super divisione tenimentorum terre Gravine ab aliis circumpositarum terrarum

1. Ce personnage appartenait à une famille italienne originaire de Plaisance, qui a fourni deux chanoines à l'église de Reims au xive siècle, et dont le nom italien fut francisé en Pegorare.

et locorum, ad peticionem Raymundi Berengarii, nati nostri[1], hactenus tibi facti, nulla in hoc debita inquisitione et sollempnitate servata in talibus precedente, ad limitacionem tenimentorum dictorum terre Gravine et castri Guarignoni minus juste procedens, sub limitacione ipsa certam partem tenimenti castri predicti, quam per certos fines distintam iidem religiosi et antecessores eorum ac homines ejusdem castri ab antiquo tempore tenerunt, in ipsorum manifestum prejudicium inclusisti, applicans eam tenimento dicte terre Gravine, et per novos fines ac tenimenta limitans et distinguens, ex quo secutum est quod officiales dicti filii nostri, religiosos ipsos et homines dicti castri hujusmodi partis possessione privantes, illa eos uti more solito et gaudere non sinunt. Cumque dicti religiosi processum tuum hujusmodi asserant nullum esse, et propterea per nos petierint revocari, fidelitati tue precipiendo mandamus quatinus, partibus coram tui presentia convocatis, si prefatus processus tuus, habitus pro te de distincione et limitacione predictis, inveniatur ipso jure forsitan nullus esse, cum ipso processu tuo, ut juris fuerit revocato, rem in statum pristinum reducas, et reduci facias in quo ante limitationem memoratam, procedens d[emu]m ad limitacionem predictam, juxta formam predictarum litterarum nostrarum, prout justicia suadebit. Data Averse, per B[artholomeum] de C[apua], militem, etc., die primo marcii, II indictionis.

4642. — 9 mars 1304, Latran.

Le pape Benoît XI autorise dans les églises et chapelles de l'Hôpital, une fois par semaine, la lecture des neuf leçons à matines, et, pendant le jour, le chant des heures et de la messe de S. Jean Baptiste[2].

Sources : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 398 *b* (copies de S. Pauli, XVIIIe s., avec la date fautive du 23 février (VII kal. mart.), d'après la bulle orig. n° 6, auj. perdue, des Arch. de Malte); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIIIe s.), et vol. 1131, f. 178 (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 51, f. 161 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 308 (copie de Smitmer, XVIIIe s., d'après les Arch. du Vatican). — Texte : Grandjean, *Reg. de Benoît XI*, col. 531, n° 874.

Benedictus, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, salutem, etc. Hiis, que augmentum cultus divini nominis respicere dinoscuntur, libenter adicimus apostolicis muniminis firmitatem, ut illibata persistant, cum nostro fuerint presidio communita. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod vos ordinatione pia et provida statuistis ut, in quibuslibet ecclesiis, oratoriis et capellis vestris, una vice in qualibet septimana, qua festum aliquod non occurrerit, in matutinis novem lectiones legantur, et in die hore canonice et missa conventualis de beato Johanne Baptista, in cujus honore dictum Hospitale constructum existit, adventus Domini et quadragesime tempore dumtaxat excepto, ob ejusdem sancti reverentiam solemniter decantentur, prout in patentibus litteris inde confectis, vestri sigilli munimine roboratis, plenius continetur. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, hujusmodi ordinationem et statutum rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, districtius inhibentes ne quis contra ordinationem et statutum eadem venire quoquomodo presumat. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Laterani, VII idus martii, pontificatus nostri anno I.

1. Raymond-Bérenger, comte de Provence, mourut le 3 octobre 1305.

2. Le souverain pontife, en promulguant cette bulle, confirma le premier des statuts qui avaient été rendus par le chapitre général de l'ordre tenu le 5 novembre 1300 (V. plus haut, III, 811, n° 4515).

4643. — 20 mars 1304, Latran.

Le même ordonne au prieur de Roda, au diocèse de Lérida, d'obliger les religieuses du monastère de Sigena à rendre aux Hospitaliers d'Aragon l'obéissance et le respect qu'elles leur devaient. (*V. plus haut, n°* 4623.)

Sources: Rome, Arch. du Vatican, reg. 51, f. 122 *b* (copie contemp.); Sigena, Arch. du monastère (orig.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 309 (copie de Smitmer, xviii[e] s.). — Texte: Grandjean, *Registre de Benoît XI*, col. 402, n° 629.

Benedictus, etc., dilecto filio priori de Roda, Ilerdensis diocesis, salutem, etc. Significarunt nobis dilecti filii .. magister et fratres Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani in Aragonia quod, cum ipsi .. priorissam et conventum monasterii de Xixena[1], per priorissam soliti gubernari, Ilerdensis diocesis, eidem Hospitali subjecti, super eo quod eadem priorissa et conventus a subjectione ipsius Hospitalis se temere subtraxerant, obedientiam et reverentiam eidem magistro debitam denegando, coram Bernardo de Aristot, canonico Urgellensi, cui venerabilis frater noster .. episcopus Urgellensis, judex in hac parte a sede apostolica delegatus, commiserat super hoc vices suas, diffinitiva sibi sententia reservata, traxissent in causam, idem canonicus, quia dicte priorissa et conventus citate legitime comparere coram eo in prefixo sibi termino peremptorio competenti contumaciter non curarunt, monasterium ipsum supposuit ecclesiastico interdicto. Et tandem cum eedem priorissa et conventus in hujusmodi contumacia pertinaciter persisterent, eosdem magistrum et fratres in possessionem vel quasi hujusmodi juris, quod in monasterio predicto petebant, causa rei servande decrevit et mandavit induci. Sed dicti magister et fratres hujusmodi possessionem nancisci non potuerunt propter maliciam et potentiam partis adverse, per annum et amplius in sua contumacia perdurantis. Ne igitur contumaces melioris conditionis quam obedientes existere videantur, discretioni tue per apostolica scripta mandanus quatinus, si est ita, dictos magistrum et fratres in possessionem vel quasi hujusmodi juris inducas, et, sicut justum fuerit, tuearis inductos, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Dat. Laterani, xiii kalendas aprilis, pontificatus nostri anno i.

4644. — 20 mars 1304, Latran.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, ordonne à son justicier de Capitanate de faire restituer aux Hospitaliers de Venosa un territoire, sis à Monte Pecorario entre Ascoli et Ponte Albaneto, que détenait Christophe, comte d'Ascoli.

Source: Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 136, f. 91 *b*, et reg. 138, f. 318 (copies contemp.); Bibl. nat., XV. D. 15, f. 49 (copie, xviii[e] s.).

Scriptum est justiciario Capitanate, fideli suo, etc. Pro parte religiosorum

1. Reg. du Vatican: Zizena.

virorum prioris et fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in S. Trinitate de Venusio, devotorum nostrorum, fuit majestati nostre nuper expositum quod, cum quoddam territorium terrarum laboratoriarum, quod dicitur de Monte Pecorario, situm inter Exculum et Pontem Albanei, de decreta tibi provincia, ad domum S. Trinitatis ipsius rationabiliter pertinens, per virum nobilem Christoforum, comitem Excoli, fidelem nostrum, occupatum teneatur illicite seu distractum, revocari illud ad jus et proprietatem generalem ejusdem domus benignius mandaremus. Nos autem ecclesias et alia pia loca divinis obsequiis dedicata oportuni favoris presidio prosequi disponentes, ipsorum religiosorum supplicationibus inclinati, fidelitati tue presentium tenore jubemus quatenus, cum res sacre a comunibus multo non differant, et eadem sit in hiis favorabilis habenda censura, vocatis qui fuerint evocandi, de premissis diligenter inquiras, et, si predictum territorium terrarum, de bonis domus ejusdem alienatum, inveneris occupatum illicite seu distractum, illud ad jus et proprietatem ipsius domus summarie, de plano et absque judicii strepitu, juxta formam regni nostri Sicilie, in revocatione aliena feudalium observatam, studeas legitime revocare. Est enim juri conveniens et consentaneum equitati ut ecclesiastica bona, divinis dedicata serviciis, feudalium, que principalibus deputantur obsequiis, favore ac privilegio pociantur, cavens actente quod ad ea, que curia nostra tenet, seu alicui per eandem curiam sunt concessa, vel ad ipsam curiam sunt rationabiliter devoluta, seu alicui per officiales curie ad annuum censum locata, nostrisque forestis aut solaciis deputata, manus tuas pretextu presentium non extendas. Datum Neapoli, per Bartholomeum de Capua, etc., die xx martii, II indictionis.

4645. — 1 avril 1304, Westminster.

Edouard I, roi d'Angleterre, prend sous sa protection les Hospitaliers du grand-prieuré de S. Gilles au duché d'Aquitaine.

Source : Londres, Record office, Rot. Vasc., 32 Ed. I, membr. 19 (copie contemp.). — Texte : Bémont, *Rôles Gascons*, III (en cours de publication).

Rex dilecto et fideli suo Johanni de Havering., senescallo in ducatu predicto, et omnibus aliis senescallis, ballivis, prepositis et ministris suis ejusdem ducatus, salutem. Gratus sinceritatis affectus, quem dilectum nobis priorem S. Egidii, Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, ad nos et honorem nostrum promovendum habere probavimus, nos induit ut ad ea, que votis suis sciverimus concedenda, favorabiles nos reddamus. Hinc est quod, cum ex parte dicti prioris nobis fuerit supplicatum quod ipsum priorem, domos, fratres et homines ac bona sua, in ducatu predicto existencia, reciperemus in proteccionem nostram et gardiam specialem, nos, ejusdem supplicacioni favorabiliter annuentes, ipsum priorem, domos, fratres, homines et bona sua predicta in proteccionem, gardiam et defensionem nostram suscepimus specialem, vobis et vestrum cuilibet firmiter injungendo mandantes quatenus ipsos priorem et fratres in suis justis possessionibus manuteneatis, protegatis et defendatis, non inferentes eis vel inferri permittentes in personis aut rebus dampnum, injuriam, impedimentum, molestiam seu gravamen. Et si quid eisdem vel alicui eorum forisfactum fuerit, id eis celeriter emendari faciatis, prout justum fuerit et ad se quilibet vestrum noverit pertinere, servientes nichilominus idoneos, qui predictos priorem, fratrem, domos, homines et bona sua predicta protegant, gardient et defendant, eisdem, quociens opus fuerit et vobis videbitur faciendum, specialiter concedendo, ita tamen quod predicti prior et

fratres, qui hujusmodi proteccione seu gardia nostra juvari vel gaudere voluerint, litteras suas patentes penes vos, prefate senescalle Vasconie, retinendas concedant, per quas advoent et recognoscant se et omnia bona sua, in dicto ducatu existencia, de speciali gardia nostra et proteccione existere, et per nos specialiter gardiari debere. In cujus, etc. Datum apud Westmonasterium, primo die aprilis. Per peticionem de consilio.

4646. — 2 avril 1304, Vatican.

Le pape Benoît XI ordonne au patriarche de Jérusalem et aux évêques de Limisso et de Famagouste de remettre le pallium à Jean, profès de l'ordre de l'Hôpital, évêque élu de Tharse. — « Pro parte dilecti »

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 51, f. 121 (copie contemp.). — Analyse : Grandjean, *Reg. de Benoît XI*, col. 398, n° 622.

Dat. Rome apud S. Petrum, IIII nonas aprilis, [pontificatus nostri] anno I.

4647. — 3 avril 1304, Lychen.

Henri II le Lion, duc de Mecklembourg, reconnaît que les Hospitaliers de Mirow lui ont fait don d'une somme de trente marcs d'argent. Il exempte en échange leurs biens de tout impôt pécuniaire à Zirtow (Zyrtowe), Peetsch (Peceke), Lenst (Lenz), Fleth (Vlethe), Repente (Repent) et Mirow (Myrowe).

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig.). — Texte : Boll, *Geschichte des Landes Stargard*, I, 354; *Meklenburg. Jahrbücher*, II, 248; *Meklenburg. Urkundenbuch*, V, 155; Riedel, *Cod. dipl. Brand.*, I, II, 330, et II, VI, 33.

Datum Lychen, anno Domini MCCC quarto, tertio nonarum aprilis.

4648. — 3 avril 1304, Lychen.

Le même reconnaît que les Hospitaliers de Nemerow et de Gardow lui ont fait don d'une somme de quarante marcs d'argent, et exempte leurs biens de tout impôt pécuniaire à Gross-Nemerow (Majus Nemerowe), à Klein-Nemerow (Slavicalis Nemerowe) et à Gardow.

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig. scellé et copie du 25 janvier 1496). — Texte : Boll, *Gesch. des Landes Stargard*, I, 355; Buchholtz, *Brandenb. Gesch.*, IV, app. p. 149; *Meklenburg. Jahrbücher*, IX, 261; *Meklenburg. Urkundenbuch*, V, 156; Pistorius, *Genealogie des Geschlechts von Warburg*, append. B; Riedel, *Cod. dipl. Brand.*, II, I, 258.

Datum Lychen, anno Domini MCCC quarto, nonas aprilis III.

4649. — 23 avril 1304, Güstrow.

Nicolas II et Gunther, seigneurs de Werle, donnent aux Hospitaliers de Mirow

huit manses à Schillersdorf (Scildersdorf), neuf manses à Roggentin (Rozhgentin), vingt-deux manses à Queghowe, quarante-six manses à Granzow (Granzewe), trente-deux manses à Qualzow (Qualiczowe), trente-deux manses et demi à Leussow (Leysowe), avec le patronage de l'église de Leussow.

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig.).

Datum Guysterowe, in nostra presentia, anno incarnationis dominice millesimo trescentesimo quarto, in die Georgii martiris, feria quarta proxima post dominicam qua cantatur « Jubilate Deo »[1].

4650. — 14 mai 1304, Pérouse.

Le pape Benoît XI ordonne au clergé, aux ordres de Citeaux, des Prémontrés, de S. Benoît, de S. Augustin, des Chartreux et de Grandmont, aux Hospitaliers et Templiers de France de payer la dîme sur les revenus ecclésiastiques du royaume, dîme qu'il avait accordée pour deux ans à Philippe IV le Bel, roi de France, pour la réforme des monnaies. — « Ex multiplici negociorum. »

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviii[e] s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 51, f. 222 *b* (copie contemp.) ; Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. ordre de Malte, bulle n° 153 (copie du 8 mars 1306, très mauvais état). — Texte : Grandjean, *Reg. de Benoît XI*, col. 787, n° 1261.

Dat. Perusii, ii idus maii, pontificatus nostri anno i.

4651. — 15 mai 1304, Pérouse.

Le même confirme à maître Sicard de Vaur, professeur ès lois et chapelain du pape, les bénéfices dont il jouissait dans les diocèses de Narbonne, d'Albi et de Comminges, parmi lesquels des dîmes près de Puy-Maurin (diocèse de Comminges) et la maison de S. Pierre de Gil (de Gilio), dépendant de l'ordre de l'Hôpital. — « Personam tuam[2] »

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 51, f. 178 *b* (copie contemp.). — Analyse : Grandjean, *Reg. de Benoît XI,* col. 590, n° 987.

Dat. Perusii, idibus maii, [pontificatus nostri] anno i.

4652. — 16 mai 1304, Huesca.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne au « suprajunctarius » d'Huesca, sur la plainte de la prieure de Sigena, d'interdire à Guillaume de Moncada (de Monte-

1. Il y a ici une erreur évidente, le mercredi tombant en 1304 le 22 avril, tandis que la fête de saint Georges se célèbre le 23 avril.

2. Même bulle, adressée le même jour à l'évêque de Béziers, à l'abbé de Fontfroide (diocèse de Narbonne) et au doyen de S. Séverin de Bordeaux.

cathano) d'imposer aux vassaux du monastère à Candasnos (Campus Asinorum) un droit de péage à Valcuerna (Vaylcorna).

Source: Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 132, f. 188 *b* (copie contemp.).

Datum Osce, xvii kalendas junii, anno predicto [mccc quarto].

4653. — 21 mai 1304, Pérouse.

Le pape Benoît XI mande à l'évêque de Limisso d'engager les gens de Limisso à céder, par voie d'échange ou autrement, aux Hospitaliers un oratoire, contigu au couvent des Hospitaliers.

Sources: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 51, f. 143 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 313 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Texte: Grandjean, *Reg. de Benoît XI*, col. 477, n° 760.

[Benedictus, etc.], venerabili fratri .. episcopo Nimociensi, [salutem, etc.]. Commendanda dilectorum filiorum magistri et fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani religio, sub cujus observantia iidem magister et fratres acceptabile Domino impendunt obsequium, promeretur ut eorum votis, in hiis que ipsis oportuna fore prospicimus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Ex parte siquidem dictorum magistri et fratrum fuit propositum coram nobis quod ipsorum domus, sita in civitate Nimociensi, insule Cipri, ubi conventus fratrum predictorum nunc resident, viis publicis, excepto quodam angulo, ubi est quoddam oratorium seu capella Grecorum, undique circumcincte existit, quodque ipsis et eidem domui possint ex predicto angulo multa incommoda provenire, propter quod prefatum angulum eis esse dinoscitur plurimum oportunum. Quare iidem magister et fratres nobis humiliter supplicarunt ut, cum predicti Greci prelibatum oratorium seu capellam nolint cum eis alicujus contractus genere permutare, apostolicum super hoc remedium adhibere, per quod ad eos predictus angulus licite pervenire valeat, de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, ipsorum magistri et fratrum supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus supradictos Grecos, ex parte nostra, per te vel per alium seu alios, moneas et inducas ut prelibatum oratorium sive capellam dictis magistro et fratribus, pro cambio competenti, aut alio legittimo et licito contractu, concedant, eos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo. Dat. Perusii, xii kalendas junii, [pontificatus nostri] anno i.

4654. — 8 juin 1304, Pérouse.

Le même renouvelle, avec des variantes, la bulle d'Alexandre IV, du 11 juillet 1256 : « *Cum preter pauperem* ». (*V. plus haut,* II, *n°* 2822.)

Sources: Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1146, n° 48 (vidimus de 1373); Frauenfeld, Bibl. du cant. de Thurgovie, Y. 72, p. 111 (copie, xve s.[1], dans un vidimus de l'official d'Avignon, du 3 avril 1383); Harlem, Arch. comm., L. 42, f. 11 *b* et 17 *b* (bullaire de la fin du xve s.); Lyon, Arch. du Rhône, langue d'Auvergne, H. 30, n° 3 (vidimus de l'official de Clermont, de 1369), et H. 22, f. 209 (copie d'A. de Naberat, xviie s.); Marseille, Arch.

1. La rubrique de la table des matières du manuscrit porte : « Require Basilee, et transumptum in Veldkilch ».

des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 24, n[os] 163 et 163 *bis* (4 vidimus des 6 juillet 1370 à Valence, du 14 mars 1371 à Venise, du 14 juin 1373 à Avignon, et du 2 août 1378 à Lyon); Mons. Arch. de l'état, ordre de Malte, n° 35 (vidimus de l'official d'Avignon, du 3 avril 1383); Paris, Bibl. nat., lat. 9001, f. 121 (copie d'A. de Naberat, XVII[e] s.); Poitiers, Arch. de la Vienne, gr.-prieuré d'Aquitaine, H[3], liasse 2 (cah. de copies de bulles, fin XV[e] s., p. 31); Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 46 (vidimus du 24 août 1396). — ANALYSE: Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, Répert. des priv. pontif. des Hospitaliers, p. 46, n° 182 (XVIII-XIX[e] s.); Devillers, *Invent. analytique des command. belges* (Mons, 1876), 9, n° 35.

Benedictus, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani, salutem, etc. Cum propter pauperem victum, etc. (V. plus haut, II, n° 2821, le texte de ce préambule). Eapropter damus et concedimus, de speciali gracia, perpetualiter hanc remissionem Hospitali vestro per universum mundum, ubicumque habetis ecclesias constructas seu oratoria constituta, videlicet ter in ebdomada per totam quadragesimam, scilicet secunda, quarta et sexta feria, et generaliter in festo sancti vocabuli cujuslibet ecclesie, etc.[1], omnibus vere penitentibus et confessis de eorum delictis, de beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, quadraginta annos et quadraginta quarentenas et septimam partem de [in]juncta eis penitencia misericorditer relaxamus. Quicumque visitaverit easdem ecclesias vel oratoria, seu manus porrexerit adjutrices in dictis tribus diebus et festivitatibus ecclesiarum, domorum, hospitaliorum, ut superius est expressum[2]. Ut autem fides adhibeatur predicto privilegio et concesse gratie magistro et fratribus Hospitalis, fieri fecimus privilegium, nostra bulla plumbea[3]. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Perusii, VI idus junii, pontificatus nostri anno I.

4655. — 9 juin 1304, Plau.

Nicolas II, seigneur de Werle, Gunther et Jean II, ses frères, damoiseaux de Wenden, vendent aux Hospitaliers de Mirow le village de Schillersdorf avec tous ses droits et libertés, et le patronage de l'église.

SOURCE: Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig., attaches de sceau). — TEXTE: Lisch, *Urkundl. Geschichte des Geschlechts Oertzen*, I, append. 40; *Meklenburg. Jahrbücker*, II, 250; *Meklenburg. Urkundenbuch*, V, 169.

Actum et datum Plawe, per manus Johannis de Cene, nostri notarii, anno incarnacionis dominice millesimo trecentesimo quarto, feria tercia post octuam Corporis Christi proxima.

4656. — 16 juin 1304, Lorca.

Pierre de Montagut, procureur de Jacques II, roi d'Aragón, etc., au royaume de Murcie, informe le roi qu'il a écrit à Eriman de Ponz, lieutenant du châtelain d'Amposte, et aux Hospitaliers qui étaient à Cella de venir au royaume de Murcie pour le défendre, mais que, Mohammed III, roi de Grenade, ayant prorogé la trêve jusqu'au 15 *août* 1304, *il a ajourné leur venue.*

SOURCE: Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, chartes roy. n° 2041 (orig., traces de cachet).

Al molt alt e poderos senyor en Jacme, per la gratia de Deu rey d'Arago, de

1. Les mss. portent: sit.
2-3. Il y a ici une lacune certaine dans le texte. Les copistes, en présence de formules abrégées et probablement indiquées par le mot: etc., dans le document qu'ils ont eu sous les yeux, ont très probablement négligé de les indiquer dans leur transcription.

Valencia, de Murcia, e compte de Barcelona, e de la santa Romana eglesia senyaler e admirall e capitani general, yo en Pere de Munt Agut, humil procurador vostre en lo dit regne de Murcia, besan les vostres mans e els vostres peus, me coman en la vostra gratia com a senyor de qui esper molt be e molta de merçe. Faz vos saber, senyor, que yo tramis ma letra a frare Eriman de Ponz, tinent lloch de castella de Amposta, e als altres frares de la orden del Espital qui eren en Çilla ab ells que vinguessen al regne de Murcia a servii vostre e a guarda e a deffeniment de aquell. E tan tost com veeren la mia letra, vingeren al dit regne, et digeren me que ells eren apparellatz de estar e de servir a vos en aquell lloch on yo entest que mes fos a vostre serviz e a guarda e a deffeniment del regne, e tant de temps com mester los y aguessem. E, senyor, yo requiri al rey de Granada de la tregua, segons que vos me envias a manar per vostra letra, e ell respos me que li playet tenir la dita tregua entro a la festa de santa Maria del mes de agost prima vinent. E axi pus que la dita tregua aviem, digi aldit frare Eriman e als altres frares del Espital que quant aara ne eren mester en lo dit regne, et que s'en podien anar lla on los plagues, et quels fahia graçies de part vostra del bon servii queus avien ffeyt ni queus prometien de servir. E vos, senyor, recet los en guiardo per que, si altre temps mester los aviez, que y vinguessen pus tost et de millor volentat. Scripta en Lorca, dimartz XVI dies de juyn, anno Domini millesimo CCC quarto.

Au dos : Al molt alt et poderos senyor, en Jacme, per la gratia de Deu rey d'Arago.

4657. — 22 juin 1304, Pérouse.

Le pape Benoît XI accorde des indulgences de quarante ans et quarante quarantaines, et de la septième partie de la pénitence à quiconque se confessera à certains jours et priera dans les églises des Hospitaliers.

Sources : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, cartul. 393 F., p. 97 et 306 (copies, XVII[e] s.); Dusseldorf, Arch. roy., command. des SS. Jean et Cordule de Cologne (vidimus du 29 janvier 1481); Harlem, Arch. com., L. 42, f. 7 *b* et f. 84 *b* (bullaire, fin XV[e] s.); Lyon, Arch. du Rhône, langue d'Auvergne, H. 22 (copies d'A. de Naberat, XVII[e] s.), f. 344 *b* (d'après un vidimus de Calixte III, du 19 juin 1455), f. 360 et 373 *b* (d'après un vidimus de Sixte IV, du 25 juin 1472); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1120 (bull. D.), f. 146 *b* (copie, XVI[e] s.), et vol. 1123 (bull. Germ., incunable de 1496), f. 30 *b*; Paris, Arch. nat., M. 4, n° 14 (cah. de copies de bulles, fin XV[e] s.); M. 2, n° 2 (vidimus de l'archevêque de Rhodes, du 6 octobre 1442); MM. 12, f. 3 (bullaire, XVI[e] s.); Bibl. nat., lat. 13824, f. 29 *b* (copie, XVI[e] s., d'après un vidimus de Sixte IV, du 22 juin 1475); Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 47 (vidimus notarié du 18 janvier 1337); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., fonds de Malte, bulles, collectanea n° 234 (vidimus de Jean David, conservateur des priv. de l'ordre de S. Jean à Toulouse, du 6 juillet 1508). — Texte : Caorsinus, 243; *Privilegia*... (éd. de 1520), p. 75; d'Escluzeaulx, *Privilèges*... (éd. de 1649), 84, et (éd. de 1700), 132.

Benedictus, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis Hierosolymitani, salutem, etc. Considerantes attentius quod, propter pauperum victum, omnia bona vestra hospitalitati et aliis piis operibus officiosissime sint exposita, ac pro recuperacione Terre Sancte, que potissime insidet cordi nostro, tamquam intrepidi Christi pugiles ferventibus studiis ac desideriis intendentes, ad propulsandas nostri Redemptoris injurias et hostes ejusdem fidei conterendos, quilibet ducitis humana pericula in contemptum, laboribus et sumptibus plurimis non parcendo. Nos itaque, summis desideriis affectantes ut ejusdem Terre Sancte status, longo temporis spacio nubilo gravis turbationis obductus, felicibus foveatur eventibus et tranquillis successibus fulciatur, ac ut Sarracenorum, in illis partibus degentium, temerariis ausibus nephandisque conatibus per vos commodius et efficacius re-

sistatur, vobis et ordini vestro, pro bono christianitatis statu et ad depressionem suorum hostium, de apostolice plenitudine potestatis, gratiose concedimus, etc., in ecclesiis vel oratoriis, per universum orbem ordini vestro subjectis, ter in hebdomada per totam quadragesimam, videlicet secunda, quarta et sexta feria, et generaliter in festo sancti vocabuli dictarum ecclesiarum, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in dictis diebus et festivitatibus ad memoratas ecclesias, secundum facultates ipsorum, manus porrexerint adjutrices, de beatorum Petri et Pauli auctoritate confisi, quadraginta annos et quadraginta quarantenas et septimam partem injuncte penitentie misericorditer relaxamus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Perusii, x kalendas julii, pontificatus nostri anno I.

4658. — 22 juin 1304, Pérouse.

Le même renouvelle, en l'adressant à l'abbé de S. Benoît de Salerne, la bulle de Boniface VIII, du 23 mars 1299: « Etsi cunctos » (V. plus haut, III, *n°* 4449.)

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIII[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 51, f. 189 (copie contemp.). — ANALYSE : Grandjean, *Reg. de Benoît XI,* col. 629, n° 1044.

Dat. Perusii, x kalendas julii, [pontificatus nostri] anno I[1].

4659. — 30 juin 1304, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, mande à Armengaud de Sabran, maître justicier du royaume, à la requête de Josselin de Tornello, grand-prieur de Barletta, de terminer l'enquête relative aux tenements de S. Agapito et de S. Lucie de Rivomortuo, près de Lucera, domaines des Hospitaliers. (V. plus haut, n° 4631.)

SOURCE : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 131, f. 110 *b* (copie contemp.).

Scriptum est magistro justiciario regni Sicilie, vel ejus locum tenenti, fideli suo, etc. Quedam inquisitio, diu jam facta per curiam nostram de tenimentis S. Accapiti et S. Lucie de Rivo Mortuo, massariarum, ut fertur, Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, sitorum in tenimento seu pertinentiis civitatis S. Marie, ad te pervenisse dicitur et in tuis existere manibus, nondum, ut expedit, terminata. Itaque ad supplicis peticionis instanciam venerabilis viri fratris Joselini de Tornello, prioris ejusdem Hospitalis in Barolo, dilecti et devoti nostri, volumus, tueque fidelitati presentium tenore committimus et mandamus quatenus, si sit ita, vocatis syndico universitatis hominum civitatis S. Marie predicte, necnon procuratore et advocato fisci nostri, qui in hoc jura nostre curie, in quantum exinde ipsa curia tangitur, tueantur, et aliis qui fuerint evocandi, inquisitionem ipsam, quam nolumus ulterius dilacionis subjacere dispendio, una cum judicibus magne curie terminari studeas, ut est juris, illo vel illis ex judicibus ipsis, qui presentes fuerint, executioni presentium vacaturis et prosecuturis, et decisuris quod unus aut plures eorum inceperint, aliorum absentia non obstante. Datum Neapoli, per N[icolaum] F[ricziam] de R[avello][2], etc., die ultimo junii, II indictionis.

1. Une bulle de même teneur fut adressée, le même jour, par les soins de la chancellerie pontificale, au prieur de S. André de Bénévent.
2. Lieutenant du protonotaire du royaume.

4660. 7 juillet 1304, Saragosse.

Jacques II, roi d'Aragon, de Valence et de Murcie, et comte de Barcelone, confirme, en le vidimant, l'acte de Pierre II, roi d'Aragon, du 26 *février* 1210. (*V. plus haut,* II, *n°* 1325.)

Source : Sigena, Arch. du monastère (orig. scellé).

Datum Cesarauguste, nonas julii, anno Domini millesimo trescentesimo quarto.

4661. — 25 juillet 1304.

Les Hospitaliers de Buchsee, représentés par Burchard de Swandon, leur commandeur, concluent avec Jean de Ligerz et son neveu un accord, par lequel leurs hommes pourront se marier entre eux, à condition que leurs enfants soient partagés entre les contractants.

Source : Berne, Arch. d'état, liasse Fraubrunnen (orig. scellé). — Analyse : Fr. Settler, *Die Reg. der ... im Kanthonstheil von Bern... Klöster und kirchl. Stifle,* 119, n° 77, dans Th. v. Mohr, *Die Reg. der Archive in der Schweizerischen Eidgenossenschaft,* I (Coire, 1851). — Texte : *Fontes rerum Bernensium,* IV, 194, n° 164.

Datum in festo beati Jacobi apostoli, anno Domini MCCC quarto.

4662. — Août 1304, Mons en Pevele.

Philippe IV le Bel, roi de France, et Jeanne de Navarre, sa femme, accordent aux Hospitaliers l'amortissement de leurs biens, et règlent les rapports de juridiction entre eux et la couronne.

Sources : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1149, cote 2, n° 2 (vidimus notarié sans date, mais contemporain, des lettres patentes d'Henri II, roi de France, vidimant le présent acte); Lyon, Arch. du Rhône, langue d'Auvergne H. 36, n° 1 (vidimus de 1309), et n° 3 (vidimus du 12 février 1341); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 41, n° 7 des privilèges des rois de France (vidimus de la cour de Milhau, du 24 juillet 1394); Mons, Arch. de l'état, ordre de Malte, n° 36 (vidimus de Jean Ploiebauch, garde de la prévôté de Paris, du 3 avril 1311); Nîmes, Arch. du Gard, H. 633, f. 1 *b* (copie, XVII[e] s.); Paris, Arch. nat., M. 15, n° 5 (vidimus du prévôt de Paris, du 26 juin 1451), et MM. 3 (copie, XVIII[e] s., d'après le même vidimus); Bibl. nat., lat. 9001, f. 120 (copie d'A. de Naberat, XVII[e] s.); Coll. de l'auteur (vidimus du garde de la prévôté de Paris, du 22 avril 1373). — Analyse : L. Devillers, *Invent. analytique des command. belges,* 9; Paris, Arch. nat. S. 5544 (invent. de 1632), f. 2 et 12 *b* (d'après un vidimus du 4 novembre 1304 et un vidimus du prévôt de Paris de 1473). — Texte : d'Escluzeaulx, *Privilèges...,* (éd. de 1619), 4; (éd. de 1649), 2; (éd. de 1700), 2.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis, presentes litteras inspecturis, salutem. Opera pietatis et note misericordie plenitudo, magnificata in orbe terrarum dilucide, que, in sancta domo Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani divinitus instituta, in personis pauperum infirmorum et alias afflictorum jugiter exercentur, et in partibus transmarinis, dum ibidem collebatur fides catholica, sicut fame precurrentis celebritas, ad nos perducta, ac progenitorum nostrorum tunc

propriis occulis hec intuentium, oracula docuerunt, fideliter et uberius exerceri solebant, merito nos inducunt ut dicte domui Hospitalis et fratribus ejusdem, in regno nostro ubilibet constitutis, quos sincere diligimus et favore prosequimur oportuno, ipsius religionis, necnon et dilecti ac fidelis nostri fratris Ytherii de Nantolio, prioris Hospitalis predicti in Francia, obtentu, qui gratum, fidele et acceptum servicium nobis et regno continuatis studiis, prout per rei evidenciam cognovimus, studuit impartiri, libertatibus, privilegiis et immunitatibus liberalitatis et gracie dexteram extendamus. Ut igitur dicti fratres percipiant in effectu quod nostre suggerit mentis affectus, damus et concedimus prefatis fratribus, et eorum successoribus nomine dicte domus, quod bona inmobilia, acquisita per eos, quocumque nomine censeantur, a temporibus retroactis huc usque, vendere, vel extra manum suam ponere, aut financiam quamcumque pro eis prestare minime compellantur, (sed eadem perpetuo concedimus libere retinere), quodque possessiones, quas pro Hospitali predicto et domibus parochialium ecclesiarum ipsius fundandis de novo vel ampliandis infra villas, (idem concedentes de cimiteriis, non ad superfluitatem sed ad convenientem necessitatem), acquiri continget de cetero, apud ipsum Hospitale remaneant perpetuo absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, aut quancumque financiam prestandi; quod possessores illarum possessionum ad eas dimittendas pro justo precio compellantur. Volumus eciam quod fratres predicti possint acquirere in suis feodalibus et censivis, in quibus merum imperium non habere noscuntur; in causa eciam ubi bona Hospitalis saisirentur vel caperentur nostro aut officialium nostrorum mandato, unus serviens dumtaxat in domo una, loco vel manerio ponatur, qui de stipendiis suis vivet, ita quod servienti equiti tres solidi, et pediti decem et octo denarii monete currentis prestabuntur, nisi in aliquibus locis minus accipere consueverint; quam consuetudinem volumus observari. Nolumus insuper quod bajuli aut servientes nostri maneant in jurisdicionibus Hospitalis suum officium exercendo, nec in territorio ipsius assisie teneantur, nisi ab antiquo tempore fuerit consuetum. Iterum sibi concedimus quod, gardie nostre antique pretextu, jurisdicio Hospitalis debeat nullatenus impediri. Addicimus autem quod de cognicione decimarum non feodalium in petitorio vel possessorio, presertim inter personas ecclesiasticas, nuncii aut officiales nostri se minime intromittent, et si, cum due personne ecclesiastice contendunt se qualibet earum possidere, posuerint vel ponant in manu nostra, ne partes ad arma venire contingat, possessionem hujusmodi reddant in manu ordinarii loci, qui jus faciet inter partes, dummodo sequestracio hujusmodi de parcium litigancium assensu et voluntate procedat. Nec persone Hospitalis quomodolibet compellantur in foro seculari super accionibus mere personalibus litigare, quamquam per nostras aut ministrorum nostrorum litteras ad hoc fuerint obligate. Quodque advocaciones seu recogniciones nove, que ab Hospitalis subditis nobis fierint, nullatenus admittantur, et jam de novo facte revocentur omnino. Bona vero mobilia ipsius Hospitalis capi vel justiciari non poterunt in casu aliquo per justiciam secularem, et in casu, in quo bona ipsorum fratrum inmobilia licite capi contingeret, ea consumi vel destrui non liceat, aut expendi; quod si fieret, id ante omnia faciemus, ut racionis fuerit, emendari. Ceterum volumus et mandamus quod senescalli, bajuli et alii officiales nostri jurare teneantur quod mandata, eisdem per nostras litteras facta, faciliter et fideliter exequentur, nisi aliqua racionabilis causa obstet, quam incontinenti scribere curie nostre integre teneantur, et de rescripcione illa faciant fratribus Hospitalis aut eorum mandato copiam, ut appareat an veritatem rescribant. Si tamen revelacio cause hujusmodi esset nobis periculum illatura, tunc senescallus aut bajulus de causa copiam facere non tenetur; quod tamen circa hoc fraudem aut maliciam non committet una cum aliis nostris statutis jurabit. Deinde concedimus fratribus predictis administracionem

habentibus, vel non, pro delictis fratrum conversorum aut aliorum familiarium seu domesticorum suorum minime puniantur, nisi quatenus de jure vel consuetudine fuerit faciendum. Quodque fratres suos vagos et eorum bona cum armis moderate vel sine armis, ac delinquentes libere capere concedimus, quatinus extitit fieri consuetum. Tandem volumus et precipimus, concedentes de gracia speciali, quod, cum contingat aliquem appellari ad curiam nostram a curiis secularibus fratrum dicti Hospitalis, qui de antiqua consuetudine primas habent appellaciones, fiat sine difficultate remissio dictorum appellancium ad ipsos fratres, vel ad eorum judices appellacionum. Que omnia premissa, prout superius sunt expressa, tenenda et inviolabiliter observanda dictis fratribus et eorum successoribus, nomine quo supra, concedimus per presentes, salvo in aliis jure nostro et in omnibus quolibet alieno. Quod ut firmum et stabile perseveret, presentibus nostrum fecimus apponi sigillum. Et nos Johanna, eadem gracia Francie et Navarre regina, Campanie Brieque comitissa palatina, premissis omnibus concessionibus et graciis, quantum ad dictos comitatus nostros pertinet, nostrum impartimur assensum. In quorum testimonium, sigillum nostrum, una cum sigillo domini nostri predicti, fecimus hiis apponi. Datum in castro juxta Montes in Pabula, anno Domini millesimo trecentesimo quarto, mense augusto.

4663. — 1 août 1304, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, ordonne à ses maîtres des comptes de maintenir l'exemption du droit de sortie des navires (arbalètes), dont jouissaient les Hospitaliers de Barletta.

Source : Naples, Arch. d'état, perg. della regia Zecca, XVI, n° 4078 (orig.). — Analyse : *Syllabus membranarum...*, II, ii, 114.

Karolus secundus, Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii comes, .. magistris rationalibus magne sue curie, Neapoli residentibus, consiliariis, familiaribus et fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Religiosi viri .. prior et fratres sacre domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Barolo, devoti nostri, data nobis supplicatione, conquesti sunt quod, cum ipsi a longis retro temporibus, quorum memoria non existit, ut asserunt, immunes et liberi fuerint, sint et esse debeant ab exhibitione balistarum, nostre curie facienda per eos pro navibus et vasis aliis, que onerata victualibus rebus, utpote frumento, ordeo, leguminibus, vino, oleo, carnibus, sallicis et hujusmodi necessariis et oportunis ad victum, pro usu et sustentatione fratrum ac pauperum Hospitalis ejusdem, degentium in ultramarinis partibus, de Apulia destinant ultra mare, magistri portulani Apulie, necnon statuti per curiam super receptione balistarum ipsarum, nitentes prefatis religiosis libertatem infringere supradictam, balistas ipsas ab eis requirunt et exigere nituntur ut a mercatoribus et personis laycis aliis, que privilegio immunitatis ejusdem minime potiuntur. Ad quod oportuna nostra provisione petita, fidelitati vestre tenore presentium commictimus et mandamus ut, vocatis qui fuerint evocandi, presentibus quoque procuratore et advocato fisci nostri, qui in hoc jura ipsius curie diligenter et provide tueantur, faciatis religiosis eisdem super hiis plene justicie complementum, ita quod ipsi ex defectu justicie presentiam nostram iterum adire propterea non cogantur. Datum Neapoli, per Nicolaum Fricziam de Ravello, locumtenentem prothonotarii regni Sicilie, anno Domini MCCCIIII, die primo augusti, II indictionis, regnorum nostrorum anno XX.

4664. — 3 août 1304.

Sentence arbitrale portant transaction entre Pons de Fay, grand-prieur d'Auvergne, et Armand V, vicomte de Polignac, seigneur de Bouzols, au sujet de la justice des villages de Chaumargeais, de Chomette, de Maisonnette et de Loubaresses, paroisse de Tence; celle-ci est attribuée au commandeur de Devesset, en exécution de la vente consentie, le 24 novembre 1246, par Josserand de Bouzols à Raymond de Lapte, commandeur de Devesset[1]. (*V. plus haut, n*° 4539.)

Source : Lyon, Arch. du Rhône, H. langue d'Auvergne, command. de Devesset, chap. 5, n° 1 (orig. et vidimus de 1337).

Anno incarnationis Domini millesimo trecentesimo quarto, videlicet die lune post festum beati Petri ad Vincula.

4665. — 9 août 1304, La Plume[2].

Matha, comtesse d'Armagnac et vicomtesse de Bruhlois[3], *et Gaston, vicomte de Bruhlois et de Fezensaguet, son fils, confirment les privilèges accordés par Gaston VII, vicomte de Béarn, aux Hospitaliers du Nom-Dieu.* (*V. plus haut,* II, *n*° 3989)[4].

Source : Toulouse, Arch. de la H.-Garonne, fonds de Malte, Arch. du Nom-Dieu, liasse 1, n° 15 (orig.). — Texte : Du Bourg, *Hist. du gr.-prieuré de Toulouse* (2ᵉ éd., 1883), p. just. n° lx.

Nos Matha, Dei gracia comitissa Armaniaci, vicecomitissa Brulhensis, et nos Gasto, ejus filius, eadem gracia vicecomes Brulhensis et Fezensaguelli[5] .. omnia et singula, in presenti instrumento contenta, ea laudamus, ratificamus, approbamus et etiam confirmamus, et volumus quod abeant.. robur perpetue firmitatis. In cujus rei testimonium, sigilla nostra huic presenti instrumento duximus appendenda. Datum Plume, in capdolio ejusdem loci, .. ante festum beati Laurentii, anno Domini mccc quarto.

4666. — 12 septembre 1304, Tynemouth.

Edouard I, roi d'Angleterre, après un accord pécuniaire intervenu devant l'Echiquier, amortit, en faveur du grand-prieur et des Hospitaliers d'Angleterre, sept acres de terre à Burnby (Brunneby) et à Cleaving (Clevyng), que leur avait données Richard Almond (Almund).

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 32 Ed. I, membr. 4 (copie contemp.). — Analyse : *Cal. of the pat. rolls, Edward I* (1301-1307), 259.

Teste rege apud Tynemuth, xii die septembris.

1. Le texte de cette vente a été donné par Chassaing, *Cartul. des Hosp. du Velay*, 43.
2. Cette confirmation se trouve au bas de la charte de Gaston VII, vicomte de Béarn, du 17 février 1288, que nous avons publiée à sa date.
3. Fille de Gaston VII, vicomte de Béarn, et femme de Géraud V, comte d'Armagnac.
4. Il y a ici une déchirure dans le parchemin.

4667. — 5 octobre 1304, Aversa.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, renouvelle à son justicier de la Terre d'Otrante, en le vidimant, le mandement qu'il avait adressé, le 25 *février* 1303, *au prédécesseur de celui-ci.* (*V. plus haut, n°* 4588.)

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 145, f. 369 *b* (copie contemp.).

Datum Averse, per eumdem Bartholomeum de Capua, etc., die v octobris, tercie indictionis.

4668. — 27 octobre 1304, Valence.

Jacques II, roi d'Aragon, écrit au justicier et aux jurés de Morella au sujet du paiement du « cabezagium » par les hommes de Vallores, que la prieure de Sigena prétendait dépendre de son monastère[1].

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 325, f. 90 *b* (copie contemp.).

Datum Valencie, vi kalendas novembris [MCCCIIII].

4669. — 9 novembre 1304, Burstwick.

Edouard I, roi d'Angleterre, après arrangement financier intervenu devant l'Echiquier, amortit, en faveur du grand-prieur et des Hospitaliers d'Angleterre, cinq acres de terre et quarante acres de bois à Risley (Risle), que ceux-ci tenaient de Gauthier de Risley.

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 32 Ed. I, membr. 1 (copie contemp.). — Analyse : *Calendar of the patent rolls, Edward I* (1301-1307), 267.

Teste rege apud Brustwyk, ix die novembris.

4670. — 9 novembre 1304, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, à la requête du prieur et des Hospitaliers de Venosa, renouvelle, en le vidimant, son mandement du 10 *février* 1300, *et ordonne à son justicier dans le Principat de le faire exécuter.* (*V. plus haut,* III, *n°* 4484.)

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 145, f 458 *b* (copie contemp.).

Datum Neapoli, per Bartholomeum de Capua, etc., viiii die novembris, iii indictionis.

1. Mandements royaux analogues le 3 décembre 1304 à Valence, et le 12 janvier 1305 à Daroca. (*Ibid.*, f. 91.)

4671. — 13 novembre 1304, Naples.

Le même, à la requête de Guillaume de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, mande à son capitaine de Naples d'allouer aux Hospitaliers une indemnité pour les maisons, boutiques et bâtiments que les officiers royaux, chargés de la voierie de la ville de Naples, avaient fait démolir à Moricino, et qui rapportaient à la commanderie de Naples trente onces d'or, et plus, par an. (*V. plus haut,* III, *n°* 3515.)

Source: Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 139, f. 165 (copie contemp.).

Datum Neapoli, per Barth[olomeum] de Capua, militem, logothetam et prothonotarium regni Sicilie, anno Domini MCCCIIII, die XIII novembris, III indictionis, regnorum nostrorum anno vicesimo.

4672. — 23 novembre 1304, Limisso.

Statuts promulgués par le chapitre général de l'ordre sous le magistère de Guillaume de Villaret.

Sources: *Texte français*: Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, H. n° 111, f. 50 (xve s.); Montpellier, Bibl. de la Fac. de Méd., ms. 372, f. 30 *b* (xive s., à la date de 1304); Paris, Bibl. nat., fonds français, 6049, f. 118 (xive s.); 1978, f. 104 *b* (xive s., à la date du 22 novembre 1304); 1979, f. 67 (xive s., à la date du 22 novembre 1304); 13531, f. 33 *b* (xive s.); 1080, f. 31 *b* (xve s.); 17255, f. 48 (xve s.); 1079, f. 52 *b* (xve s., à la date du 22 novembre 1304); Rome, Bibl. du Vatican, ms. 3136, f. 61 *b* (xive s.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., ordre de S. Jean, H. 8, f. 53 (xve s., à la date du 24 novembre 1304); Turin, Bibl. nat., LV. 45, f. 75 *b* (xive s., à la date du 24 novembre 1304). — *Texte latin*: Florence, Bibl. nat., cl. XXXII, ms. 37, f. 23 (xve s., à la date du 28 novembre 1304); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 69, 1re partie, § 222 (xive s., à la date du 28 novembre 1304). — *Texte provençal*: Arles, Arch. comm., GG, f. 135 (fin xive s., à la date du 22 novembre 1304); Aulan, Bibl. du marquis d'Aulan, (xive s., à la date du 22 novembre 1304); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., cartul. de S. Jean, 11, f. 26 (xive s.); H. 13, f. 29 *b* (xve s., à la date du 22 novembre 1304); H. 12, f. 52 *b* (xive s., à la date du 23 novembre 1305). — *Texte catalan*: Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, cartul. n° 1, f. 39 *b* (xive s.); n° 2, f. 43 (xve s., à la date du 22 novembre 1304). — *Texte italien*: Vienne, Bibl. imp. roy., ms. 3323, f. 39 *b* (xve s., à la date du 22 novembre 1304). — *Texte allemand*: Munich., Bibl. roy., ms. latin 4620 (xive s.).

Ces[1] *sont les establissemens fais et hordenés au chapitre general celebrat à Limason l'an del incarnation Nostre Seignor M CCC IIII, à XXIII jours de noembre*:

1. Premierement est establi que, si Dieu fait son comandement d'aucun bayli per chapitre general de sa mer, que toutes les choses, que li seront trovées, venient en la main dou maistre, sauve la

Statutorum[2] *factorum et ordinatorum in capitulo generali per fratrem Guillielmum de Villareto, magistrum prefatum, et conventus proceres, anno incarnationis Domini M CCC IIII, die XXVIII novembris celebrato, V pars noscitur esse talis*:

1. Est quidem statutum in primis quod, si Deus de bailivo per capitulum generale citra mare disponat, omnes res, que sibi reperientur, veniant ad manus magistri, excepta pecunia, que ad

1. Nous publions ce texte d'après le manuscrit français 6049 de la Bibliothèque nationale.

2. Nous empruntons le texte latin de ces statuts au manuscrit des Archives de Malte.

pecunie, qui doit venir au tresor, et sauvant les armeures et les bestes, et les selles d'armes ou selles turqueises ou autres, qui vieigne à la main del mareschal. Et si de celes le maistre n'a besoing par son us ou pour sos compaignons, il en peut pandre. Da (*sic*) la robe de vestir soit toute rendue au drapier à doner por Dyeu. Encore le drapier aura les bocarans et tous les dras de laine entamés, teles entamées, sarges de lit, covertors, lenceaus, esparviers, chamelos entamés, corichef, touaillons rechamés, borsses, aureilliers rechamés de fil ou de soie, qui non aient fil d'or ou d'argent, terayes, chapeaus de bonet et d'ombre, coifes, las de manteaus, rases, lanieres. Le lit, en que le baylli morra, ce est asavoir am covertor, les lenceaus, la sarge, le matalas, doivent demorer à l'enfermarie; la chapella et dras d'or, se il n'i a, sient de la gleisa, covertour de soie dou palays des malades.

thesaurum debet venire, et exceptis armaturis, bestiis, sellis armorum aut sellis turquesis, sive aliis, que ad manus veniant maraschalli. ex ipsis tamen magister recipere potest, si indigeat illis pro suo et ejus sociorum usu. Indumenta etiam reddantur drapperio amore Dei pauperibus eroganda. Habeat quoque drapperius omnes buquerannos omnesque pannos lane non integros, sargias lecti, cortinas subtiles de sargia, paleateos sacos lecti, coopertoria, linteamina, sparverios, camellatos non integros, cubrecapita, tovallones operatos, bursas et aureliarios filo aut sirico operatos, (non tamen habeat operatos filo auri vel argenti), targias, capucia boneti et umbre, cueufas, cordonos mantelli, razas, lanerias. Lectus autem, in quo obierit bailivus, videlicet coopertorium unum, linteamina, sargia et mantalatium, dari debet infirmerie; capella et panni auri sint ecclesie, cohopertorium sirici sit palatii infirmorum.

2. *Dou frere, quant Dieu fait son comandament del el covent desa mer.* Item establi es que, si Dieu fait son comandement d'aucun frere de covent de sa mer, que toutes les choses, que li seront trovées, doivent venir à la main del mareschal, sauve la peccunie, qui doit venir au tresor, et sauvant la raube de vestir et les autres choses, qui doyvent venir à la main dou drapier, ensi com il est desus establi des baillis. Le lit, en que le frere mora, ce est assavoir le cuvertor, les lenceaus, le sarge et le matalas, doyvent demorer en l'enfermerie; d[r]ap d'or soit de la glise, covertors de soie dou palais des malades. Et si le maistre retenoit aucun prodome ancien dou covent à sa main, qui non soit esté baylli par chapitre general, se il muert de sa mer, que tout son arnois veigna à la main dou mareschal, sauve la pecunia, qui doit venir au tresor, et la robe et les autres choses, que le drapier doit aver, aisi com es dit desus des baillis. Drap d'or, se il n'i a, soit dela gleisa, covertors de soie soit dou palais des malades.

2. Statutum est quod, si ab hoc seculo migraverit aliquis frater conventus, omnes res ei reperte venire ad manus debeant mareschalli, excepta pecunia, que ad thesaurum debet venire, exceptisque indumentis et rebus aliis, ad manus drapperii debentibus pervenire, prout superius statutum est. Lectus vero, in quo spiritum emiserit frater, cohopertorium videlicet, linteamina, sargia et mantalatium, remanere debet penes infirmeriam ; panni auri ecclesie debent tradi, coopertorium autem sirici palatio infirmorum. Et si magister ad ejus manus retinuerit procerem aliquem antiquum conventus, qui non sit de numero bailivorum per capitulum generale, et ille citra mare defecerit, totum ejus arnesium ad manus veniat mareschalli, exceptis pecunia ad thesaurum, et indumentis et rebus aliis ad drapperium debentibus pervenire, prout statutum est superius de bailivis. Pannos vero auri recipiat ecclesia, et cohopertorium sirici palatium infirmorum.

3. *De frere d'office, quant Dieu fera son comandement de luy de sa mer.* Item establi es que, si Dieu fait son comandemant d'aucun frere d'ofice de sa mer, que toutes les choses, que li seront trovées, doivent venir à la main dou grant comandor, sauve la pecunie, qui doit venir au tresor, et sauves les armeures, que doivent venir à la main dou mareschal, et save la raube et les autres choses, en si com il est establi desus, que doivent venir à main dou drapier; drap d'or soit de la glise, covertor de soie soit dou palais des malades.

3. Statutum est quod fratris officii, citra mare decedentis, res omnes illi invente ad manus magni preceptoris debeant pervenire, exceptis pecunia ad thesaurum, et armis ad maraschallum, raubaque et rebus aliis, prout est statutum, ad drapperium debentibus pervenire. Sint insuper panni auri ecclesie, et cohopertorum sirici palatii infirmorum.

Item statutum est quod, si quis frater conventus, in officio existens sub magno preceptore, decesserit, omnia jocalia ei inventa ad magnum preceptorem veniant, et arma ad mareschallum.

4. *Des freres qui seront au palais des malades, sont au comandement del hospitalier.* Item establi est que les freres, qui seront au palais des malades, sont au comandement del hospitalier, que, se Dyeu fait son comandement d'eaus, que toutes les choses, que lor seront trovées, doivent venir à la main del hospitalier, sauve la pecunia, que doit venir au tresor, et sauve les armeures et les bestes, qui doivent venir à la main dou mareschal, et sauve la robe dou vestir et les autres choses, ensi com est establi dessus, qui doivent venir à la main dou drapier; drap d'or soit de la glise, covertor de soie soit dou palais des malades.

4. Statutum est quod res omnes, invente fratribus, in palatio infirmorum ad mandatum hospitalarii existentibus, cum obierint, veniant ad manus hospitalarii, exceptis pecunia ad thesaurum, et armis et bestiis ad manus mareschalli, indumentisque et rebus aliis, debentibus pervenire prout est superius ordinatum.

5. *De baillis qui ont isté par chapitre general de sa mer.* Item establi est des baillis, qui ont esté par chapitre general de sa mer, ce est assavoir grant comandors, mareschals ou espitaliers, ou drapiers, ou amirals, ou turcopliers, ou tresouriers, ou comandors de Chipre, ou comandors o chastelins en Surie, ou aye esté priors outre mer, ou chastelains d'Amposte, ou comandor de Sainte Trinité de Venosa, ou comandors de Sainte Femie, ou comandor de la Morée, se il morent de sa mer, que lur choses doient venir en la main dou maistre, sauve la pecunia, qui doit venir ou tresor, et save la raison dou mareschal et dou drapier et des autres, ensi com est establi de sus des baillis par chapitre. Et se il morent outre mer, que la pecunia, qui lur sera

5. Statutum est de bailivis per capitulum generale citra mare, videlicet de magno preceptore, de mareschallo aut hospitalario, sive drapperio vel admirato, aut tricoplerio seu thesaurario, vel preceptore Cipri, sive preceptoribus aut castellanis Surie, aut de illis qui priores extiterunt ultra mare, vel castellanus Emposte, sive preceptor S. Trinitatis de Venusio, aut S. Eufemie, vel Amoree, si ipsi decesserint citra mare, quod omnes eorum res veniant ad manus magistri, exceptis pecunia ad thesaurum, et rebus mareschallo et drapperio debentibus pervenire, et aliis prout est de bailivis per capitulum generale superius ordinatum.

trovée, vigne el tresor; la vaisella et autres juells veigna en la main dou maistre.

6. *Des messages que les priours mandent de sa mer.* Item establi est des messages, que les priors mandent desa mer, se Dieu fait son comandement d'eaus desa mer ou de Cret en sa, que so, que il auront reconeu que sia lur, ce est assavoir la monoya, viengua au tresor, les armeures al mareschal; la robe et les autres choses, ensi com est establi desus, vigne à la main dou drapier. Et se les ditz messages reconoistront que il [aient] monoie, ou juells, ou autres choses, que fossent de lur priors ou d'autres, celes choses soient rendues à lur priors ou autres, de qui les choses seroient.

6. Statutum est de nuntiis, per priores citra mare missis, quod, si Deus de eis citra mare disponat, aut a Creta citra, id, quod eis fuerit repertum suum, veniat, videlicet moneta ad thesaurum, arma ad mareschallum, rauba etiam et alie res juxta ordinationem superius expressatam. Si vero fuerit inventum dictos nuntios habuisse monetam, seu jocalia, aut res alias priorum suorum seu personarum aliarum, quod res ille prioribus suis, vel illis quorum fuerint, reddantur.

7. *De ceaus freres qui seroient mandés de sa mer, qui morrent dou Cret en sa.* Item establi est des freres, qui murent de Cret en sa, que la pecunie, que lur sera trovée, vieigne au tresor, les armeures au (ma)maneschal; la raube et les autres choses, com est establi, vieigne en la main dou drapier; drap d'or, si est, à la gleisa; covertor de soie, dou palais des malades.

7. Statutum est de fratribus, qui morientur a Creta citra, quod pecunia, que reperietur eis, veniat ad thesaurum, arma ad mareschallum, raube quoque et alie res prout est superius ordinatum.

8. *Del mareschal, quant va comander l'aygue as freres au douror ou en las places por de faute de matines.* Item que, quant le mareschal yra comander l'aygue [au] deurtor ou en las places des freres de covent, tous ceaus que il nen trovera en leur places, ou qui non aurant isté en le glieise avant que il sera issu dou mostier, doivent boire l'aigue.

8. Statutum est quod, cum mareschallus ad precipiendum aquam ibit ad dormitorium, seu ad loca fratrum conventus, omnes illi, qui non inventi fuerint in suis lectis, seu illi qui non fuerint in ecclesia antequam mareschallus exierit monasterium, aquam bibere teneantur.

9. *Des freres qui seront en justice.* Item establi est que freres, que seran en justice, doivent estre servis de tal pain com les freres useront au covent.

9. Statutum est quod fratribus, qui in justitia fuerint, talis panis ministretur qualis fratribus dabitur in conventu.

10. Item recordé est que frere non doit estre en justice, si plainte non est faite de lui.

10. Statutum est ne in justitia debeat esse frater, nisi planta de eo fiat[1].

11. *De l'enfermier, qui es tenus chas-*

11. Statutum est quod infirmarius

1. Ce statut, dans le manuscrit de Malte est transcrit à la suite du statut n° 11.

cun an au chapitre general de rendre conte des cuvertors, et des lenceaus et des sarges. Item establi est que l'enfermier soit tenus chascun an au chapitre general de doner per escrist la quantité des cuvertors et de lanceaus et des sarges et de matalaces, que il aura en l'enfermarie, et que li seront acreus en cella anea.

quantitatem cohopertorium, linteaminum, sargiarum et matalatiorum, existentium in infirmeria, anno quolibet capitulo generali in scriptis tradere teneantur, una cum illis que ei evenerint seu creverint anno illo.

12. *Quant aucun bailli par chapitre general partira dou covent por aler outre mer en messageria.* Item establi est que, quant aucun bailli par chapitre general partira dou covent por aler outre mer en messagerie, que le maistre, par conseill des prodeshomes, puisse ordener aucun prodome en son leuc de cele lengue ou d'autre jusques assa revenue; et se aucunes choses eschaient alla bailie, que celui, qui demora en lueuc dou dit bailli, doie rendre conte des choses qui li seront escheues au bailli, quan il sera retornés de la dite messageria.

12. Statutum est quod, cum bailivus aliquis per capitulum generale nuncius de conventu recedit ad partes ultramarinas, magister, de consilio procerum, procerem ejusdem lingue seu alterius suum locumtenentem usque ad ejus regressum valeat ordinare; qui procer seu locumtenens, cum rediret de ejus ambaxiata, de rebus, que sue bajulie proveneri[n]t, compotum reddere teneatur.

13[1]. Item establi est que tout prior ou bailli ou frere, de quelque condiscion qu'il seit, qui ait fait enprunt sur ostel ou sur maison, ou sur terre ou sur possession, ou sur autres chozes, de quelque condission l'e[n]prunt soit, que, se Dieu fait son comandement de lui bailli ou autre frere, que celui qui vendra apres lui ne puisse faire conposission ni quitance de l'avant dit enprunt, jusques à ce que l'e[n]prunt ait fait son cours à son terme.

13. Statutum est quod, si quis bailivus seu frater alius, uniuscumque conditionis existant, fecerit mutuum super castro vel domo, aut terris seu possessionibus, sive super aliis quibuscumque, cujuscumque conditionis mutuum existat, et bajulius seu frater ille decedat, successor ejus de dicto non possit compositionem nec quitanciam facere, donec ipsum mutuum suum cursum faciat, et ejus terminus compleatur.

14. Item establi est que frere del Hospital nen aye baillie, ce il nen aura esté frere III ans, et les priors ne les puissent ni les deent doner ni recomander en leur priourés.

14. Statutum quod nemo fratrum Hospitalis bajuliam habeat, nisi qui frater extitit tribus annis, nec priores in suis prioratibus valeant nec debeant recomendare seu concedere illam sibi.

15. Item establi est que les priors nen puissent ni nen deent doner ni comander chastel, ni faire chastelain de chastel frere, ce il nen aura esté nostre frere V ans.

15. Est etiam statutum quod priores non possint nec debeant castrum recommendare, nec castri castellanum facere fratrem, qui frater non extitit V annis.

16. Item establi est que, quant le cha-

16. Statutum est quod, cum incipietur

1. A partir d'ici le texte français est emprunté au ms. franç. 1978, f. 109 *b,* de la Bibl. nationale.

pitle general sera comencé, que il puisse durer x jors et non plus ; et s'il semble au maistre et as prodeshomes de retenir le chapitle aucuns jors overt, cele overture ne soit entendue ni ne soit tenue plus de VIII jors, et en cest terme et en celui meisme leuc où le cha(pa)pitle aura esté tenu, le maistre, par plenier conseill des baillis et des anciens qui seront entor lui, puisse ordener des choses novelles qui leur souvendroient, des queles non aura esté fait mencion devant les prodeshomes en le dit chapitle, les queles ne fussent amermance ou grief chose qui aura esté ordenée par ledit chapitle ; et puisse ausi ordener des choses meimes des queles mencion aura esté faite audit chapitle, s'elles li seront commises en especiauté. Et ce qui se fera autrement nen soit ferme ni valable.

capitulum generale, non possit plus quam x diebus durare illud ; verumtamen si magistro et proceribus videbitur capitulum generale aliquando apertum fore tenendum, quod apertura illius non intelligatur nec teneatur ultra VIII dies, et in hoc termino et in eodem loco ubi capitulum extitit celebratum, magister, per plenum consilium baylivorum et antiquorum circumstancium, possit ordinare de novis rebus supervenientibus, de quibus mentio non extitit facta coram proceribus capituli ejusdem, que detrimentum seu gravamen alicui rei, in dicto capitulo ordinate seu facte, minime possint inferre, possitque etiam ordinare de rebusmet de quibus mentio extitit facta in capitulo supradicto, si ille sibi specialiter erunt comisse. Illa vero que secus fierent, careant roboris firmitate.

17. Item l'establiment, qui fu fait que chascun an fusent rapelés II priors ou plus, especiaument de ceaus qui auront demoré plus, est rapelés et cassés[1].

17. Statutum est quod statutum, olim factum ut duo priores annuatim repellarentur aut plures, ex illis specialiter qui amplius tardaverunt, cassatur penitus et deletur.

18. Item les establissemens qui sunt fait d'Alemaigne sunt confermés[2].

18. Item statuta facta de Alamania confirmantur[3].

4673. — 25 novembre 1304, Brugge.

Burchard, comte de Homberg (Honburch), et son neveu Albert abandonnent aux Hospitaliers de Klingau le droit de patronage de l'église de Wilheim, près de Waldshut, auquel avait renoncé Ulrich de Guttenbourg. (*V. plus haut*, III, *n*° 4506.)

Sources : Aarau, Arch. d'état, command. de Leuggern, cartul. de 1535, p. 408 *b* (copie, XVIe s.); Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, fonds de Brisgau (orig.); Fribourg, Bibl. cant., L. 44 (cartul. de Leuggern de 1536, f. 420 *b* (copie, XVIe s.). — Texte : Schmid, *Monumenta Hohenbergica,* 159, n° 203.

Datum et actum in Brugge, anno Domini MCCCIIII, feria quinta ante festum beati Andree apostoli.

1. Il s'agit de l'article 12 des statuts du 22 octobre 1301. (V. plus haut, p. 18.)

2. V. plus haut, p. 23 n° 4550.

3. Le manuscrit de Florence contient ici divers statuts qui ne se retrouvent pas dans les autres manuscrits, et qui, quoique transcrits à la suite de ceux de 1304, sont postérieurs à 1310, puisqu'il y est fait mention de l'établissement de l'ordre à Rhodes comme d'un fait accompli. Il semble que ce soit une ordonnance rendue par le lieutenant du grand maître. Elle concerne les emprunts à faire pour les malades et les frères résidant en Chypre pendant l'absence du grand maître, la conduite à tenir en cas de mort du grand maître en Occident, la perte de l'habit pour le frère qui tentera de faire faire l'élection du grand maître autre part qu'à Rhodes, les pouvoirs du maréchal pendant son séjour outre-mer, et ceux de son successeur s'il est nommé outre-mer (f. 25 *b*).

4674. — 27 novembre 1304, Burstwick.

Edouard I, roi d'Angleterre, accorde des lettres de rémission à Gautier de Kenlee, en considération des services à lui rendus par celui-ci dans la guerre d'Irlande sous les ordres de Guillaume de Ros, grand-prieur d'Irlande et lieutenant du justicier d'Irlande.

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 33 Ed. I, pars I, membr. 23 (copie contemp.). — Analyse : *Cal. of the pat. rolls, Edward I* (1301-1307), 291.

Rex[1] omnibus ballivis et fidelibus suis, ad quos, etc., salutem. Sciatis quod, pro laudabili servicio, nobis per dilectum et fidelem nostrum Walterum de Kenleye in guerra Hibernicorum de montanis de Glendelory et partibus adjacentibus in comitiva fratris Willelmi de Ros, tunc prioris Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Hibernia, tenentis locum justiciarii nostri Hibernie, ipso justiciario nobiscum in guerra nostra Scocie nuper existente, impenso(s), sicut coram nobis est testificatum, ne[c]non pro servicio ipsius Walteri nobis impendendo, perdonavimus ei sectam pacis nostre, que ad nos pertinet, pro quibuscunque feloniis et transgressionibus, per ipsum Walterum contra pacem nostram factis in terra nostra Hibernie usque ad finem guerre predicte, videlicet usque mediam quadragesimam anno regni nostri tricesimo[2], et firmam pacem nostram ei inde concedimus, ita tamen quod stet recto in curia nostra, si quis versus eum inde loqui voluerit. In cujus, etc. Teste rege apud Brustwyk., XXVII die novembris. Per breve de privato sigillo.

4675. — 1 décembre 1304.

Ferdinand IV, roi de Castille et Léon, etc., et la reine Constance, sa femme, à la requête de Garcias Perez, prieur de Castille et Léon, confirme un échange passé entre l'ordre et Jean Alphonse d'Arniellas, par lequel celui-ci abandonne aux Hospitaliers sa maison de Serevinna contre la plaine de Bilforado, que l'ordre tenait d'une donation du roi Sanche IV. Le roi renonce à tous ses droits sur cette plaine.

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue de Castille, liasse 1 (orig.).

Sepan quantos esta carta vieren commo yo don Ferrando, por la gracia de Dios rey de Castiella, de Toledo, de Leon, de Gallizia, de Sevilla, de Cordova, de Murcia, de Jahen, del Algarve, et señor de Molina. Don frey G[arci]a P[ere]z, prior de las cosas que el Ospital de sant Johan ha en Castilla et en Leon, por si et por todos los otros bonos freires de la su orden, me dixo que, por mucho serviçio et ayuda que la su orden reçibio et reçibia de Johan Alfonsso de Arniellas, mi vassallo, que le dieron para en todos sus dias d'el et de su muger dona Ynes et de Alfonsso Perez, su fijo, la su casa de Serevinna, con todos sus heredamientos et con todo lo al quel perteneçe, assi commo lo he la orden que la tengan et se aprovechen d'ella. Et otrossi Johan Alfonsso me dixo que el et su muger dona Ynes que dieron al a orden de sant Johan por juro de heretat para siempre jamas en cambio, por

1. En marge : Pro Waltero de Kenleie.

2. 29 mars 1302.

esta casa que la orden les dan en la manera que dicho es, et por muchas ayudas que reçibieron et reçibian de la orden, et en remission de sus peccados et de sus parientes, la mesa de Bilforado, laqual le ovo dado en donaçion el rey don Sancho, mio padre, que Dios perdone, por su privilegio que le yo confirme. Et yo el sobre dicho rey don Ferrando, en uno con la reyna doña Costanza, mi muger, et por gran(?) devoçion que he en la orden, et porque hes mi voluntad que los sus bienes sean acreçentados mas cada dia, si yo algun derecho he en la dicha mesa, demas d'esto tengo por bien que lo aya la orden con todas la libertades y franquezas que a esta mesa perteneçen, assi como las ovo en tiempo de los reyes donde yo vengo, et que puedan fazer et todas las ..... cosas que sean ..... de la orden. Et si algunos vinieren apoblar, que sean vassallos de la orden et no de otro ninguno, et ayan sobr'ellos todo complido sennorio, et a voluntad et a consentimiento de amas las partes, ... este cambio por bono et por valedero para siempre jamas, et que non sea embargado(?) en ningun tiempo por que digan que lo sengalengo no puede tornar a abadengo, nin por que lo diga en el privilegio que Johan Alfonsso tiene de commo el rey don Sancho, mio padre, le dio esta mesa sobre dicha. Et esta mesa tengo por bien, et mando que sea firme et quita de la orden por juro de heredat para siempre jamas, para dar, et vender, et enpennar, et camiar, et enagenar, et para fazer d'ella et en ella todo lo que quisieren assi commo de lo suyo proprio. Et deffiendo firmemientre que ninguno non sea osado de yr contra esto que yo mando en ningun tiempo, para quebrantar lo, nin para nunguar(?) lo en ninguna guisa. E a qual quier que lo fiziesse, aurie mi yra et pechar mie en coto mille m[o]r[abatins] de la bonna moneda, et a la orden, o aqui en su bon taviesse, todo el danno que por ende recibiesse doblado, et al cuerpo et a quanto que avesse me tornaria por ello. Et por que esto sea firme, mando seellar esta carta con mio seello de plomo colgado. Dada en Valleris(?), primero dia de decienbre(?), era de mille et tresientos et quarenta dos annos. Yo Johan Garçia la fis escrivir por mandado del rey. Petrus Lupi.

4676. — 7 décembre 1304, Valence.

Jacques II, roi d'Aragon, mande à son féal secrétaire Gilles de Jaca, grand-bailli d'Aragon, de l'informer s'il est vrai que, comme le disait le procureur de l'Hôpital, feu Loup Ferrand (Ferrench) de Luna, alors procureur d'Aragon, ait assigné, au grand préjudice de l'ordre, la commanderie de Mallen aux gardiens chargés d'empêcher l'exportation, hors de l'Aragon, des marchandises prohibées.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 134, f. 155 *b* (copie contemp.).

Datum Valencie, VII idus decembris, [anno Domini MCCC quarto].

4677. — 10 décembre 1304, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, ordonne à son justicier dans le Principat de faire restituer aux Hospitaliers de Venosa le casal Apecive et divers autres biens, illicitement occupés ou aliénés.

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 145, f. 458 (copie contemp.).

Scriptum est justiciario Principatus, fideli suo, etc. Pro parte religiosorum



virorum .. prioris et fratrum sacre domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Venusio, devotorum nostrorum, fuit nuper expositum coram nobis quod, per violenciam olim factam ab apostolica sede de monasterio S. Trinitatis de Venusio ad Hospitale prefatum, monasterio ipso incorporato et annexo totaliter Hospitali predicto, compertum est quod casale Apecive, jurisdictionis tue, quod quaternatum feudum non est, quodque monasterium ipsum ante dictam unionem juste tenuit et possedit, per Thomasium de Castro Veteri, militem, et nonnulla alia bona dicti olim monasterii Venusii per diversas et varias privatas laycales personas occupata, sunt alienata illicite seu subtracta in grave prefati prejudicium Hospitalis. Propter quod pro parte dictorum religiosorum cum supplici extitit devotione petitum ut revocari ea ad jus et proprietatem Hospitalis ejusdem benignius mandaremur. Nos autem ecclesias et personas ecclesiasticas oportuni favoris presidio prosequi disponentes, fidelitati tue precipiendo mandamus ut, cum res sacre a communibus multo non differant, et eadem sit in illis favorabilis habenda censura, vocatis qui fuerint evocandi, de premissis diligenter inquiras, et quecumque de bonis dicti olim monasterii, nunc autem domus et Hospitalis ejusdem, alienata inveneris, occupata illicite seu subtracta, ad jus et proprietatem dicte sacre domus et Hospitalis ipsius summarie, de plano et absque judicii strepitu, juxta formam que in talibus observatur, studeas legitime revocare. Est enim juri conveniens et consentaneum equitati ut ecclesiarum bona, divinis dedicata serviciis, feudalium, que principalibus deputantur obsequiis, favore ac privilegio potiantur. Cavens quod ad ea, que curia nostra tenet seu alicui per eandem curiam sunt concessa, vel ad ipsam curiam rationabiliter devoluta, seu alicui per officiales curie ad annuum censum locata nostris forestis aut solaciis deputata, manus tuas pretextu presencium non extendas. Datum Neapoli, per Bar[tholomeum] de Capua, etc., die x decembris, III indictionis.

4678. — 13 décembre 1304, Rosenfeld.

Simon, Conrad (II) et Louis, ducs de Teck, vendent à Berthold de Wildenstein, dit Schwelher, chevalier, Henri Müli de Rexingen, les frères et enfants de celui-ci avec leurs femmes; Berthold de Wildenstein les revend à son tour aux Hospitaliers de Rexingen.

Source: Stuttgart, Arch. roy. de Wurtemberg, command. de Hemmendorf-Rexingen, cartul. de 1596, f. 215 (copie, xvie s.).

Presentium inspectoribus universis Symon et Conradus et Ludovicus, fratres, duces de Tecke[1], rei geste notitiam cum salute. Ea que geruntur in tempore cum tempore memorie [hominum perduntur], si non literarum testimonio perhennentur. Noscat igitur presens etas ac posteritas postfunctorum quod nos [prefati, un]animi voluntate et consilio expresso, Heinricum [dictum] Müli de Rexingen, omnes ejus fratres, videlicet Cunradum, Berchtoldum, Dietricum, Volmarum, uxores eorum ac universos liberos eorundem utriusque sexus, natos ac etiam nascituros, strenuo viro Berchtoldo de Wildenstein, [dicto] Schwelhero, militi, nostro ministeriali, pure et simpliciter vendidimus et donavimus pleno jure, pro quinquaginta quinque libris denariorum valentium Hallensis monete, nobis ab eo plenarie persolutis ac

1. Ils étaient fils de Conrad (I), mort en 1292.

in usus publicos conversis, ipseque Berchtoldus prefatus homines predictos H[einricum] Müli, omnes ejus fratres, videlicet Cunradum, Berchtoldum, Dietricum, Volmarum, uxores eorum ac universos liberos eorundem utriusque sexus, natos ac etiam nascituros, honorabilibus viris commendatori ac fratribus sacre domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Rexingen pure ac simpliciter vendidit pleno jure, puro consensu spectabilis domini H[ermanni], ducis de Tecke, patrui[1], ac nostro, in dicta venditione legitime accedente, de nostra propria voluntate, siquidem sic pure sic simpliciter per prefatum [ministerialem] nostrum Bertholdum factam, ratificamus, ratamque in omne tempus habere promittimus in his scriptis, tam ex parte nostra quam eciam Berhtoldi [antedicti]. Et hoc fecimus ad petitionem reverendi viri fratris Waltheri de Limburg, [ad] gerendas vices ma[gistri] ordinis [antedicti] per Alemaniam constituti, et principaliter propter Deum animamque patris nostri. Renuntiamus itaque ad manus dictorum dominorum commendatoris ac fratrum domus in Rexingen omni juri, nobis [in] dictis hominibus competenti, omnibus actionibus et impetitionibus omnibus, que per que ea, [que] premissa sunt, possent in posterum infringi quomodolibet vel cassari, adhibitis in premissis omnibus sollennitatibus verborum et gestuum debitis et consuetis. In quorum omnium robur et testimonium inco[ncussum], presentes predictis commendatori ac fratribus domus in Rexingen contulimus, sigilli nostri [auctoritate] communitas et [unanimiter] roboratas. Testes, qui huic facto interfuerunt, [sunt]: H. Ludovicus de Wodenau, miles; Ul[ricus], advocatus de Wielanstein; Ludovicus, frater ejusdem; Hainricus Wincko, de Schlossberg; H. Tutros; H. de Herningen; Gottfrid, frater suus; Hermannus, advocatus de Lideringen; dominus sacerdos de Roseneck, plebanus in Osdorff; dominus Beger, et alii fide digni. Datum Rosenfeld, anno Domini millesimo trecentesimo quarto, in die sancte Lucie virginis, [indictione] tertia.

4679. — 29 décembre 1304, Paris.

Philippe IV le Bel, roi de France, mande à ses sénéchaux de Toulouse, Cahors, Carcassonne, Beaucaire et Rodez de respecter les libertés et privilèges concédés aux Hospitaliers par les comtes de Toulouse.

Source : Nîmes, Arch. mun., ms. FF. 31, f. 20 (mauvaise copie, xv[e] s., d'après un vidimus du viguier royal de Toulouse, du 8 janvier 1410). — Texte : Ménard, *Hist. de Nismes,* I, preuves, p. 68.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, Tholose, Caturcensi, Carcasone, Bellicadri et Ruthenensi senescallis, ceterisque justiciariis regni nostri, ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Mandamus vobis et vestrum singulis quatinus libertates, inmunitates et privilegia, religiosis viris fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani per comitem condam Tholosanum concessas, de quibus usi sunt dicti fratres pacifice, necnon compositionem inter ipsum et Hospitalerios predictos factam, ut asserunt, prout de hiis vobis constiterit et de hiis usi fuerint pacifice, prout premittitur, faciatis firmiter observari; si quid contra dictos religiosos in premissis indebite inveneritis attemptatum, ad statum debitum reduci faciatis. Datum Parisius, die martis post nativitatem Domini, anno ejusdem MCCCIV.

1. Hermann (I), frère de Conrad (I); l'époque de la mort de ce personnage est inconnue.

4680. — [1305][1].

Avis adressé au pape Clément V par Jacques de Molay, grand-maître du Temple, au sujet de la fusion projetée des ordres du Temple et de l'Hôpital.

Source : Paris, Bibl. nat., collect. Baluze, vol. 43, f. 423 (copie de Duchesne, xviie s.). — Texte : *Vitæ paparum Avinionensium*, II, col. 180; Pauli, *Cod. dipl.*, II, 12.

..... Pater sanctissime, questioni, quam facitis super facto unionis religionum Templi et Hospitalis, ego magister Templi respondeo sic : certo recolo quod papa Gregorius[2], dum esset in concilio Lugdunensi, et sanctus Ludovicus cum eo[3], et multi alii ecclesiastici et seculares, fuit etiam ibi frater Guillelmus de Bellojoco, tunc magister Templi, et multi alii antiqui fratres nostri ordinis cum eo. Fuit etiam de ordine Hospitalis sancti Joannis frater Guillelmus de Corcellis[4] cum pluribus aliis fratribus et discretis ejusdem ordinis. Et dictus papa Gregorius et sanctus Ludovicus voluerunt habere consilium super facto unionis predicte, et eorum intentio erat de omnibus religionibus armorum facere unam. Sed fuit responsum quod reges Hispanie nullatenus consentirent propter tres religiones armorum, que sunt in patria sua stabilite[5]. Quare deliberatum fuit pro meliori quod unaqueque religio desideret in statu suo.

Item tempore Nicolai pape IV[6], propter perditionem Terre Sancte, que tunc fuit, quia Romani clamabant fortiter et alii populi, eo quod succursus sufficiens ad defensionem ipsius Terre non fuerat missus per eum, ad excusationem quodammodo sui, et ut appareret se velle remedium apponere circa negocia Terre Sancte, refricavit seu reassumpsit verba unionis predicte, et tandem nihil fecit. Deinde Bonifacius papa[7] super hoc fecit plurima verba, et tamen, omnibus consideratis omnino pro meliori, cessavit, prout scire poteritis per aliquos cardinales, qui fuerunt tempore suo.

Item, pater sancte, in facto unionis animadvertenda sunt commoda et damna, honores et scandala, que possunt ex hujusmodi negocio provenire : primo quidem videtur mihi quod non esset honor tam antiquas religiones, et que tanta bona fecerunt tam in Terra Sancta quam alibi, nunc unire; quia timendum est ne contrarium accidat eorum que huc usque fecerunt, quia nunquam vel raro sit novitas que non pariat pericula magna.

Item super omnia timenda sunt animarum pericula. Et hoc dico quia diversissimum est et gravissimum hominem, qui sponte Deo se vovit in habitu et professione unius religionis, compellere vitam et mores mutare, vel aliam religionem assumere, nisi velit.

Item et aliud grave periculum esset, si unio fieret, propter divisionem hominum

1. Cette date, donnée par Pauli, doit être acceptée comme fort probable. L'année 1301, admise par Baluze, doit être rejetée ; celle de 1307, indiquée par Boutaric (*Clément V, Philippe le Bel et les Templiers* (Paris, 1874), 55), est également inexacte, d'abord parce que l'avis a dû être envoyé au pape avant la venue du grand-maître auprès de lui à Poitiers (1307), ensuite parce que, au début de ce mémoire, relatif aux affaires de Terre Sainte (Baluze, *Vita pap. Avin.*, II, col. 176-9), Jacques de Molay propose de mettre à la tête de la croisade Roger de Loria, qui mourut en 1306, et enfin parce que cet avis est en corrélation chronologique étroite avec le mémoire au pape du grand-maître de l'Hôpital. (V. plus bas, n° 4681).

2. Grégoire X. — Le concile général de Lyon eut lieu du 7 mai au 17 juillet 1274.

3. Il y a ici une erreur évidente. Saint Louis n'a pu assister au concile tenu à Lyon en 1274, qui s'occupa effectivement de la fusion des ordres militaires, puisqu'il mourut en 1270 ; mais, à la suite d'un précédent concile tenu à Lyon en 1245, saint Louis avait eu à Cluny (novembre 1245) une entrevue avec le pape Innocent IV. On voit dès lors la confusion qui avait pu s'établir dans les souvenirs de Jacques de Molay.

4. V. plus haut, III, p. 303, n° 3528.

5. Ordres militaires de S. Jacques de Compostelle, de Calatrava et d'Alcantara.

6. Sur les projets de Nicolas IV, voir plus haut, III, p. 597, n°s 4165 et 4167.

7. Boniface VIII.

ne, instigante diabolo, concertarent ad invicem, dicentes : « nos melius valebamus, et plura faciebamus bona ». Et per talem concertationem possent multa pericula provenire, quia Templarii et Hospitalarii habent arma. Et sic facile, si rumor insurgeret inter ipsos, posset grave scandalum suscitari.

Item, si unio fieret, multum oporteret quod Templarii largarentur, vel Hospitalarii restringerentur in pluribus ; et ex hoc possent animarum pericula provenire, quia pauci sunt, prout credo, qui vellent vitam et mores assuetos mutare.

Item, si unio fieret, maxima diminutio esset eleemosynarum et bonorum, que fiunt in qualibet religionum. Nam religio Hospitalariorum super hospitalitate fundata est, et ultra hoc exercent militias et multas faciunt eleemosynas. Templarii vero super militia proprie sunt fundati, et in omnibus eorum baliviis ter in septimana faciunt omnibus, recipere volentibus, eleemosynam generalem, et donant continue pauperibus decimam totius panis. Item donant in conventu inter duos fratres tantum de carnibus quod de residuo possent duo pauperes satiari. Unde, si religiones essent unite, non facerent simul nisi quantum una facit ad presens. Et hoc idem dicere possum de servitio Dei et divinis officiis.

Item in civitatibus et aliis locis ubi dicte religiones habent plures domos, si unio fieret, una vastaretur, et alia remaneret in statu, et quilibet vellet quod sua statum haberet. Unde sepe discordia posset oriri. Et ubi due religiones habent plures preceptores, oporteret quod unus esset preceptor, et alii subessent. Unde, quia male contentarentur, facile posset incurri discordia.

Item conventus Hospitalis habet mariscalum, commendatorem, draparium et alios plures officiales. Et hoc idem et in conventu Templi. Unde ex hoc posset briga maxima et discordia inter ipsos oriri, quia quilibet vellet tenere suos officiales in statu.

Item, si aliquis vellet objicere quod pro extinguenda invidia, que inter Templarios et Hospitalarios esse dicitur, esset unio facienda, respondeo quod maximum damnum esset Terre Sancte tollere talem invidiam, et ex hoc proveniret magnum commodum Sarracenis. Nam talis invidia semper attulit et honorem et commodum Christianis, et contrarium Sarracenis, quia, si Hospitalarii faciebant aliquod bonum exercitium armorum contra Sarracenos, Templarii nunquam cessabant nisi fecissent tantumdem vel plus, et e converso.

Item, si Templarii faciebant magnum passagium fratrum, equorum et aliarum bestiarum, Hospitalarii non cessabant donec similem fecissent, vel plus. Et ista talis invidia, que semper viguit et viget inter eos, omni tempore fuit et est honorabilis et propicua Christianis, Sarracenis vero damnosa.

Item, si una religio habuit bonos milites et famosos marinis et aliis bonis operibus, alia semper studuit toto posse meliores habere. Et per talem invidiam utraque religio tales fecit expensas continue quod semper gravata fuerunt maximis oneribus debitorum. Unde, si due religiones fuissent in unum, non credo quod super predictis tantum conati fuissent.

Item quod per invidiam vel controversiam, que inter ipsos aliquo tempore fuisset, nunquam cessavit fieri cavalcata contra Sarracenos, vel aliquod armorum officium ; quin imo propter predictam invidiam majora et meliora fiebant. Preterea nunquam auditum fuit quod ex aliqua causa ullus ipsorum apponeret manum violentam in alium.

Item apparet exemplum inter fratres Predicatores et Minores, qui multos habent meliores clericos et magis famosos quam si ambe religiones essent in unum, quia quelibet religio studet excellentiores viros habere, et magis exercitat suos tam ad divinum officium quam etiam ad sermocinationem et predicationem verbi Dei ; quod totum redundat in honorem et commodum populi Christiani.

Item quando reges, duces, comites ac etiam alii barones populares peregrini,

quicunque vadunt ad Terram Sanctam et equitant manu armata contra Sarracenos, semper consuevit hoc fieri inter ipsos quod una religio precedit et facit custodiam, que dicitur avangarda, reliqua vero facit custodiam que dicitur reregarda, et sic extraneos inter ipsos cooperiunt et involvunt, sicut mater infantem. Et bene oportet hoc fieri, quia agnoscunt modum Sarracenorum, et Sarraceni cognoscunt eos; et quandocumque aliqui fecerunt cavalcatam sine ipsis, male eis successit, secundum quod sanctitati vestre referam, cum audire placuerit. Et si due religiones essent in unum, oporteret quod alii quam ipsi facerent sive avangardiam, sive reregardiam.

Item quicumque peregrini majores domini vel minores venerunt ad Terram Sanctam, semper invenerunt refrigerium, recreationem, auxilium et succursum sive ab una, sive ab altera religionum. Et si non fuisset nisi sola religio, forsitan non invenissent ita largum remedium et succursum tam liberum. Et hoc idem dico de minimis servientibus, qui semper vel in una, vel in altera religionum habuerunt bonum refugium.

Commoda vero vel profectus, que de unione cognosco, sunt hec: notorium est quod omnes gentes consueverunt habere multam devotionem ad religiosos. Quod totum videtur esse conversum, quia plurimi reperiuntur velle auferre religiosis quam dare, et quasi omnes libentius accipiunt quam donent eisdem, et multa gravamina continue eis inferuntur per mundum tam a prelatis quam ab aliis viris potentibus et minoribus, sive clericis, sive laicis. Sed si talis unio fiat, religio erit tam fortis et potens quod bene defendet et poterit defendere sua jura a quibuscunque personis.

Item alium profectum cognosco, quia facerent minores expensas. Nam ubi modo tenentur duo hospitia, non nisi unum teneretur, et ubi sunt duo preceptores, vel duo ballivi, non esset nisi unus, sive in conventu ultramarino, sive in provinciis et domibus cismarinis; et hec esset maxima alleviatio expensarum. Unde, pater sancte, in predictis omnibus continentur profectus et damna, honores et inhonores, vel pericula, que in facto unionis sentio et cognosco.

De consilio vero nostri conventus ac veterum proborum virorum ordinis nostri, existentium citra mare et provincias et ballivias, quandocunque vestre sanctitati placuerit audire, faciam ipsos ad invicem congregari, etiam, si volueritis, coram vobis. Et tunc audire poteritis consilium et voluntatem dicti nostri conventus fratrum predictorum, et postmodum facere circa predicta prout sanctitati vestre melius et utilius apparebit.

Insuper, sancte pater, audivi vobis esse narratum quod religiosi, qui subsunt obedientie, essent magis apti et proficui ad recuperationem et custodiam Terre Sancte quam alie gentes. Quod quidem verum est, quia faciunt minores expensas, et in domibus, campis et factis armorum sunt magis obedientes. Sed si intenditis redditus assignare taxatos, annuos et continuos, ad sustinendum tot equites et armigeros quot viderentur posse teneri, melius reputarem quod tales redditus assignarentur utrique religioni divisim, scilicet Templi et Hospitalis, quam ipsos unire, quia quilibet conantur etiam ultra posse suum debitum exercere.

4681. — [1305][1].

Mémoire adressé au pape Clément V par le grand-maître de l'Hôpital sur la croisade.

Source: Rome, Arch. du Vatican, Miscellanea Vaticana, cassette des années 1305-6 (orig.).

1. L'éditeur de ce mémoire, se fondant sur l'indication chronologique contenue dans le premier para-

— TEXTE : J. Petit, *Mémoire de Foulques de Villaret sur la croisade*, dans *Bibl. de l'Ec. des Chartes*, LX (1899), 603.

Hec est informatio et instructio nostri magistri Hospitalis super faciendo generali passagio pro recuperatione Terre Sancte, que erit breviter, divina gratia faciente:

Primo videtur nobis quod melius avisamentum, quod dominus noster papa habere possit in hiis, est quod prudenter assumatur et incipiatur passagium supradictum, quoniam istud est fundamentum totius operis ad hoc ut evitentur impedimenta, que turbaverunt ducere ad bonum complementum et utile plura passagia assumpta hactenus; postquam civitas sancta Jherusalem novissime amissa fuit bene fluxerunt nunc CX et VIII anni.

De quibus passagiis, quare fuerunt impedita et turbata ita quod effectum sortiri nequivere salubrem, non expedit nos hic facere mentionem, quia hoc sciri potest per scripturas et cronicas qu[i causas][1] respicere volunt, a primo passagio quod felicis recordationis dominus Clemens papa III assumi voluit per clare [memorie re]gem Philippum Francie et regem Henricum Anglie[2], cum ipse intellexit soldanum Salahad[inum arripuisse] a fidelium manibus totam Terram Sanctam, Tiro et Tripoli exceptis, et ab aliis passagiis postea assumptis usque [ad] passagium quod sancte memorie dominus Gregorius X per inclite memorie regem Radulphum Alemannie[3] assumi voluit et mandavit.

Set nos ordiemur hic et dictabimus quoddam passagium olim assumptum, quod finem suscepit laudabilem, quia bene et prudenter extitit inchoatum. Recolende recordationis dominus Urbanus II, inveniens se citra montes cum accepit Terre Sancte amissionem lacrimabilem, convocavit Nemausi[4] quosdam fideles prelatos et alios qui circa erant, et predicavit Crucem, populum ad passagium totis nisibus excitando. Et hoc idem fecit iterum apud Claromontem in Arvernia[5], postque pro congregando passagio ordinavit et elegit in suum legatum et capitaneum episcopum Aniciensem[6], qui sibi associavit in hac capitania Petrum Heremitam, qui quasi ita bonum locum habuit et tenuit sicut fecit dictus legatus in passagio supradicto. Et sic isti ad congregandum et conducendum passagium usque ad Terram Sanctam fuere capitanei ordinati. Cujus passagii, in hoc quod factum armorum spectabat, fuit capitaneus Godofredus de Bulhon, qui Jherusalem acquisivit.

Quare nobis videtur quod, si per eamdem viam, tentam et habitam per predictum dominum Urbanum, nunc assumatur passagium, non deherit quin, cum Dei auxilio, finem consequatur prosperum, ut tunc fecit; ad quod taliter procedetur: dominus noster papa, ubicumque erit, predicabit Crucem, excitando et inducendo plebem Christi cum suis predicationibus et dando eis magnas indulgentias, ut ad Terram Sanctam transeant acquirendam, prefigetque terminum quando passagium suum incipiet viaticum, illum vel illos quem vel quos preesse decreverit passagio nominando.

Et in quantum tangit terminum, nobis videtur utile quod brevis terminus assignetur, quia in longis terminis plura impedimenta interveniunt et objecta, et naturaliter homines fiunt animaciores et fervidiores cum suum habere propinque

graphe, le date de 1305, ce qui est fort vraisemblable, et coïncide avec la date de l'avis du grand-maître du Temple. (V. plus haut, 103, n° 4680.) Il est en effet fort vraisemblable que les grands-maîtres des deux ordres, consultés ensemble par le pape, ont répondu au même moment à celui-ci, avant d'aller eux-mêmes à Poitiers le rejoindre.

1. Un trou du parchemin a amené cette lacune et les trois suivantes, elles ont été comblées par conjecture. [Note de l'éditeur.]

2. Philippe Auguste, roi de France, et Henri II, roi d'Angleterre. La croisade de Philippe Auguste et de Richard Cœur de Lion, fils et successeur d'Henri II, eut lieu en 1190.

3. Rodolphe I de Habsbourg, empereur d'Allemagne.

4. Le concile de Nimes eut lieu en 1096 (6-14 juillet).

5. Le concile de Clermont se tint en 1095 (novembre).

6. Adhémar de Monteil.

desiderium prestolantur. Et quia etiam, si terminus assignetur longus, postea nequibit comode breviari, et si brevis datur, si negotium poposcitur, cum satis parvo scandalo ad primum vel secundum passagium sequens terminus poterit prorogari.

Et in quantum est super faciendis capitaneis passagii, nobis videtur quod dominus papa aget utiliter quod unum ordinet legatum et vicarium, suam representaturum personam, qui sit cardinalis vel prelatus, dum tamen sit persona discreta, et quod confidi possit de eo, quod ad Terram Sanctam affectionem et dilectionem uberiorem quam ad parentes suos et natale solum habeat atque gerat. Et huic poterit quemdam secularem adjungere militem, adhesurum ei, et in quibus sciet et poterit consulturum, et acturum officium quod faciebat Petrus Heremita Aniciensi episcopo, cum Jherusalem fuit, ut pretangitur, acquisita.

Preterea quod dominus papa, postquam Crucem predicaverit et fecerit que premittuntur, ordinet bonos viros clericos seculares aut religiosos, profecturos legatos per civitates [et] provincias quas fideles colunt, predicaturos eis Crucem, daturos indulgentias et dicturos terminum ac capitaneos passagii per eumdem modum per quem dominus papa fecerit supradicta.

Adhuc hoc faciendo expedit quod dominus papa ordinet qualiter magnum possit congregare thesaurum, sine quo passagium fieri tale nequit. De hoc quidem thesauro fiet primo pertractus et apparatus aliquis, quem necessario opportet fieri priusquam passagium accipiat iter suum. Et quamvis dominus papa inveniat alios qui melius nobis ipsum instruhere et erudire scient quomodo thesaurus iste congregari poterit, nos in fine dicemus aliqua hujus scripti.

De nostro itaque procedit consilio quod dominus papa generale non convocet concilium pro ordinando et assumendo passagio generali, quoniam venientes ad hoc concilium prelati et alie persone ecclesiastice, quidam vocati, quidam sponte, nimiis gravarentur sumptibus, propter quos sic fecunde requiri aut auxiliari nequirent, sicut hoc necessitas postularet.

Pertractus et apparatus, quos opportet de hoc thesauro antequam passagium transfretet, est tale : bene scitur quod Sarraceni sapientes sunt et subtiles, et, quam cito intelligent Christianos assumpsisse passagium, ipsi properabunt et conabuntur se munire armis, ferro, pisce, lignamine et omnibus aliis quibus poterunt se tueri. Et Christiani nequam, quos ceca lucri exequavit cupiditas, eis predicta totis viribus ministrabunt, nam Sarraceni talia habere non valent nisi a terra cismarina et per impios Christianos[1].

Et ideo opportebit quod, quando incipietur Crux predicari, debeant ordinari et mitti ultra mare viginti quinque galee, armate bonis gentibus, que cum armamento, per illustrem regem Cipri, per Templum et nos faciendo, resistere poterunt quod vasa perversorum Christianorum bono modo Alexandriam aut terram Egipti ingredi non valebunt. Et hoc armamentum exiguum dicimus nos debere fieri ad hoc ut Sarracenis se armandi et furniendi rebus predictis spatium citius auferatur.

Et post grandius armamentum[2] opportebit fieri ad debilitandum Sarracenos et loca que habent per maritimam, ita quod passagium veniens possit in terram liberius et quiescius descendere et cum repagulo parciari.

Et post ordinationem xxv galearum predictarum erit expediens quod, ut citius

1. Une ordonnance de Philippe le Bel, du 28 août 1312, qui interdit l'exportation des armes, des chevaux, des vivres et munitions destinées aux Sarrasins, répond à cette préoccupation du grand-maître de l'Hôpital, (*Recueil des Ordonnances,* I, 505). — Toutes les personnes consultées avaient réclamé ces prohibitions. (V. Delaville Le Roulx, *La France en Orient,* I, 61, note 2). [Note de l'éditeur.]

2. Au sujet de ces armements et de leur état d'avancement en 1311, voir la lettre de Foulques de Villaret à Philippe le Bel. (Delaville Le Roulx, *La France en Orient,* II, 5). [Note de l'éditeur.]

fieri poterit, ordinentur quinquaginta vel sexaginta galee, de quibus medietas sint usserii potentes portare quadringentos vel quingentos equos; quod armamentum, per totum annum unum antequam passagium veniat, ibit per rippariam terre soldani, que est plus quam quadraginta dietarum, applicando nunc uni loco, nunc alio, et ponet equites et pedites in terra, cursuros et vastaturos loca vicina marittime per mediam dietam, aut plus sive minus, secundum quod esse locorum duxerit requirendum.

Et sic opportebit Sarracenos habere gentes armorum, pedites et equites, ituros et venturos de loco in locum juxta marittimam, cum videbunt armamentum Christianorum in terram ponere velle gentes, et sic forsan, simulato quod gentes ponantur in terram et nichil fiet, set ibunt una die vel una nocte, quatuor aut quinque dietas, seu quantum poterunt, et tunc mittent gentes in terram sic quod accidet, propter istud ire et venire, quod gentes armorum Sarracenorum consument arma sua et animalia, et expendent quicquid habebunt, et deserent incolatum suum et agriculturam, ex qua major pars eorum habere noscitur victum suum. Et ob hoc tali subcumbent statui quod passagium veniens, Domino concedente, plus explicabit et operabitur quam faceret gens in triplo, si per tractus hujusmodi minime precessisset.

Et modicum ante terminum passagii, capitanei ordinabunt quod in diversis provinciis habeantur stipendiarii, balistarii, equites, pedites et alie gentes armorum, milites et alii, de thesauro congregando pro passagio antedicto. Et fient stipendiarii plus vel minus juxta estimacionem gentium quam capitanei se habere viderint et audiverint devotione volentium transfretare.

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, C. vii, command. de Gross-Tinz, n° 17 (orig. scellé). — Analyse : *Cod. dipl. Silesiæ*, VII, iv, 85, n° 2877.

In nomine Domini, amen. Altiori ingenio prediis religiosorum tenemur providere, ut ipsos senciamus nostris profectibus in obsequiis temporalibus et spiritualibus inherere. Inde est quod nos Boleslaus, Dei gracia dux Slezie et dominus Vraticzlavie, omnibus in perpetuum, tam presentibus quam futuris, testimonio hujus pagine cupimus esse notum quod, inspicientes pressuras et gravia honera villarum et prediorum fratrum sancti Johannis ordinis Hospitalis Jerosolimitani, que Thincz et Glovini et Racziniwicz et Thinczia Michaelis dicuntur, quas quidem pressuras per jus Polonicale hactenus sustinuerunt, de maturo consilio et deliberatione sufficienti cum fidelibus nostris habita, dictas villas et allodia, omnes quoque incolas et pertinentes ad dicta bona a jure Polonicali, quod wulgariter scuda dicitur, absolvimus, eripimus et omnimodis liberamus, et damus et concedimus dictis bonis et omnibus incolis jus Theutonicum, quo inperpetuum debent perfrui et gaudere, ita quod in jure Theutonico et non alias teneantur respondere.

In cujus rei testimonium, presentes litteras cum nostro sigillo fecimus consignari. Actum Wraticzlavie, sub anno incarnacionis dominice millesimo trecentesimo sexto, proxima feria tercia post octavas epyphanie. Presentibus nostris fidelibus: Schamborio; Alberto, dicto Bart; Gysilhero Kelneri, judice curie Watczlaviensis; Bronizlao Budewcii; Dothero de Drogis, et Friczchone, nostro prothonotario, decano Glogoviensi et canonico Wratczlaviensi.

4711. — 2 février 1306, Tusna.

Olivier, maître de l'Hôpital en Hongrie et Esclavonie, vend Tusna à Ivan, damoiseau.

Texte : Fejer, *Codex dipl. Hung.*, VIII, i, 202 (d'après la collection Wietor)[1].

Nos magister Oliverius per Hungariam atque Sclavoniam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani omnibus, hanc litteram inspecturis, notificamus quod nos Tusnam cum omnibus suis pertinentiis Ivan puero, necnon suis heredibus successoribus, damus et confirmamus. Et hoc fecimus de maturo consilio fratrum nostrorum tunc temporis existentium, quod sancto Joanni a sua pueritia fideliter servivit; nos vero, sua servitia respicientes, eidem Ivan puero dictam Tusnam, necnon suis heredibus, pro summa statuta damus, scilicet pro una marca antiquorum denariorum, et hoc tenebitur in die sancti Martini persolvere. Nos vero sibi et dictam Tusnam exoneramus a descensu, ab omni exactione atque agricultura, et omni justitia ad nos pertinente, excepta pecunia superius prenotata. Quod si autem aliquibus causis idem Iwan puer, vel sui heredes et heredum successores, impediti fuerint quod sepedictam pecuniam non (*sic pro :* nobis) persolveret, sui (*sic pro :* sive) heredum successores, primo, vel secundo, vel tertio, necnon quarto anno, tenebitur magistro vel castellano de Bela idem Ivan puer, vel sui heredes successores, prout poterit, debeant obedire. Actum in Tusna, in die purificacionis beate Virginis, anno Domini MCCCVI.

4712. — 3 février 1306, Fürstenfeld.

Guillaume, commandeur de Fürstenfeld, et les Hospitaliers de Fürstenfeld confirment à Othon, commandeur des Teutoniques de Graz, l'échange d'un bois, sis dans la paroisse de S. Lorenzen en deça de la Laventz, fait par eux contre une rente égale à celle que leur rapportait le bien cédé, assise sur la cour de Guntaren, près de Graz.

Sources : Graz, Arch. de Styrie, n° 1685 *d* (copie, xix° s.); Vienne, Arch. de l'ordre Teutonique, A. 746 (orig. scellé)[2]. — Analyse : Pettenegg, *Die Urkunden des Deutschordens Centralarchivs zu Wien*, 224, n° 860.

Ich brůder Wilhalem, der comendeuer ze Furstenvelde, vnd průder des selben

1. Il a été impossible de retrouver cette pièce dans la collection Wietor. Les papiers de cet érudit, originaire de Poszony, sont actuellement conservés à la bibliothèque du Musée National à Budapest. Il est probable qu'une partie seulement de ceux-ci sera entrée au Musée National.

2. Le sceau du commandeur de Fürstenfeld subsiste. Il est rond, de 27 mill. de diamètre, en cire blanche, avec la légende : + S. FRATRIS. WILHELMI., séparée du champ par un cercle de perles. Au centre est représentée une croix, dont la branche inférieure est plus longue que les trois autres.

hauses veriehen an disem prief vnd tůn chunt allen den, die in sehent oder horent lesen, beider die nu sint vnd die hernach chůnftich werdent, daz der erebere man bruder Ot, der comendeuer dez Teuschen hauses daze Gretz, vnd die bruder des selben hauses gewechselt habent daz gůt, daz da leit in der pharren daze Sande Lavzenzin, ienhalbe der Laventz, da man vns iaerleich ein halb phunt alter Wienner von gab, mit dem ereberen herren probest Hertneid von Vorawe vm den hof ze Guntaren, der da leit pei der stat ze Gretz; darumbe durch ir liebe vnd auch durch ir pet, avzen wir vns vnd lazen ledich daz selbe gůt ze Sande Lavrenzin des vorgenanten halben phundes also bescheidenleich, daz vns die vorgenanten bruder ze Gretz aller iaereleich ain halb phunt gůter alter Wienner an sante Michels tage geben von dem selben hove daze Guntaren, als man vns von dem gute ze Sande Lavrenzin ê gab. Vnd daz dev gelůbe chraft hab vnd vnzerbrochen beleibe, darumbe geben wir in disen prief, mit vnseren insigel versigelt, ze einem vrchůnde der warheit. Der sint gezivge: brůder Chunrat, der priester; brůder Ekkehart, der priester; brůder Chůne, vnd aber bruder Chv̊ne; brůder Ot, vnd andere biderbe levte. Diser prief ist geben ze Furstenvelde, do nach Christes geburt ergangen waren tavsent jar drevhundert jar, vnd dar nach in dem sechstem jare, an sante Blaesin tage.

4713. — 24 février 1306, Espaly.

Sentence arbitrale entre Jean de Comines, évêque du Puy, et Pons de Fay, grand-prieur d'Auvergne, sur la justice et le fief de Pébelit (Pebulit), des Pandreaux (Palandrau) et du Boussillon (del Boschilho), et sur les droits d'usage et de glandage des hommes de Devesset et villages voisins dans les pacages du mandement de Beaujeu et dans le bois de la Chaine (de Chaene).

Source : Lyon, Arch. du Rhône, H. langue d'Auvergne, command. de S. Jean la Chevalerie, chap. 5, nº 4 (orig.). — Texte : Chassaing, *Cartul. des Hosp. du Velay*, 99.

Acta fuerunt supradicta apud Spaletum, in camera episcopali, anno [MCCCV], VI kalends marcii, indictione et pontificatu [Clementis V anno I] predictis. Presentibus testibus, ad hoc vocatis et rogatis: venerabili domino Raymundo de Satilhec, canonico Aniciensi; Dalmacio Rocelli, Stephano de Lodeva, civibus Aniciensibus; fratre Guillelmo de la Chadena, preceptore de la Forest; fratre Hugone d'Espinassa, preceptore de Montchalm, Claromontensis dyocesis; fratre Guigone Durgelli, preceptore Sabaudie; et etiam fratre Poncio del Roure, preceptore domus sancti Johannis Jerosolimitani Aniciensis et de Pebulit; et fratre Artaudo Helie, preceptore domus de Devesseto, qui presenti compositioni consenserunt; et Johanne de Fraxino, clerico.....

4714. — 1 mars 1306, Tournon.

Guy, seigneur de Tournon, rend hommage à Pons de Fay, grand-prieur d'Auvergne, pour ses châteaux de S. Barthélemy le Plein (de Planis), d'Empurany (de Empuranio) et de S. Victor, et pour le village de Deyras.

Source : Lyon, Arch. du Rhône, H. langue d'Auvergne, command. de S. Jean la Chevalerie, chap. 3, nº 9 (orig.). — Texte : Chassaing, *Cartul. des Hosp. du Velay*, 106.

Acta fuerunt hec apud Turnonem, in domo Ostachii de Fayno, domicelli,

anno et die quibus supra [MCCC quinto, scilicet die mercurii inter duo carniprivia].....

4715. — 8 et 9 mars 1306, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, charge son procureur fiscal de représenter ses fils Jean et Pierre[1] *dans l'affaire pendante entre les habitants de Gravina, d'une part, et les habitants du château de Guaragnone, d'autre part (ce dernier appartenant aux Hospitaliers de Barletta).*

Sources : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 154, f. 157 *b* (copie contemp.); Bibl. nat., XV. D. 15 (copie, XVIII[e] s.).

Scriptum est judici Johanni Virticillo de Neapoli, procuratori fisci nostri, fideli suo, etc. Scire te facimus quod magistro justiciario regni Sicilie, vel ejus locumtenenti, et judicibus magne curie per alias nostras modo scribimus litteras in subscripta continentia post salutem : « Olim inter homines Gravine, ex parte « una, et homines castri Guaraniani, quod esse dicitur Hospitalis sancti Johannis « Jerosolimitani in Barolo, ex altera, de tenimentis et territoriis contencione « suborta, quondam Johannes de Monteforte, Squillacii et Montiscaveosi comes[2], « domini dicte terre Gravine seu homines dicte terre, etc. (secundum formam « scriptam in quaterno magistri justiciarii pro eodem Hospitali usque ubi legitur : « aliorum absencia non obstante). Datum Neapoli, per Bartholomeum de Capua, etc., « anno Domini MCCCVI, die VIII martis, IIII indictionis ».

Demum vero sequitur, pro parte dicti Hospitalis nobis exposito quod, quia dicti Johannes et Petrus, filii nostri, quorum in hac parte res agitur, minores sunt et absentes, causa ipsa sine curatore legitimo eorumdem duci non potest et prout expedit terminari, nos, qui dictorum filiorum nostrorum sum(m)us administrator legitimus, ut per hoc judicium elusorium non existat et ipsorum filiorum nostrorum ex defectu curatoris hujusmodi justicia non succumbat, te, de cujus fide et legalitate confidimus, in causa predicta ipsis filiis nostris actorem, defensorem ac curatorem legitimum tenore presentium ordinamus, tue fidelitati mandantes ut causam in hoc dictorum filiorum nostrorum diligenter et fideliter tuearis. Datum Neapoli, per Barth[olomeum] de Capua, etc., anno Domini MCCCVI, die VIIII martis, IIII indictionis.

4716. — 20 mars 1306, Naples.

Le même mande à son justicier de la Terre de Labour et du comté de Molise, à la requête du grand-prieur et des Hospitaliers de Capoue, de livrer à ceux-ci Hugues de Limosano, confrère de l'Hôpital, qu'il avait emprisonné pour vol et qui devait être jugé par eux.

Sources : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 156, f. 148 *b* (copie contemp.); Bibl. nat., XV. D. 15, f. 64 (copie, XVIII[e] s.).

Scriptum est justiciario Terre Laboris et comitatus Molisii, fideli suo, etc.

1. Jean mourut jeune, et Pierre, comte de Gravina, fut tué le 29 août 1313 à la bataille de Monte Catino.

2. Jean de Montfort, comte de Squillace et de Montescaglioso, mourut en 1300 sans postérité.

Pro parte religiosorum virorum vice prioris et fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Capua, devotorum nostrorum, fuit noviter expositum coram nobis quod, cum olim vicarius Guillelmi Extandardi, regni Sicilie comestabuli, in terra Lymosani, ad te miserit fratrem Hugonem de Limosano, confratrem et conversum dicti ordinis Hospitalis, captivum in habitu Hospitalis ipsius, pro eo quod eidem vicario ipse frater Hugo denunciatus extiterat per Jacobum Johannis de Roberto de predicta terra Lymosani, inimicum ipsius, quod ipse frater Hugo fur erat et latro, ipsum fratrem Hugonem in tuo carcere detines captivum, eumque vice priori et fratribus Hospitalis predicti puniendum per eos, juxta ipsius ordinis instituta, licet inde fueris ab ipsis pluries requisitus, assignare denegas et recusas, in derogatione ordinis Hospitalis predicti et dictorum fratrum evidens detrimentum, super quo nostra provisione petita, fidelitati tue precipimus quatenus, si legitime tibi constiterit ipsum fratrem Hugonem tempore captionis ejus fuisse confratrem dicti Hospitalis ac etiam convivere in habitu dicti ordinis ut confrater, ipsum fratrem Hugonem prefatis vice priori et fratribus dicti Hospitalis sancti Johannis ad ipsorum requisitionem studeas assignare, puniendum per ipsos juxta criminis qualitatem et eorum ordinis instituta, ita quod proinde tibi ulterius scribere non cogamur; si vero aliqua justa et rationabilis causa remanet ad hoc, culmini nostro seriatim tuis litteris studeas intimare. Datum Neapoli, per B[artholomeum] de Capua, militem, etc., anno Domini millesimo CCCVI, die XX marcii, IIII indictionis.

4717. — 8 avril 1306, Bourg-Dieu (Déols).

Le pape Clément V concède à Franceschino, fils de Jacques de S. Stefano, sur les biens que Martin de S. Stefano, son oncle, grand-prieur de Rome et chambrier du pape, avait achetés à Castro Macedii (diocèse de Pavie), un revenu annuel de cinquante florins d'or. — « *Sedes apostolica devotorum*[1] ».

Sources: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 53, f. 63 (copie contemp.). — Analyse: *Reg. Clementis pp. V*, I, 257, n° 1413.

Dat. apud Burgum Dolensem, VI idus aprilis, [pontificatus nostri] anno I.

4718. — 16 avril 1306, Valence.

Jacques II, roi d'Aragon, etc., autorise Arnaud de Solers, lieutenant du châtelain d'Amposte, le pape Clément V ayant annulé la vente de la haute justice d'Onda, de Gallur et d'Aviñonet, consentie le 20 juin 1298 à Raymond de Ribells, châtelain d'Amposte, à prendre livraison du prix de cette vente, déposé chez Bernard Planelli, Jean ..... et Barthélemy Ceriol, changeurs de Valence. (*V. plus haut*, III, *n°* 4424, *et* IV, *n°* 4701.)

Source: Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, chartes roy., n° 2559 (orig., traces de sceau).

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice, comesque

1. Le même jour la chancellerie pontificale adressa, pour le même objet, des bulles identiques à l'évêque d'Asti et à Guy de Bailio, de Bologne, archidiacre d'Albenga. (Rome, Arch. du Vatican, reg. 53, f. 63 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75 (copie de Smitmer, XVIIIe s.), f. 315.)

Barchinone, ac sancte Romane ecclesie vexillarius, ammiratus et capitaneus generalis, religioso fratri Arnaldo de Solerio, locum tenenti castellani Emposte, salutem et dilectionem. Cum dominus Clemens papa quintus contractum venditionis, per nos facte olim fratri R[aimund]o de Rippellis, castellano Emposte, super mero et mixto imperio ac alia jurisdictione civili locorum de Onda et de Gallur et de Avinione, cassaverit, anullaverit et irritaverit sub forma contenta in rescripto papali, nobis cum sua vera bulla transmisso, cujus rescripti series sic se habetur : « Clemens, etc. (V. plus haut le texte de cette bulle, n° 4701) », et res notoria ac manif[esta ex]istat quod in predicto fuit magna deceptio ultra dimidiam justi pretii, et pretium antedictum ipsi castellano Emposte, vel [ejus] locum tenenti infra regnum Va[lencie..], solvi, off[erri] vel presentari nequiverit, cum tam dictus castellanus quam etiam vos, qui ejus locum tenetis, ab ipso regno sitis absent[es], sicque in dicti castellani et vestri absentia [assign]ari et deponi fecerimus pretium ipsum, quod fuit quindecim millia solidorum, in tabulis Bernardi Planelli, Johannis .. et Bartholomei Çeriol, campsorum Valencie, qui, nomine dicti castellani et vestro, ejus nomine tenent in deposito et comanda quantitatem predictam, ut de hiis per suas litteras vobis scribunt, ideo vobis significamus quod vos, quandocunque volueritis, recipiatis nomine dicti castellani ipsam quantitatem, cum pro dicto castellano seu vobis sit in posse ipsorum. Et cum nos de cetero dicto mero imperio et mixto ac alia jurisdictione debeamus uti ac etiam velimus, ut utebamur ante venditionem predictam, juxta dicti rescripti papalis continentiam et tenorem, dicimus et mandamus vobis quatinus de ipso mero imperio vel mixto aut alia jurisdictione locorum predictorum, occasione dicte venditionis, vos non intromittatis, nec alii loco vestri se de cetero ullatenus intromittant. Datum Valencie, XVI kalendas madii, anno Domini millesimo CCC sexto.

4719. — 30 mai 1306.

Henri, comte de Castell, et sa femme Adélaïde vendent aux Hospitaliers de Wurtzbourg, moyennant trois cents livres de Hall, leurs biens d'Obernvolca (Superior Volkach) et de Hofstetten (Hofstet).

Sources : Munich, Arch. roy. de Bavière, comtes de Castell (orig. scellé); Wurtzbourg, Arch. roy., ms. 140, f. 482 *b* (copie, XVIe s.). — Analyse : *Regesta Boica,* V, 99. — Texte : P. Wittmann, *Monum. Castellana,* 104, n° 254.

Actum et datum Herbipoli, anno Domini MCCCVI, feria secunda post Urbani.

4720. — 6 juin 1306, Bordeaux.

Le pape Clément V appelle le grand-maître de l'Hôpital auprès de lui pour traiter l'affaire du recouvrement de la Terre Sainte.

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 52, f. 176 (copie contemp.). — Extraits : Taaffe, *The history... of the order of St. John of Jerusalem,* IV, app. n° LXXXI. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.,* II, 15 ; *Reg. Clementis pp. V,* I, 190, n° 1033.

[Clemens, etc.], dilecto filio magistro Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, salutem, etc. In specularis preeminentia pastoralis divina providente clementia presidentes, etsi multis et arduis, que in amplum Romane curie alveum undique confluunt quasi torrens, pregravemur negociis, curis excitemur innumeris et

cogitationibus plurimis distrahamur, id tamen habetur inter cetera nostra desideria precipuum, ad hec ferventius intendimus, vacamus instantius et operose sollicitudinis studium diligentius impertimur quod locus ille sanctissimus, ubi Virgo puerpera peperit Celi Regem, locus Redemptoris nostri sanguine pretioso perfusus, et locus ubi poni meruit sepulcri Dominici firmamentum, quem resurgens Christus a mortuis resurrectionis gloria multipliciter illustravit, et in quo Domini pedes steterunt, et nunc coinquinatorum pedibus teritur et aliarum subvertitur imperio nationum, ad cultum christiane religionis, exterminata paganorum perfidia, dante Domino, redigatur, redactus munimine oportuno valletur, vallatus competentibus presidiis defensetur, et defensus debitis subsidiis gubernetur, ut ex futuris laboribus comoda sperata proveniant, habitura stabilitatis perpetue firmitatem. Cum olim peccatis exigentibus breviter exinanitum, ymo perditum fuerit, quod longo temporis spacio fuerat Christicolarum sudoribus et magni effusione sanguinis acquisitum, nos vero monent non modicum ad predicta, quam citius comode poterimus exequenda, illustrissimi regum Armenie atque Cipri, quibus compatimur toto corde, presidia postulata; propter que considerare compellimur aliquas certas vias ad ipsum negocium promovendum, super quibus tecum et cum dilecto filio magistro domus milicie Templi, de quorum circumspecta probitate, probata circumspectione ac vulgata fidelitate fiduciam obtinemus, deliberandum de fratrum nostrorum consilio decrevimus et tractandum, presertim quia tu et ipse de premissis viis, negociis atque factis, et cunctis circumstantiis eorundem, propter locorum vicinitatem, longam experientiam et meditationem diutinam, melius quam ceteri consulere poteritis quid agendum, et quia negocium ipsum principalius quam ceteros post nos et Romanam ecclesiam vos[1] contingit. Tue igitur discretioni mandamus, et in virtute obedientie injungimus quatinus ad veniendum ad presentiam nostram, pro peculiaris terre Redemptoris nostri redemptione, pro salubri super predictis deliberatione, ac pro tam pii negocii, dante Domino, expeditione felici, sic caute, sic prudenter et sic celeriter te prepares, quod infra instans festum omnium sanctorum, vel ad longius infra quindenam festivitatis ejusdem, absque terre dispendio, in qua es, tuum nobis daturus salubre consilium in premissis, apostolico conspectui te personaliter representes. Sed ne, quod in dicte Terre Sancte subsidium comode agimus et honorem, in ejus, quod Deus avertat, contingat dedecus, jacturam et dispendium redundare, volumus et mandamus quod ad veniendum te pares quanto secretius poteris bono modo, et quod quanto pauciores poteris tecum adducas de his qui ad pugnandum et ad resistendum inimicis, terramque illam sunt habiles gubernandum, cum citra mare poteris tui ordinis socios invenire, atque sic providos, sic probatos et probos, pro te et terre defensione ac gubernatione, vicarium militesque tui ordinis, et alios utiles et necessarios pro te in terra illa dimittas, quod terre illi ex absentia tua, que non longa erit, Domino concedente, nullum possit periculum imminere; aliquos tamen tecum adducas, qui, experientia, discretione ac fidelitate pollentes, tecum nos dirigere valeant in agendis. In premissis itaque fideliter ac utiliter exequendis sic te velis habere quod a Christo, de cujus negocio est agendum, mercedem, et a nobis ejus vicario gratie premium, et ab hominibus laudis preconium merearis. Dat. Burdegalis, VIII idus junii, [pontificatus nostri] anno I.

4721. — 6 juin 1306, Westminster.

Edouard I, roi d'Angleterre, autorise le grand-prieur et les Hospitaliers d'An-

1. Le registe du Vatican porte: nos.

gleterre à imputer sur l'aide du trentième et du vingtième, qu'ils doivent pour la chevalerie de son fils aîné (Edouard II), les deux cents livres Sterling qu'ils lui avaient prêtées par les mains de Jean de Drokenesford, clerc du roi et garde de sa garde-robe.

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 34 Ed. I, membr. 18 (copie contemp.). — Analyse : *Cal. of the patent rolls, Edward I* (1301-1307), 443.

Teste rege apud Westmonasterium, vi die junii.

4722. — 11 juin 1306, Bordeaux.

Le pape Clément V renouvelle la bulle de Grégoire X, du 9 *mars* 1274 : « *Ad audientiam nostram* ». (*V. plus haut,* III, *n°* 3534.)

Sources : Paris, Bibl. nat., lat. 8999, n° 54 (orig. bullé, adressé au prévôt de Brandebourg pour le diocèse de Brandebourg), n° 55 (orig. bullé, adressé au doyen de Lübeck pour le diocèse de Lübeck), et n° 56 (orig. bullé, adressé à l'écolâtre d'Hildesheim pour le diocèse d'Hildesheim).

Dat. Burdegalis, iii idus junii, pontificatus nostri anno i.

4723. — 12 juin 1306, Bordeaux.

Le même renouvelle, en l'adressant à l'abbé de Strahow pour le diocèse de Prague, la bulle de Grégoire X, du 9 *mars* 1274 : « *Ad audientiam nostram* ». (*V. plus haut,* III, *n°* 3534.)

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. xxviii, n° 87 (orig. bullé).

Dat. Burdegalis, ii idus junii, pontificatus nostri anno i.

4724. — 14 juin 1306, Naples.

Robert d'Anjou, duc de Calabre, fils et vicaire général de Charles II d'Anjou, roi de Naples, mande au justicier de la Capitanate de faire une enquête sur l'exemption du droit de « starcia[1] », *dont le grand-prieur et les Hospitaliers de Barletta prétendaient jouir, en vertu d'un privilège du roi Guillaume II*[2], *pour les moissonneurs de leur domaine de Galfiniano (Galfiniano) près de Foggia, et, si ce privilège existe, de le faire observer.*

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 158, f. 194 (copie contemp.).

Datum Neapoli, anno Domini mcccvi, die xiiii junii, iiii indictionis.

1. Ce terme a la signification d'habitation ; il s'agit probablement ici d'un impôt levé et perçu par la cour du roi sur les maisons.

2. Guillaume II, roi de Sicile (1166-1189).

4725. — 13 juillet 1306.

Henri, commandeur de Wiesen (Wissen) au diocèse de Worms, et le couvent d'Otterberg échangent des biens à Wiesen et à Bischofsheim (Münchbischheim).

Source : Mayence, Bibl. de la ville, ms. B. 3, f. 124 *b* (copie, xive s.). — Texte : *Urkundenbuch des Klosters Otterberg*, 271, n° 329.

Datum anno Domini MCCCVI, Margarete virginis et martyris.

4726. — 29 juillet 1306, Bordeaux.

Le pape Clément V demande à Charles II d'Anjou, roi de Naples, d'autoriser l'exportation hors de son royaume de vivres et de chevaux à destination des Hospitaliers en Chypre.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 53, f. 32 *b* (copie contemp.). — Texte : *Reg. Clementis pp. V*, I, 233, n° 1250.

[Clemens, etc.], carissimo in Christo filio C[arolo], regi Sicilie illustri, [salutem, etc.] Habet in te, fili carissime, Romana ecclesia, mater tua, velut in filio predilecto fiduciam, ut in hiis, que suis affectibus grata proveniunt, te liberalem exhibeas et suis beneplacitis te conformes. Ex tenore siquidem petitionis dilectorum filiorum magistri et fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani nuper accepimus quod, cum insula Cipri in copia victualium non consueverit habundare, nec equorum abundantia oportuna habeatur ibidem, de partibus cismarinis victualia ad sustentationem eorum et necessarios equos pro fratribus Hospitalis ipsius ad partes illas facere transvehi necessario compelluntur. Cum itaque dicti magister et fratres victualia et proventus, de possessionibus dicti Hospitalis, que infra regni tui terminos consistere dinoscuntur, obvenientia, ac equos necessarios de regno ipso pro fratribus Hospitalis ejusdem ad dictas partes transvehi, cogente necessitate, proponant, celsitudinem regiam rogamus et hortamur attente quatinus, pro nostra et apostolice sedis reverentia, victualia et equos predicta transvehi libere, obstaculo cujuslibet impedimenti remoto, permittas. Sic igitur preces apostolicas devote recipias et efficaciter ad effectum exauditionis admittas quod dictis magistro et fratribus ex precibus ipsis, quas ad te fiducialiter impetrarunt, comodum sperati fructus adveniat, nosque proinde magnitudinem tuam valeamus dignis in Domino laudibus commendare. Dat. ut supra [Burdegalis, IV kalendas augusti, pontificatus nostri anno I].

4727. — 29 juillet 1306, Bordeaux.

Le même autorise les Hospitaliers à armer des navires sans l'autorisation du roi de Chypre.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 53, f. 32 (copie contemp.). — Texte : *Reg. Clementis pp. V*, I, 232, n° 1247.

[Clemens, etc.], dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis

Jerosolimitani, [salutem, etc.]. Quanto majoris devotionis affectu et ferventiori promptitudine voluntatis redemptionis omnium vacatis obsequiis, exponendo pro eis totaliter vos et vestra, tanto magis Deo gratum et rationi consonum arbitramur ut, vos et Hospitale vestrum sancti Johannis Jerosolimitani plenis favoribus prosequentes, cuncta libenter a vobis amoveamus, que vobis et Hospitali vestro aliqua producere dispendia dinoscuntur. Exposita siquidem vestra petitio continebat quod, cum carissimus in Christo filius noster .. rex Cipri illustris, ut nullus galeam seu aliud quodcunque navigium, infra regni sui terminos absque sui petita licentia et obtenta, attemptet armare, in vestrum grave dispendium duxerit statuendum, vos ad resistendum contra insultus inimicorum fidei christiane vel impugnandum eosdem, cum expedit et necessitas imminet, vel cum pro aliis causis vobis oportunum existit, hujusmodi impediente statuto, armare vestra navigia non potestis. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum ut providere vobis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus ut eadem vestra navigia de alienigenis et aliis quibuscunque personis, prefato regi non subditis, armare libere valeatis, prefato statuto aliquatenus non obstante. Dat. Burdegalis, IIII kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno I.

4728. — 29 juillet 1306, Bordeaux.

Le même demande au roi de Chypre d'autoriser les Hospitaliers à armer des navires dans le royaume de Chypre, malgré l'interdiction royale. (*V. plus haut, n°* 4727.)

Sources: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 53, f. 32 (copie contemp.). — Texte : *Reg. Clementis pp. V*, I, 232, n° 1248.

[Clemens, etc.], carissimo in Christo filio .. regi Cipri, [salutem, etc.]. Ad magistrum et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani habentes paterne dilectionis affectum, eis tanto libentius in oportunitatibus eorum assistimus, quanto ipsi ferventiori promptitudine voluntatis exercere Redemtoris obsequia dinoscuntur. Ex tenore siquidem petitionis eorum accepimus quod tu, ut nullus galeam seu aliud quodcunque navigium, infra regni tui terminos absque tui petita licentia et obtenta, attemptet armare, in ipsorum grave dispendium statuisti; propter quod ipsi ad resistendum contra insultus inimicorum fidei christiane vel ad impugnandum eosdem, cum expedit et necessitas iminet, vel cum pro aliis causis eis oportunum existit, sua navigia armare non possunt. Quare nobis humiliter supplicarunt ut eis providere super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur eorum supplicationibus inclinati, auctoritate litterarum nostrarum eis duximus concedendum ut eadem sua navigia de alienigenis et aliis quibuscunque tibi non subjectis hominibus armare libere valeant, prefato statuto aliquatinus non obstante. Quare celsitudinem regiam rogamus et hortamur, ac per apostolica scripta mandamus quatinus concessionem hujusmodi, pro nostra et apostolice sedis reverentia, gratam habens, ac vota tua tanquam benedictionis filius beneplacitis nostris in hac parte conformans, eosdem magistrum et fratres armare prefata navigia liberali promptitudine et prompta liberalitate permittas, ita quod dicti magister et fratres contra eosdem inimicos fidei, cum expedit, resistere valeant, ipsosque impugnare viriliter et alias eorum negotia, prout temporum qualitas exegeri(n)t, promovere, tuque propter hoc retributionis eterne premium et laudis humane preconium consequaris, nosque celsitudinem regiam valeamus dignis in Domino laudibus com-

mendare. Dat. ut supra [Burdegalis, IIII kalendas augusti, pontificatus nostri] anno I.

4729. — 1 août 1306.

Frédéric le Vieux, comte de Leiningen, renonce, en faveur des Hospitaliers de Dorlisheim, à tous les droits qu'il prétendait avoir sur les fortifications et les fossés de Dorlisheim.

SOURCE : Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 1392, n° 3 (orig.). — ANALYSE : Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 2194, reg. des titres de Dorlisheim, p. 63 (copie, XVIIe s.).

Wir grabe Friderich von Lyningen der alte tůn kůnt an dysen brieve allen den, di^e yn ansehen lesen oder hôren lesen, daz umbe suliche ansprache, alse wir hatten an den orden des Spitals sancte Johannes von Jerusalem des hûses zu Torolsheim, in Strazpurger bysztûm, umbe den bûw, der da gesehehen ist, und umbe di^e graben, di^e da gemachet sin, des han wyr úns wale an reichte irvaren dar wir darane nycht rechtes yn han oder nye gewûnnen, unde han di^e brudere des selben huses nicht anders gebuwen, wen alse si^e billiche und zu rechte solden und mûgen, nôch follen bringen den selben bûw, der da irhaben ist, ob sie wollen und ir graben wllen fûren. Des fyrgehe wir offenliche em disen bry^efe, vor uns und vor al unser erben ewichyche, wir verzyhen och offenliche an disme selben bry^eve, vor ûns und vor al unser erben ewichyche, an dy^e selben ansprache, wende wyr nicht reichtes dar an yn hatten. Unde sit daz wir och lange lyebe unde vrûntschaft han gehabet zu deme selben ordene, se irlôbe wir och unde geben unseren gûnst und guten willen offenliche an dysme bry^eve den vorgenanten brudern zu Torolsheim, vor ûns und al unser erben ewiclyche, swaz sy der alemende mugen umbe sych gewynnen reichte und redeliche ûmme unsere edelen lûte unde bûrgere zu Torolsheim yre graben umbe sych zu wyternde, daz sy^e daz beytersit wole mugen tûn unde krapht unde maicht habe. Und daz dise vorgenante rędye und tayt war sy und stete blybe, so ham wir fir ingesiglet dysen selben bry^ef myt unserne ingesygele zu eyme reychten ûrchunde. Dyr bryef warth och gegeben, do man zulte von Gottes geburth druzehen hûndert jar, imme sesten jar dar nach, do de oweist ane ginc.

4730. — 28 août 1306, Villingen.

Egon VI, comte de Furstenberg, donne aux Hospitaliers de Villingen, qui avaient reçu son fils Egon dans leur ordre, avec l'assentiment de ses frères Conrad et Gebhard, une fondation religieuse (widemhof) à Grünningen avec droit de présentation, des biens à Ueberbeckerhof (U^eberbeckon), le droit de pêche dans la Brigache (Briginne) depuis Beckhofen (Beckoven) jusqu'à Aufen (Ufheim), et exempte ces biens de sa juridiction.

SOURCE : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade (orig. scellé). — ANALYSE : *Fürstenberg. Urkundenbuch*, II, 25 ; Riezler, *Gesch. von Donaueschingen*, dans *Schriften des hist. Vereins von Donaueschingen*, année 1872, 66, et *Villingen und die Grafen von Fürstenberg*, dans *Schriften...*, année 1880, 28. — TEXTE : Neugart-Mone, *Episcop. Constant.*, II, 568 ; *Zeitschrift für Gesch. des Oberrheins*, XI, 443.

Der wart und geschach öch dis ze Vilingen, do man zalte von Gottes geburte druzehen hundert jar, und in dem sehsten jare, an sant Augustinus tage.

4731. — 20 septembre 1306, Barcelone.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne au justicier d'Aragon et à Gilles de Jaca, grand-bailli d'Aragon, de terminer le procès pendant entre Pierre de Solers, châtelain d'Amposte, les Hospitaliers et les habitants de Caspe, d'une part, et Guillaume de Montcada (de Montecathano) et les habitants de Fraga, d'autre part, au sujet des limites de Caspe et de Fraga et d'une tour construite sur ce territoire.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 139, f. 36 (copie contemp.).

Datum Barchinone, XII kalendas octobris, anno predicto [MCCCVI].

4732. — 15 octobre 1306, Marseille.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, ordonne au viguier et au juge de Forcalquier de suspendre une enquête ouverte contre les officiers du grand-prieur de S. Gilles à l'occasion d'excès commis par eux au bourg de Manosque.

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 654 (copie notariée du 17 octobre 1306).

Karolus secundus, Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, vicario et judici Forchalcherii, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Venerabili et religioso viro fratre D[raconeto], priore Hospitalis S. Egidii, consiliario, familiari et fideli nostro, noviter referente, didicimus quod, occasione quorumdam excessuum, de mandato seu assensu officialium prioris predicti, ut asseritur, commissorum in burgo castri Manuasce, quod est Hospitalis ejusdem, intenditis inquirere contra homines dicti castri, contra conventiones inhitas inter nostram curiam et eosdem. Volentes igitur ex causa predicta ut a dicta inquisitione presencialiter desistatis, fidelitati vestre precipimus quatinus ab illa inquisitione usque ad nostrum mandatum aliud desistere studeatis. Datum Massilie, sub parvo sigillo nostro, die XV octobris, quinte indictionis.

4733. — 28 octobre 1306, Malchin.

Nicolas II, prince de Werle, donne aux Hospitaliers de Mirow douze manses à Roggentin, douze manses à Schwinz et dix manses à Schilderstorf, qui avaient autrefois appartenu à Gérard et à Nicolas de Roggentin.

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig.).

In nomine Domini, amen. Nycholaus, Dei gracia dominus de Werle, omnibus Christi fidelibus, presentia visuris vel audituris, salutem in Domino sempiternam. Quoniam labilis est memoria hominum et labitur simul cum tempore labente, necesse est ut scripture testimonio commendetur quod perpetuis temporibus conservari debet inviolatum. Noverit igitur presens etas fidelium et discat felix successio futurorum quod nos, de voluntate nostra bona, consensu nostrorum fratrum

et heredum, consilio nostrorum fidelium vasallorum superhabito, in laudem omnipotentis Dei et gloriose matris ejus, et in honorem sancti Johannis Baptiste, ordini sacre domus Hospitalis sancti Johannis Jerusalemitani et fratribus in Myrowe damus et conferimus proprietatem et libertatem duodecim mansorum in villa Rogenthin, duodecim mansorum in Zvensche et decem mansorum in villa Schilderstorp, qui nuper fratribus Gherardo et Nicolao de Rogenthin appertinebant; quos vero ad manus predictorum fratrum de Myrowe coram nobis publice jamdicti fratres et nostris vasallis resignarunt, cum eosdem jamdicti fratres de Myrowe justo empcionis titulo seu restauro operabant; dantes nichilominus predictis fratribus in Myrowe suo modo participacionem in suis terris, sicut jacent in lignis, silvis, rubetis, nemoribus, pratis, pascuis, paludibus, aquis et aquarum decursibus, agris excultis et incultis, in omni utilitate, libertate et proventu, absque aliquo servitio, libere perpetuo tempore duraturam. Et ut nostra vota humilia et memoria nostrorum progenitorum precibus et beneficiis variis, que per predictos fratres Dominus dederit fieri, sedulo Deo eo supplicius commendentur, concedimus et admittimus ut quicquid jam dicti fratres in Mirowe cum eisdem mansis fecerint et ordinaverint, gratum tenebimus atque ratum. Ne autem hoc factum pium et racionabile apud aliquem nostrorum posterorum, velud aliena rapere volentem, nota dubietatis possit infringi, nostrum sigillum, ut cernitur, presentibus duximus apponendum. Testes, qui aderant, sunt hii: Conradus Brůno, Ber. de Bellin, Lud. de Oldenborgh, Deveko Cropelin, Johannes Cabolt, Nortmannus, Hinricus Grubo, Vicko et Conradus Vos, Conradus de Lanckowe, nostri milites, et viri plurimi fide digni. Datum Malchyn, anno Domini MCCCVI, ipso die Symonis et Jude, sanctorum apostolorum.

4734. — 23 novembre 1306, Limisso[1].

Statuts promulgués par le chapitre général de l'ordre sous le magistère de Foulques de Villaret[2].

Sources : *Texte français*: Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, H. n° 111, f. 53 (xv° s., à la date du 23 décembre 1307); Montpellier, Bibl. de la Fac. de Méd., ms. 372, f. 33 (xiv° s., à la date du 28 octobre 1306); Paris, Bibl. nat., fonds français 1978, f. 111 *b* (xiv° s., à la date du 3 novembre 1306); 13531, f. 35 *b* (xiv° s.); Rome, Arch. du Vatican, lat. 3136, f. 64 (xiv° s., à la date du 28 novembre 1306); Turin, Bibl. nat., LV. 45, f. 102 (xiv° s., à la date du 28 octobre 1306). — *Texte catalan*: Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, cartul. n° 1, f. 51 (xiv° s.).

Ces[3] *sunt les establimens que nous frere Foulque de Villaret, par la grace de Dieu de la sainte maison del Hospital de saint Jehan de Jerusalem humble maistre et garde des poures de Crist, avons fait et ordenné en nostre general chapitre à Limesson el reaume de Chipre, en l'an de Nostre Seignor MCCC et VI, c'est assavoir à III nons de novembre, selebré si com est acostumé* :

1. Premierement nos ordenons que, quant il avient que aucune baillie est donné à aucun frere es priourés de sa mer, en vie ou à tens, par chapitre ge-

1. Quoique plusieurs manuscrits portent des dates différentes, il faut adopter celle du 3 novembre, parce qu'elle figure incidemment, comme date du chapitre général de 1306, dans un acte du 22 octobre 1307 (V. plus bas, n° 4756) relatif à un échange entre Charles II d'Anjou, roi de Naples, et le grand-maître Foulques de Villaret.

2. V. plus haut, n° 4703, note 1.

3. Nous publions ce texte d'après le ms. français 1978 de la Bibliothèque nationale de Paris.

neral, soit regardé ententivement à cui la devandite donation soit faite. Et puis li soit tenu sans coruption en tel mainere que, se n'est par la boule dou couvent et par l'ordenement dou chapitre general, ne peusse estre revoqué. Et s'il avenist celui frere estre acusé d'aucun cas par lequel il deust perdre sa baillie, soit applé de sa mer par chapitre general, ou li laist mander s'escusacion de sa mer par propre message. Laquele excusation oie et entendue, nos et nostre convent ferons et ordenerons ce que il sera convenable.

2. Item nos ordenons que, se aucune injure ou grevance soit faite à aucun frere en les prioures d'otre mer par leur coumandour ou leur bailli, dou quel obedience il sunt sougés, sur la quel injure ou grevance ledit frere demande que il li soit fait ou tenu esgart de freres, et son bailli ou son coumandour li refuse à tenir ledit esgart, puisse le dit frere ensi grevé aler à son priour, en quelque leu que il soit, à monstrer sa raison et sa conplainte. Et se le priour li refuse rendre et faire raison et justise ou esgart de freres tenir, que il laist audit frere de sauctorité venir de sa mer à nous maiestre sa raison demonstrer.

3. Item se aucuns coumandour ou bailli soit agrevé ou molesté de(s) son priour, et de ce le dit bailli ou coumandour ensi grevé demande que esgart de frere là soit tenu par son priour, se le priour le refuse audit coumandour ou bailli tenir ledit esgart, lec (*sic*) dit coumandour ou bailli à nos maistre puisse venir à monstrer sa raison, sans congé que il ait.

4735. — 3 novembre 1306, Limisso.

Le chapitre général de l'Hôpital donne à Foulques de Villaret, grand-maître de l'ordre, pendant qu'il séjournera à la cour pontificale, une procuration générale pour administrer les affaires de l'ordre.

Sources : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., reg. B. 2, f. 109 *b* (copie du milieu du xive s., pièce vidimée dans un acte du 22 octobre 1307); H. 175 (orig. du même vidimus); H. 249 (2 copies, xvie s., du même vidimus); Paris, Bibl. nat., coll. Dupuy, vol. 644, f. 82 (copie, xviie s., du même vidimus).

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod nos frater Gantelmus de Turnello, sancte domus Hospitalis sancti Johanis Jherosolimitani humilis magnus preceptor Nimocii, frater Symon Rapti, marescallus, frater Velascus Martini, hospitalarius, frater Riccardus de Panelli, drapperius, frater Durandus de Prepositura, thesaurarius, ceteri omnes et singuli fratres et conventus domus ejusdem, congregati in nostro generali capitulo Nimocii in regno Cipri, anno Domini MCCCVI, videlicet tertio nonas novembris celebrato, attendentes reverendum patrem in Christo dominum fratrem Fulconem de Villareto, Dei gratia magistrum nostrum, vocatum fore per summum pontificem ad Romanam curiam, ubi ceterisque transmarinis partibus multa habebit agere que, favente Domino, laudem Dei recipient honoremque et exaltacionem et comodum religionis nostre. Volentesque quod ea, que ipse faciet, firmitatis robur obtineant, et illesa ac rata maneant, potestatem plenariam in omnibus et singulis articulis infrascriptis eidem domino magistro, ex auctoritate et decreto predicti nostri generalis capituli, tenore presentium prestamus et concedimus, uberem in Domino tenentes fiduciam de perspicaci circumspectione sua quod in agendis domus utilitatem actendet et

respiciet pro viribus et augmentum, volumus igitur, assentimus et concedimus quod, quamdiu ultra mare erit, conferendi fratribus bajulias et domos ad vitam et ad tempus, ut expedire viderit, procerum sibi assistencium comunicato consilio, plenam et liberam habeat facultatem; preterea possit ordinare et facere de fratribus nostris baylivis et aliis, cujusvis conditionis sint, et de bonis et rebus domus, quecumque sint et quocumque censeantur nomine, et in quibuscumque et ubicumque consistant, que discretio sua agendum viderit de consilio procerum sibi astantium, sicut ipse nobiscum et nos secum possemus et deberemus citra mare sine generali capitulo, juxta bonos usus et laudabiles domus nostre, consequenter valeat dare, concedere in emphiteosim, censum, locationem seu conditionem gentibus secularibus, cujuscumque gradus existant, ad vitam et perpetuo domos, terras, vineas, nemora, prata, pascua, aquas, piscarias, molendina, furnos et res alias, et possessiones ad nos et domum ratione qualibet spectantes et pertinentes, quecumque sint et in quibuscumque et ubicumque consistant et quocumque censeantur nomine, ac ipsa permutare cum personis ecclesiasticis secularibusve, cujuscumque gradus, conditionis, status aut dignitatis existant, prioris et procerum sibi assistentium, in quorum idem dominus magister erit provincia, consilio mediante. Ceterum volumus et concedimus quod ipse dominus magister potestatem habeat plenariam contrahendi mutua ab illis gentibus, a quibus voluerit, quociens sibi placuerit, et quantitates quas voluerit, de procerum ei assistentium consilio et assensu; pro quibus mutuis contrahendis valeat obligare res et bona domus nostre predicte mobilia et stabilia ubicumque. Que obligationes illum valorem et rigorem obtineant quem, si per ipsum et nos conventum fierent, obtinerent. Subsequenter volumus et concedimus quod, quandiu trans mare morabitur, bona priorum, preceptorum aliorumque fratrum decedentium, qui bajulias habent vel habuerunt ex auctoritate et ordinatione generalis capituli, vel habebunt per ipsum dominum magistrum ipso ultra mare existente, ex potestate sibi per nos tradita, sint denarii, jocalia aut alia, quecumque sint et quocumque dicantur nomine, veniant integre ad manus prefati domini magistri in sui passagii subsidium et succursum. Rursum volumus et concedimus quod omnes et singule littere, bullande bulla dicti domini magistri, ipso trans mare degente, videlicet ille littere, que fient, dabuntur et concedentur auctoritate et virtute presentis potestatis, sibi concesse in omnibus et per omnia, illum valorem, illum rigorem, illam firmitatem et illam stabilitatem habeant et obtineant, quos et quas haberent et obtinerent si bullarentur bulla communi ipsius domini magistri et nostra, eodem domino magistro et nobis ex auctoritate nostri generalis capituli mandantibus litteras hujusmodi fieri et conscribi; cupientes itaque quod universa et singula predicta integra et stabilia maneant et inviolabili firmitate gaudeant, auctoritate nostra et nostri generalis capituli predicti revocamus, cassamus, anullamus, irritamus, omnibus viribus evacuamus omnia et singula statuta hactenus edita quandocumque, per que predicta vel aliquid predictorum in toto vel in parte cassari possent in aliquo vel infringi, et ipsa cassa nulla, irrita, inania, nullius firmitatis, valoris et momenti nunciamus, ea ex nunc carere decernimus omni rigore ac si numquam edita essent aut ordinata, cujuscumque tenoris aut forme sint, durante termino quo idem dominus magister moram traxerit ultra mare, imo omnia et singula, que per ipsum dominum magistrum fient, concedentur, tractabuntur et ordinabuntur, modo, forma et conditione prescriptis observatis, in omnibus valorem, vigorem, robur et firmitatem obtineant illam quam facerent si fierent, tractarentur et ordinarentur per ipsum et per nos in nostro capitulo generali. Ipso autem regresso citra mare, volente Domino, statuta hujusmodi in sui firmitatem reddeant et valorem. In quorum omnium testimonium et certitudinem, bulla comuni plumbea presentes litteras jussimus roborari. Datum die, loco, mense et anno prescriptis.

4736. — 3 novembre 1306, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, sur la plainte du vice-prieur et des Hospitaliers de Capoue, ordonne à son justicier dans le Principat de faire cesser les attaques dirigées contre les vassaux de ceux-ci au casal Crapara, près de Bénévent.

SOURCE : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 165, f. 81 (copie contemp.).

Datum Neapoli, per Nicolaum Fricziam de Ravello, etc., locumtenentem prothonotarii regni Sicilie, anno Domini MCCCVI, die III novembris, V indictionis.

4737. — 26 novembre 1306, Valence.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne à ses officiers, à la requête de la prieure de Sigena, de protéger et de faire respecter Guillaume A[rnald]i d'Aladux, procureur du monastère, contre quiconque voudra le molester.

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 139, f. 94 (copie contemp.).

Datum Valencie, VI kalendas decembris, anno predicto [MCCC sexto].

4738. — 8 février 1307, Lanercost.

Edouard I, roi d'Angleterre, écrit à Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, pour le prier de retenir le moins longtemps possible auprès de lui Guillaume de Tothale[1]*, grand-prieur d'Angleterre, qu'il a mandé à Rome.*

SOURCE : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 35 Ed. I, memb. 13 dorso (cop. contemp.).

Rex venerande religionis et discrecionis viro et amico suo in Christo predilecto fratri Fulconi de Villareto, magistro Hospitalis sancti Johannis Jerusalem, salutem et sincere dileccionis affectum. Cum carus nobis in Christo vir providus et discretus frater Guillelmus, prior Hospitalis predicti in Anglia, quem propter ipsius probitatis et industrie aliarumque virtutum merita, quibus dinoscitur insigniri, favore prosequi cupimus gratioso, ad vestram presenciam in curia Romana ad mandatum vestrum de nostra licencia personaliter se divertat, devocionem vestram affectuosis precibus .. requirimus et rogamus quatinus eundem fratrem Guillelmum, hunc nostrum rogatum procul dubio penitus ignorantem, habentes nostri intuitu specialiter recommendatum, ipsum .. curialiter et benivole pertractare et ad regimen possessionum Hospitalis predicti sub dominio nostro existencium, cum celeritate qua fieri poterit, ad honorem suum, quem non inmerito augere corditer affectamus, remittere velitis feliciter expeditum. Novimus autem

1. Il n'est pas douteux qu'il soit ici question de Guillaume de Tothale, puisque ce personnage figure encore en qualité de grand-prieur d'Angleterre dans un certain nombre d'actes postérieurs.

et vobis innotescimus pro constanti quod negocia dicti Hospitalis, regimini ipsius fratris Guillelmi commissa, intuitu persone ejusdem, tum ob ipsius grata et laudabilia obsequia, que nobis et regno nostro multipliciter impendebat, tum ob grandem affeccionem, quam confratres suos, sub ipso constitutos, erga eundem fratrem Guillelmum, ipsius gestu amicabili et honesta conversacione exigentibus, gerere dinoscitur et habere, consulcius ad utilitatem et honorem vestri et dicti Hospitalis deducuntur et pertractantur. Et si quid penes nos volueritis, id nobis per predictum fratrem Guillelmum cum fiducia rescribatis. Datum apud Lanrecoste, VIII die febroarii.

4739. — 10 février 1307, Lanercost.

Le même autorise Guillaume de Tothale, grand-prieur d'Angleterre, chargé également de l'administration des établissements de l'ordre en Ecosse et au pays de Galles, de se faire suppléer, pendant un an, par frère Richard de Leicester (Leycestre) et par frère Matthieu de S. Leonard's. (*V. plus haut, n°* 4560.)

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 35 Ed. I, membr. 12 (copie contemp.). — Analyse : *Cal. of the patent rolls, Edward I* (1301-1307), 524.

4740. — 23 février 1307, Villingen.

Egon VI, comte de Furstenberg et landgrave de Baar, certifie la vente, faite par Henri et Burchard de Körnegge, ses vassaux, aux Hospitaliers de Villingen, de divers serfs à Schwenningen (Swenningen), moyennant cinq livres de pfennigs de Brisgau.

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade (orig. scellé). — Texte : *Fürstenberg. Urkundenbuch,* II, 26 ; Neugart-Mone, *Episcop. Constantiensis,* II, 570.

Der wart geben ze Vilingen, an sant Mathyas abende, in dem jare do man zalte von Gottes gebúrte druzehenhundert und siben jare.

4741. — 1 mars 1307, Foggia.

Robert d'Anjou, duc de Calabre, fils et vicaire général de Charles II, roi de Naples, ordonne au justicier de Basilicate, sur la demande d'Hugues de Rocca Acuta, commandeur de Castelluccio et lieutenant du grand-maître à Venosa, d'assurer aux Hospitaliers la possession d'un bois, sis dans les dépendances du château de Barracio (Baracium), que certains habitants de Venosa leur contestaient.

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 165, f. 179 *b* (copie contemp.).

Datum Fogie, per Nic[olaum] Frecziam de Ravello, etc., anno Domini MCCCVII, die primo marcii, V indictionis.

4742. — 10 mars 1307, Bordeaux.

Le pape Clément V attribue aux archevêques de Bordeaux la possession et la justice de la châtellenie de Montravel en Périgord, et déboute les Hospitaliers de Fumadières de leurs prétentions sur la justice de S. Avit de Fumadières et de S. Jean de Bonneville.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviii[e] s.) ; Rome, Arch. du Vatican, reg. 54, f. 140 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 319 (copie de Smitmer, xviii[e] s.). — Analyse : *Reg. Clementis pp. V*, II (Rome, 1885), 151, n° 2235.

[Clemens, etc.], venerabili fratri .. episcopo Bajonensi, et dilectis filiis .. Adurensis et Vasatensis ecclesiarum archidiaconis, [salutem, etc.]. Officii nostri debitum instanter exposcit ut, ad manutenendum, conservandum et recuperandum etiam jura ecclesiarum omnium, quarum cura nobis imminet generalis, sollicitis studiis intendamus, et ad id impendamus opem et operam, quantum nobis ex alto permittitur, efficacem. Set ut jura Burdegalensis ecclesie, cujus dudum regimini preeramus quando jugum subivimus apostolice servitutis, quamque conscriptam gerimus in tabulis cordis nostri, illibata serventur, tanto solicitudinem diligentiorem apponimus, quanto specialis dilectionis affectus, quem non immerito gerimus ad eandem, ad id propensius nos inducit, ac de hujusmodi suis juribus pleniorem notitiam obtinemus. Ab olim siquidem novimus quod archiepiscopus Burdegalensis, qui est pro tempore, in castro Montis Revelli, Petragoricensis diocesis, suisque territorio et districtu et castellania, habet et habere debet, ac habuerant archiepiscopi Burdegalenses, qui fuerunt hactenus, merum et mistum imperium, et jurisdictionem omnimodam, de cujus castri et castellanie territorio et districtu locus S. Aviti de Fumaderiis, que alias dicitur Salvitas S. Aviti, et parrochia dicti loci et S. Johannis de Bonavilla inter cetera esse noscuntur, fueruntque ab olim predecessores dicti archiepiscopi Burdegalensis, qui fuerunt pro tempore, in possessione vel quasi hujusmodi merum et mixtum imperium, et jurisdictionem omnimodam inibi exercendi, quamvis .. preceptor et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani de Fumaderiis, dicte diocesis, in dicto loco S. Aviti de Fumaderiis et parrochia dicti loci et S. Johannis de Bonavilla jurisdictionem aliquando injuste conati fuerint, sicut adhuc conantur, ut audivimus, vendicare. Cum itaque de jure, quod predictus archiepiscopus et dicta Burdegalensis ecclesia super premissis habent, plenarie nobis constet, et constiterit hactenus dum, ante suscepti a nobis apostolatus officium, regimini dicte Burdegalensis ecclesie preramus, nos, qui dicte ecclesie statum non minui sed augeri paternis desideriis affectamus, nolentes quod jus ipsum predictis archiepiscopo et ecclesie quomodolibet subtrahatur, vel de ipso futuris temporibus possit in dubium revocari, auctoritate apostolica declaravimus imperium et jurisdictionem hujusmodi in castro, territorio, districtu et castellania predictis ad eundem archiepiscopum suosque successores archiepiscopos Burdegalenses, qui pro tempore fuerint, dictamque Burdegalensem ecclesiam pertinere, et ea omnia sibi et successoribus ipsis, et per eos eidem ecclesie, auctoritate predicta duximus ex certa scientia confirmanda, imponentes tam preceptori et fratribus antedictis quam omnibus aliis perpetuum silentium super eis. Quocirca discretioni vestre mandamus quatenus vos, vel duo aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios, archiepiscopo et ecclesie predictis in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis dictum archiepiscopum ejusque successores archiepiscopos Burdegalenses, qui pro tempore fuerint, super imperio et jurisdictione hujusmodi in castro, territorio, districtu et

castellania predictis a prefatis preceptore et fratribus, vel ab aliis quibuscumque, cujuscumque fuerint ordinis, conditionis, preminentie, status vel religionis, contra hujusmodi declarationis et confirmationis nostre tenorem indebite molestari, molestatores et contradictores quoslibet, si qui fuerint, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Non obstante si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras sedis ejusdem non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Dat. Burdegal[is], VI idus martii, [pontificatus nostri] anno II.

4743. — 1 mai 1307, Poitiers.

Le même informe les prélats, les Cisterciens, les moines de Cluny, les Prémontrés, les Bénédictins, les Augustins, les grands-maîtres et commandeurs du Temple, de l'Hôpital, etc., qu'il a confié l'administration spirituelle de la marche d'Ancône à Guillaume de Rivoforcato, chanoine de Tolède, et à Vital Brost, clerc du diocèse de Bordeaux. — « *Dum imbecillitatis humane* ».

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 54, f. 23 *b* (copie contemp.). — TEXTE : *Reg. Clementis pp. V*, II, 29, n° 1653.

Dat. Picatwis, kalendis maii, [pontificatus nostri] anno II.

4744. — 28 juin 1307, Caldcoats.

Edouard I, roi d'Angleterre, après arrangement pécuniaire intervenu devant l'Echiquier, amortit, en faveur du grand-prieur et des Hospitaliers d'Angleterre, trois sous de rente à Scarborough (Skardeburgh), qu'ils tenaient de maître Adam de Roston.

SOURCE : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 35 Ed. I, membr. 4 (copie contemp.). — ANALYSE : *Cal. of the patent rolls, Edward I* (1301-1307), 535.

Teste rege apud Caldecotes, XXVIII die junii.

4745. — 29 juillet 1307, Le Puy.

Sentence arbitrale entre Jean de Comines, évêque du Puy, et Pons de Fay, grand-prieur d'Auvergne, sur la délimitation des pacages du mandement de Beaujeu, où les hommes de Devesset et des villages voisins (Villeneuve, Bertoux, Mays, Freschas, Laulangnier, la Coste) devaient exercer leurs droits d'usage et de parcours.

SOURCE : Lyon, Arch. du Rhône, H. langue d'Auvergne, command. de Devesset, chap. 1, n° 3 (orig.). — TEXTE : Chassaing, *Cartul. des Hosp. du Velay*, 110.

Actum apud Fratres Predicatores Anicii, in aula domus quam ibi fecit edificari dominus Jordanus de Sayssac, abbas S. Petri de Turre Aniciensis quondam, anno, die et kalendis predictis [MCCC septimo, die sabbati post festum beati Jacobi apostoli, que fuit IIII kalendas augusti].....

4746. — 31 juillet 1307, Monte Vergine.

Robert d'Anjou, duc de Calabre, fils et vicaire général de Charles II, roi de Naples, ordonne au justicier de la Capitanate de faire une enquête, au sujet d'un incendie qui avait éclaté, pendant le présent mois de juillet, dans une ferme (massaria) des Hospitaliers du grand-prieuré de Barletta, le feu ayant été mis par un laboureur ou un frère de cette maison, et de lui transmettre le résultat de l'enquête sous pli scellé.

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 165, f. 147 (copie contemp., mauv. état).

Datum in hospitali Montis Virginis, per Nicolaum Fricziam de Ravello, etc., anno Domini millesimo CCCVII, die ultimo julii, quinte indictionis.

4747. — 1 août 1307, Huesca.

Blanche, reine d'Aragon, à la requête de Thérèse Ximenès d'Urrea, prieure de Sigena, défend à l'abbesse de S. Pierre des Pucelles, de Barcelone, de donner l'habit à Géralde de Cervellon (de Cervilione), religieuse de Sigena, qui, autorisée à ramener de Barcelone à Sigena les restes de doña Constance de Cervellon, manifestait l'intention de prendre l'habit à Barcelone sans retourner à Sigena.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 289, f. 18 *b* (copie contemp.).

Datum Osce, kalendis augusti, anno predicto [MCCC septimo].

4748. — 8 août 1307, Poitiers.

Le pape Clément V informe les prélats, le grand-maître et les commandeurs de l'Hôpital qu'il a nommé Gentile de Montefiore, cardinal de S. Martin in Montibus, légat du S. Siège en Pologne, Dalmatie, Croatie, Rama, Serbie, Lodomérie, Galicie et Cumanie. — « Rex excelsus filius[1] ».

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 54, f. 151 *b* (copie contemp.). — Texte : *Reg. Clementis pp. V*, II, 174, n° 2274.

Dat. Pictavis, VI idus augusti, [pontificatus nostri] anno II.

4749. — 31 août 1307, Poitiers.

Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, concède à vie à Raymond Bernard de Fumel la baillie de S. Naixans.

Sources : Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 199 (dans une confirm. de Clément V, du

1. Le même jour, par la bulle « Cum dilectum filium », Clément V recommande aux mêmes de faire bon accueil au légat. (Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127, (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 54, f. 152 *b* (copie contemp.). — Analyse : *Reg. Clementis pp. V*, II, 176, n° 2278).

5 novembre 1308, copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 317 (copie de Smitmer, XVIIIe s.). — TEXTE : *Reg. Clementis pp. V*, III, 275, n° 3389.

Noverint universi, presentes litteras inspecturi, quod nos frater Fulco de Villareto, Dei gratia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, de administratione provida et circumspecta providentia in Christo nobis dilecti fratris Raymundi Bernardi de Fumello, domini nostri pape cubicularii, dignam in Domino gerentes fiduciam, eidem fratri Raymundo Bernardi tanquam benemerito, de fratrum nobis assistentium voluntate, consilio et expresso consensu, et auctoritate etiam et potestate nobis per conventum nostrum transmarinum attributis, estantibus inde patentibus litteris, nostra et ipsius conventus bulla plumbea signatis, bajuliam nostram S. Maxentii, cum omnibus membris, grangiis, juribus et pertinentiis et appenditiis ad eam quoquomodo spectantibus, habendam, tenendam, regendam et pacifice possidendam commisimus et tradidimus quamdiu vixerit et bene fecerit in eadem, ita tamen quod idem frater Raymundus Bernardi .. priorem nostrum S. Egidii locumque suum tenentem, cum per bajuliam ipsam transierint, honorifice recipere, honeste tractare, ei et familie sue cum equitaturis suis in necessariis decenter providere, responsionem solitam, tallias et alia consueta annis singulis integre absque diminutione solvere et reddere, ad capitula prioratus S. Egidii venire, bajuliam predictam reficere, reparare, emendare, meliorare et augmentare pro viribus, sequi cursum domorum aliarum consuetum, in omnibus dicto priori et ejus locum tenenti subesse in justiciis ceterisque domus nostre usibus et consuetudinibus, ac eis parere in cunctis honestis et licitis teneatur, hoc tamen excepto quod eidem priori aut locum suum tenenti non liceat per justitiam septene quadragene, vel dicto fratri Raymundo Bernardi bajuliam ipsam subtrahere sive auferre, seu in eadem fratres, sorores, donatos vel aliam familiam superponere, aut inde extrahere ultra consuetum numerum preter ipsius fratris Raymundi voluntatem gratuitam absque mandato nostro et speciali licentia, sive eum in ipsa bajulia impedire, turbare, inquietare vel aliter molestare. In cujus rei testimonium, bulla nostra plumbea presentibus est appensa. Datum Pictavis, die ultima augusti, anno Domini millesimo trecentesimo septimo.

4750. — 1 septembre 1307, Saragosse.

Jacques II, roi d'Aragon, mande à l'évêque et au viguier de Lérida, au viguier et à la cour de Pallars de terminer un différend, survenu entre le Temple et l'Hôpital, au sujet de torts faits par les Templiers aux Hospitalières d'Alguayre.

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 141, f. 7 et 9 *b* (copies contemp., mauv. état).

Datum Cesarauguste, kalendis septembris, anno Domini MCCCVII.

4751. — 5 septembre 1307, Poitiers.

Le pape Clément V confirme au grand-maître Foulques de Villaret et aux frères de l'Hôpital la possession de l'île de Rhodes.

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 54, f. 127 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 314 (copie

de Smitmer, XVIIIe s.); Vienne, Arch. imp. et roy., ms. 100, vol. 2, f. 74 (copie de Smitmer, XVIIIe s.). — Texte : *Reg. Clementis pp. V*, II, 134, n° 2148.

[Clemens, etc.], dilectis filiis Fulconi, magistro, et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, [salutem, etc.]. Dum sedes apostolica, que in suis actibus regulam continet equitatis, vos milites Christi, qui, abnegantes secularia desideria et propria relinquentes, crucem tollentes ipsius, eum sequimini toto corde, per quos Deus omnipotens orientalem ecclesiam a paganorum spurcitia liberat, christianique nominis inimicos expugnat, diligenter advertit, digne movetur vestra et Hospitalis vestri sancti Johannis Jerosolimitani promovere negotia, comoda efferre favoribus, ac vos et ipsum amplis gratiarum concessionibus magnisque privilegiorum libertatibus communire. Sane, dilecti in Domino filii, exhibita nobis nuper vestra petitio continebat quod, dextera Domini vobiscum faciente virtutem, insulam Rodi, quam scismaticorum Grecorum infidelitas detinebat, non sine magnis laboribus, sumptibus et expensis, in potenti brachio accepistis, quam etiam hodie per Dei gratiam retinetis, evulsis prorsus inde scismaticis et infidelibus omnino dejectis. Nos igitur, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, predictam insulam, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, vobis, et per vos Hospitali predicto, in perpetuum apostolica auctoritate concedimus et confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Vobis insuper ne de hiis, que ibi propriis manibus vel sumptibus excolitis, nullo unquam tempore alicui decimam solvere teneamini, quodque bona, que ab inimicis christiani nominis acquisiveritis infra terminos et confinia insule memorate, in usum et comodum Hospitalis predicti, predecessorum nostrorum Romanorum pontificum et quibuscunque aliis contrariis constitutionibus nequaquam obstantibus, convertere licite valeatis, auctoritate presentium indulgemus, quibuslibet juribus tam diocesanorum antistitum catholicorum, gratiam et communionem dicte sedis habentium, quam aliorum quorumcunque fidelium, si qua forsan eis vel eorum alicui in premissis vel aliquo premissorum competerent, in omnibus et per omnia semper salvis. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Pictavis, nonis septembris, [pontificatus nostri] anno II.

4752. — 13 septembre 1307.

Elisabeth de Wertheim, veuve de Godefroy, seigneur de Hohenlohe (Hoenloch), donne aux Hospitaliers de Wurtzbourg ses biens à Obernvolca (in superiori Volkach) et à Hofstetten (Hofstetein), que possédaient autrefois Guda, dame d'Eberstein (Ebberstein), et avant elle Henri, comte de Castell[1].

SOURCE : Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean, command. de Wurtzbourg, liasse 14 (orig. scellé).

Datum anno Domini millesimo tricentesimo septimo, ydus septembris.

4753. — 13 septembre 1307.

Frère Jean Bonet, trésorier de l'Hôpital de Paris, vend, moyennant mille cin-

1. Le lendemain (14 septembre 1307) l'official de Wurtzbourg certifia cet acte. Parmi les témoins appartenant à l'ordre de l'Hôpital figurent : Helfrich de Rudigheim (Rudenkeym), grand-commandeur d'Allemagne, Helwich de Randesacker, C. Screnke, prieur, Eccard, Schwiker de Lare, Louis, Pierre, etc. (Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean, command. de Wurtzbourg, liasse 14, orig.).

quante livres Parisis, à Jean de Hernes, écuyer, et à Marie de S. Aubin (près de Châteaufort), sa femme, la maison de Vausalmon (Vausalemon) avec les terres qui en dépendent.

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5263, n° 3 (orig.).

Donées l'an de grace mil trois cenz et sept, le mercredi anpres la feste de Nostre Dame en septambre.

4754. — 22 septembre 1307, Sotillo.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne à Guillaume de Moncada (de Montecathano), son sénéchal en Catalogne, de transiger dans le procès que la couronne et les habitants de Fraga soutenaient contre la prieure de Sigena et les hommes de Candasnos (Campus Asinorum)[1].

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 141, f. 42 (copie contemp.).

Datum en Sotiello, x kalendas octobris, anno Domini MCCC septimo.

4755. — 21 octobre 1307, Poitiers.

Le pape Clément V renouvelle, en faveur des Hospitaliers d'Allemagne, en l'adressant au prévôt de Brandebourg, la bulle d'Alexandre IV, du 21 *janvier* 1259 : « *Dilectorum filiorum* ». (*V. plus haut,* II, *n°* 2913.)

SOURCE : Paris, Bibl. nat., lat. 9000, n° 57 (orig. bullé).

Dat. Pictavis, XII kalendas novembris, pontificatus nostri anno II.

4756. — 22 octobre 1307, Marseille.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, etc., échange à Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, la moitié de la ville d'Orange, que l'ordre lui cède, contre les châteaux d'Orgon, de S. Andiol, de S. Julien le Montagnier, de Gréoux, de Rousset et de Volxs, qu'il cède aux Hospitaliers.

SOURCES : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., reg. B. 2, f. 109 *b* (copie, XIVe s.), H. 175 (orig.), et 249 (2 copies, XVIe s.); Paris, Bibl. nat., coll. Dupuy, vol. 644, f. 82 (copie, XVIIe s.).

In[2] nomine Domini, amen. Anno ab incarnatione ejusdem millesimo trecentesimo septimo, die vicesima secunda octobris, sexte indictionis, noverint universi,

1. Même mandement à Thérèse Ximenès d'Urrea, prieure de Sigena, et à Garcias de Casetas (de Casinis), jurisconsulte de Saragosse, pour leur prescrire de faciliter l'exécution de cette transaction.

2. La copie du registre B. 2 porte le titre suivant : « Instrumentum unum, continens permutationem factam de medietate Aurayce cum Hospitalariis per dominum regem Carolum. »

presentes pariter et futuri, quod, cum tractatus diucius habitus fuerit de permutacione et excambio faciendis inter inclitum principem dominum Karolum secundum, Dei gratia Jherusalem et Sicilie regem illustrem, ac comitem Provincie et Forcalquerii et Pedemontis, pro se et suis heredibus et successoribus, ex una parte, et venerabilem et religiosum virum dominum fratrem Fulconem de Villareto, sancte domus Hospitalis sancti Johanis Jherosolimitani magistrum, nomine suo et Hospitalis predicti, ex altera, videlicet pro medietate pro indiviso civitatis Aurayce, cum ejus territorio et tenemento et hospicio vulgariter appellato de Arcu, et horto ibidem contiguo, et curte vocata Porcaria, excepto brevi quod vulgariter Principis appellatur, et exceptis et detractis de tractatu et permutatione predictis, que nullatenus in permutationem venire intelligantur, videlicet ecclesia B. Johannis et hospicio et orto ibidem contiguis, et omnibus possessionibus, serviciis bladi et pecunie, furno, domibus et ceteris possessionibus, trecenis et laudimiis, que dictum Hospitale habet in dicta civitate et ejus territorio, tractatum dicte permutationis et excambii extendendo ad omne id quod dictum Hospitale habet in dicta civitate et ejus territorio et districtu, et etiam ad omne jus, si quod habet in dicto brevi, in quibuscumque consistant, sive in mero, mixto imperio, jurisdictione et cohercione quacumque alta et bassa, pedagiis terre et aque, lesdis, cociis, trecenis et serviciis, ad communem curiam Hospitalis et principis pertinentibus, et de sexaginta saumatis terre, quas Hospitale predictum habet in territorio de Junqueriis, Auraycensis dyocesis, cum castris infrascriptis et territoriis, tenimentis et pertinenciis eorumdem, videlicet castro Urgonis, S. Andioli, Avinionensis dyocesis, S. Juliani Lomontener et Admirati, Aquensis diocesis, de Gredolis et de Rosseto, Regencis diocesis, et de Vols, Sistaricensis diocesis, cum omnibus juribus et pertinenciis castrorum predictorum et territoriorum et tenementorum eorumdem, in quibuscumque consistant, sive mero et mixto imperio, et omni jurisdictione alta et bassa, et cohercione, serviciis, furnis, molendinis, pedagiis, cociis, navigiis et portenagiis, cavalcatis, focagiis, et generaliter de omni eo quod idem dominus rex habet, tenet et possidet seu quasi in predictis castris et eorum territoriis et quolibet predictorum, in quibuscumque consistant, — idem, inquam, dominus magister, habito consilio quamplurium procerum sue religionis, nomine suo et Hospitalis predicti, tam ex vigore sue dignitatis quam etiam ex potestate sibi a capitulo ultramarino concessa, prout de potestate ipsa constat, quodam publico instrumento tenoris predicti, ut ecce : « In nomine Domini, amen, hoc est translatum cujusdam littere « cujus tenor talis est, ut ecce : Noverint universi, etc. (V. plus haut, nº 4735, le « texte de cet acte) ». Predictam siquidem litteram bona fide transcripti autenticavi, et in hanc publicam formam redegi ego Jacobus Traverii, Massiliensis notarius, nichil in ea addito vel diminuto quod substanciam rei mutet, nisi forsam puncto vel littera protracta abreviando et abreviata protrahendo quod idem prestat, mandato discreti et sapientis viri domini Andree de Cassino, judicis curie Massilie, ad requisitionem et instantiam religiosi fratris Hugonis Eustache, dicentis et asserentis coram dicto domino judice se presens transcriptum littere supradicte in longinquis partibus mittere velle, et etiam misisset dictum originale nisi quia timet de maris tempestate et piratarum incursu atque viarum discriminibus et de ipsius amisione propter predicta; quod mandatum michi dicto notario fecit dictus dominus judex in curia Massilie, dum sedebat pro tribunali, anno Domini MCCCVII, decimo kalendas novembris, ad requisitionem dicti fratris Hugonis, in presentia et testimonio domini Bertholini de Grossis, jurisperiti, domini Augerii de Pontesorgie, jurisperiti, Guillelmi Novelli, Johannis Guiberti, notarii ; et signum, quod solitus sum apponere instrumentis a me confectis, huic transcripto autentico apposui. Volens dictum tractatum ad effectum produci, intendens conditionem Hospitalis facere meliorem ex permutatione predicta, permutationem ipsam cum predicto fecit de rebus su-

pradictis, et eidem domino regi, presenti et recipienti, tradidit et quasi, ex causa permutationis et excambii concessit medietatem dicte civitatis Aurayce pro indiviso et ejus territorii et districtus, cum omni mero et mixto imperio, et cum omni jure, quod habet Hospitale predictum, tenet et possidet vel quasi in dicta civitate et ejus territorio, in quibuscumque consistant, prout superius est expressum, et dictis sexaginta saumatis terre de Junqueriis, et etiam cum omni jure, si quod Hospitale predictum reperiretur habere in brevi supradicto, quod vulgariter Principis appellatur, nullo jure possessionis vel proprietatis Hospitali reservato in dicta medietate pro indiviso dicte civitatis fortalicio et terris superius in dicta permutatione traditis et assignatis. Constituens se idem dominus magister, nomine dicti domini regis, predictam medietatem pro indiviso dicte civitatis fortalicio et terris superius nominatis, cum omnibus juribus et pertinenciis dicte medietatis pro indiviso dicte civitatis et ejus territorii, possidere, donec idem dominus rex corporalem aprehenderit possessionem et quasi omnium predictorum; quam intrandi eidem plenariam potestatem concessit propria auctoritate, nullius licencia requisita, salvis semper exceptis et reservatis eidem domino magistro et Hospitali predicto que superius sunt expressa et exceptata de permutatione et excambio supradictis. Et fuit actum et expresse retentum per dictum dominum magistrum in traditione supradicta, de voluntate et assensu dicti domini regis, quod Hospitale predictum in predicta civitate Aurayce et ejus territorio tam de eorum animalibus quam familia sit liberum et immune ab omni prestacione banni, pedagii, passagii, pulveragii, lesde, cociis et pascaragii, dum tamen res dicti Hospitalis pro ex comercio vel mercatura non essent. Retinens idem dominus magister, de voluntate dicti domini regis, quod predictum Hospitale possit libere emere, acquirere et se crescere in dicta civitate et ejus territorio absque requisitione curie et prestatione laudimii et treceni, sicut ceteri homines dicte civitatis. Acto etiam expresse in permutatione et excambio supra dictis quod, si contingeret, quod absit, imperatorem, vel alium pro eo vel ejus vice, questionem movere vel jus aliquod vindicare in rebus predictis ex causa excambii per Hospitale traditis, quod in illo casu Hospitale predictum non sit dicto domino regi in aliquo astrictum nec propterea obligatum. Et versa vice idem dominus rex, per traditionem et opere complere intendens permutationem diucius tractatam, ex causa permutationis et excambii tradidit et quasi, cessit et concessit predicto domino magistro, presenti et recipienti nomine suo et Hospitalis predicti, castra superius nominata et eorum territoria et tenementa et districtus, prout et in quantum ad eum pertinent, cum omnibus juribus et pertinenciis eorumdem, in quibuscumque consistant, sive mero et mixto imperio, fortaliciis, hominibus et vassalis, pedagiis terre et aque, navigiis, portenagiis, molendinis, aquarum decursibus, serviciis bladi et pecunie, pascaragiis, tascis, albergis, cavalcatis, focagiis, cociis, lesdis, et demum generaliter cum omni eo jure quod idem dominus rex habet, tenet et possidet et quasi, vel ad ipsum pertinet quoquomodo, ita quod Hospitale predictum perpetuo habeat castra supradicta, in quantum ad ipsum dominum regem pertinent, cum eorum territoriis et tenimentis pleno jure, et cum libertatibus, immunitatibus et conventionibus et plenitudine jurisdictionis quibus habet valem Manuasce. Reservatis tamen domino nostro regi, tanquam majori domino predictorum, cavalcatis quadraginta servientum tantum inter omnia loca predicta, per mensem semel in anno tantum, infra comitatus Provincie et Forcalquerii tantum, ita quod fines dictorum comitatuum exire minime teneantur, nec pro ipsis cavalcatis possint compelli homines locorum predictorum ad ipsas cavalcatas redimendas in peccunia, nec ad peccuniam solvendam pro eisdem, et sic quilibet locorum predictorum, secundum taxationem infrascriptam, faciat cavalvatam per modum supra scriptum, videlicet castrum Urgonis sex servientes, et castrum S. Andioli quinque servientes. Que duo castra superius proxime nominata faciant cavalcatam

per modum supradictum cum generaliter et universaliter cavalcate per vicariam Tharasconis mandabuntur, et cum castrum Tharasconis et universalis vicaria exibit in cavalcata; alias autem ad cavalcatam faciendam minime teneantur, acto expresse quod preceptori locorum predictorum denuncietur per tres septimanas de cavalcata ipsa antequam ipsa exire compellatur, computato die quo exibunt et reddibunt predicte cavalcate in mense supradicto. Et hoc idem faciant, per modum et formam super annotatam, homines castrorum S. Juliani Lomontener et Admirati, cum generaliter et universaliter cavalcate mundabuntur per vicariam Aquensem, et cum civitas ipsa et universa vicaria dicte civitatis exibit in cavalcatas, denunciato similiter, prout supra, preceptori locorum predictorum, videlicet castrum S. Juliani novem servientes, et castrum de Admirato tres servientes. Et eodem modo et forma quibus supra faciant cavalcatas castrum de Gredolis et de Rosseto, videlicet castrum de Rosseto tres servientes, et castrum de Gredolis quatuor servientes, cum universaliter cavalcate mandabuntur per bajuliam de Mosteriis, et generaliter et universaliter bajulia de Mosteriis exibit in cavalcatas. Et eodem modo et forma quibus supra faciat cavalcatam castrum de Vols, videlicet sex servientes, cum generaliter et universaliter mandabuntur cavalcate per vicariam Forcalquerii, et cum generaliter et universaliter vicaria Forcalquerii exibit in cavalcatas, reservatis et retentis Hospitali predicto quod ipsum Hospitale possit habere, tenere et regere loca predicta cum omnibus juribus, libertatibus et immunitatibus, quibus habet, tenet et regit valem Manuasce, in predictis castris et quolibet predictorum pactis similibus et conventionibus que habet cum Hospitali predicto in valle Manuasce, tam in cavalcatis quam aliis, nullo alio sibi jure retento vel reservato in proprietate vel possessione in castris predictis, nisi illo vel simili quod habet et retinuit in compositione vallis Manuasce. Constituens idem dominus rex predicta omnia, ex causa permutationis et excambii dicto Hospitali concessa, possidere nomine dicti domini magistri et Hospitalis supradicti, donec idem magister nomine dicti Hospitalis corporalem possessionem et quasi apprehenderit omnium predictorum; quam apprehendendi sibi liberam concessit potestatem, sui licencia vel alterius non requisita. Concedentes una pars alteri et altera alteri, et mandantes omnes actiones, utiles et directas, reales et personales, mixtas reique prosequtorias, sibi ante permutationem predictam in rebus permutatis competentes, ita quod decetero quelibet partium possit agere, experiri pro rebus, ex causa permutationis sibi traditis, prout quelibet partium poterat ante permutationem predictam, una pars alteram et altera alteram, ut in rem suam, constituendo procuratricem in predictis. Promittens idem dominus rex in permutatione predicta predicto domino magistro quod ipse non dicet, nec faciet, nec fieri permittet aliquid, et, si de facto fieret, revocaret, propter quod redditus et proventus castrorum et territoriorum locorum predictorum, predicto Hospitali occasione permutationis traditorum, possint minui, tolli, turbari vel impediri. Promittentes partes predicte una alteri per stipulationem solempnem quod non dixerunt, nec dicent, nec facient quominus presens permutatio perpetuo habeat firmitatem. Et quia idem dominus rex, volendo exequi ordinationem domine Beatricis, regine quondam Sicilie, genitricis dicti domini regis, quinquaginta libras pro redditibus assignavit pro quatuor cappellanis, uno diacono et uno subdiacono, perpetuo instituendis in ecclesia B. Johannis de Aquis ad serviendum divinis pro anima dicte domine regine et suorum in castris de Gredolis et de Rosseto et in parte de Vols, fuit expresse actum quod idem dominus magister assignet et ordinet et instituat quatuor fratres capellanos ultra numerum in dicta ecclesia ordinatum, et unum diaconum, et unum subdiaconum, donatos dicte domus, qui serviant in divinis pro anima dicte domine regine et suorum, expensis dicti Hospitalis. Liberans idem dominus magister predictum dominum regem ejusque posteros atque bona ab obligatione legati, quo tenebatur ex ordinatione domine regine, ejus geni-

tricis quondam; et cum idem dominus rex ultra numerum ordinatum et taxatum assignaverit pro permutatione predicta, quam facere debuerit Hospitali predicto juxta ordinationem et tractatum factum de permutatione predicta, voluit et concessit idem dominus rex quod quadraginta libre, assignate per quondam bone memorie dominum Raymundum Berengarii, comitem Provincie et Forcalquerii quondam, pro vestiariis fratrum capellanorum Hospitalis S. Johannis de Aquis super albergiis vicarie Draguiniani et Grasse, de speciali gratia compensentur usque ad concurrentem quantitatem, quam refondere deberet Hospitale predictum dicto domino regi de pinguiori assignatione permutationis predicte. Et fuit actum quod presens permutatio, eodem modo et forma, et sub eisdem formis, condicionibus et conventionibus, juretur de eadem observanda, tenenda et complenda per senescallos comitatuum Provincie et Forcalquerii, qui nunc sunt et pro tempore erunt, et per priorem S. Egidii, qui nunc est vel pro tempore erit, quibus compositio, facta per curiam regiam, ex una parte, et Hospitale predictum, ex altera, de facto Manuasce, jurari debet, pacto expresso quod in casibus omnibus, in quibus regia curia consuevit vel indicere posset focagia in comitatibus Provincie et Forcalquerii, habeat et percipiat Hospitale predictum focagia, sibi ex permutatione predicta assignata in castris predictis et quolibet predictorum, prout curia regia hactenus habere consuevit vel posset. Hanc autem permutationem et excambium, et omnia contenta et promissa in eis promiserunt sibi partes, ad invicem stipulantes, actendere, complere et observare bona fide, omni dolo et fraude amotis, videlicet dictus dominus magister sub obligatione et ypotheca dicti Hospitalis, et idem dominus rex sub obligatione omnium bonorum suorum, cum omni renunciatione juris et cautela. Recipiens idem dominus rex fratres, donatos, familiam et eorum bona sub protectione, salvesia, securo conductu et guidagio in archiepiscopatibus Arelatis et Viane. Renunciantes partes predicte, ex certa scientia et per pactum expressum, omnibus exceptionibus juris et facti, sibi nunc competentibus et competituris, quibus mediantibus vel aliqua earum contravenire possent vel aliquid infringere vel revocare de predictis. Ymo partes predicte ex certa scientia asserunt predictam permutationem utilem fore cuilibet partium predictarum, et eam illesam et incorruptam per se et suos observare bona fide promiserunt; de quibus omnibus dictus dominus magister nomine supradicto sibi peciit fieri publicum instrumentum. Actum Massilie, in camera regia hospicii fratrum Predicatorum; presentibus reverendo in Christo patre domino J[acobo], Dei gratia Forojuliensi episcopo; venerabili viro domino Johanne Cabassole, milite, juris civilis professore; nobili viro domino Francisco de Lecto, milite, comitatus Provincie senescallo; domino Jacobo Arduyni, regio procuratore et advocato; dominis Bertholino de Grossis et Augerio de Pontesurgie, jurisperitis; fratribus Rostagno de Sabrano, Aurayce preceptore; Gaufrido Raymundi, preceptore Arelatis; Hugone Eustacie, Avinionis preceptore, militibus; et frater (*sic*) Sanzoli, Grassie amirato ordinis Hospitalis predicti, testibus ad hec vocatis et rogatis. Et me Pellegrino de Gavazo, notario publico regia auctoritate in comitatibus Provincie et Forcalquerii, qui, de predictis rogatus, hanc cartam scripti et signo meo solito signavi.

4757. — 23 octobre 1307, Marseille.

Le même donne au même la bastide de Montagut sous réserve d'hommage lige.

Sources: Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 682 (orig. scellé); Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 168 f. (copie contemp., illisible).

Karolus secundus, Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comes, universis, presens

privilegium inspecturis, tam presentibus quam futuris. Si premia conferuntur hominibus, retribuciones benemerentibus impenduntur, divine clemencie, a qua cuncta que habet recipit humana condicio, largiciones sunt exhibende prestancius et munificencie promptis affectibus uberius ampliande. Hac itaque consideracione commoniti, et salubrium fructuum, quos sacer ordo Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in sancta Dei ecclesia quasi quoddam propugnaculum fidei per mundum produxit actenus, non ignari, venerabilibus et religiosis viris .. generali magistro et fratribus ordinis antefati presentibus et futuris, necnon ipsi ordini, ob illius cui famulantur intuitum, et pro peccaminum etiam remissione nostrorum, damus, donamus, tradimus ac proprii motus instinctu in perpetuum concedimus, de liberalitate mera et gratia speciali, bastidam nostram de Monteacuto, sitam in vicaria Forcalquerii, cum hominibus, fructibus, proventibus, redditibus, serviciis, domibus et possessionibus ejusdem, necnon cum mero et mixto imperio, jurisdiccione omnimoda, homagiis et fidelitatibus immediatis, pertinenciis juribusque omnibus et singulis ad nos spectantibus et spectare debentibus in eadem, tenendam per magistrum et fratres eosdem ac ordinem memoratum et perpetuo pacifice possidendam. Investientes venerabilem et religiosum virum fratrem Fulconem, generalem ordinis prefati magistrum, suo fratrum et ordinis recipientem nomine, per nostrum anulum de eisdem, ita tamen quod tam ipse magister et fratres presentes quam alii deinde futuri et ordo eciam ipse bastidam eandem cum juribus et pertinenciis suis a nobis nostrisque in dictis comitatibus Provincie et Forcalquerii heredibus ac successoribus perpetuo in capite teneant et possideant, nullumque alium preter nos heredes et successores nostros superiorem et dominum exinde recognoscant. Pro qua quidem bastida ab eodem magistro ligium homagium et fidelitatis debite recepimus juramentum. Retentis equidem nobis, heredibus et successoribus nostris in bastida predicta tam majori dominio quam aliis omnibus et singulis juribus, que in terra et valle Manuasce, quas ordo ipse tenet et possidet, haberemus, habere consuevimus et habere debemus, salvis eciam nostris aliis juribus et alterius cujuscunque. In cujus rei fidem perpetuamque memoriam, ac predictorum .. magistri, fratrum et ordinis cautelam, presens privilegium exinde fieri et pendenti majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Actum Massilie, presentibus venerabili in Christo patre Jacobo, Forojuliensi episcopo; Francisco de Lecto, comitatus Provincie senescallo, Johanne Cabassole, juris civilis professore, militibus; Jacobo Ardoyni, procuratore et advocato fiscali in comitatibus Provincie et Forcalquerii, dilectis consiliariis, familiaribus et fidelibus nostris, ac Thomasio de S. Georgio et Petro Fabro, Massiliensi canonico, nostrorum notariis secretorum, et pluribus aliis. Datum ibidem, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, die vicesimo tercio octobris, sexte indiccionis, regnorum nostrorum anno vicesimo tercio, feliciter amen.

4758. — 23 octobre 1307, Marseille.

Le même donne au même la haute justice du château de Puymoisson.

Sources : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 839 (copie notariée du 15 décembre 1307 ; Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 168, f. 1 (copie contemp. illisible). — Texte : J. Maurel, *Hist. de la commune de Puimoisson et de la commanderie* (Paris, 1897), 421.

Karolus secundus, Dei gratia rex Jherusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forchalquerii ac Pedemontis comes, universis, presens privilegium inspecturis, tam presentibus quam futuris. Si retributionis inpendi

benemeritis condecet ergua illum, certe liberalius agere gratitudo nos monet a quo quidquid sumus et possumus procedere, quive celestia pariter et terrena largitur. Igitur ob illius intuitum qui, et si bonorum nostrorum non egeat, piam tamen erogationem gratanter acceptat in personis religione conspicuas et venerabiles domos ad ejus reverentiam et honorem erectas, venerabili et religioso viro fratri Fulconi de Vilareto, ordinis Hospitalis sancti Johannis Hierosolimitani magistro, presenti et recipienti suo et successorum suorum et fratrum dicti ordinis nomine, ac etiam ipsi ordini damus, donamus ac proprii motus instinctu in perpetuum concedimus, de liberalitate mera et gratia speciali, merum imperium, ad nostram pertinens curiam, in castro de Podiomoysono, quod esse dignoscitur Hospitalis ejusdem, cum omnibus et singulis ad ipsum merum imperium spectantibus et spectare debentibus, quoquo modo majori dominio nostris aliis et cujuslibet alterius juribus semper salvis. In cujus rei testimonium, ac magistri, fratrum et ordinis predictorum cautelam, presens privilegium exinde fieri et pendenti majestatis nostre sigillo jussimus comuniri. Actum Massilie, presentibus venerabili in Christo patre Jacobo, Forojuliensi episcopo; Francisco de Lecto, comitatus Provincie senescallo, Johanne Cabassole, juris civilis professore, militibus; Jacobo Ardoyni, procuratore et advocato fiscali in comitatibus Provincie et Forcalquerii, dilectis consiliariis et familiaribus et fidelibus nostris ; ac Thomassio de S. Jeorgio et Petro Fabro, Massiliensi canonico, nostrorum notariis secretorum, et pluribus aliis, et cetera. Datum ibidem, anno Domini MCCCVII, die XXIII octobris, VI indictionis, regnorum nostrorum anno XXIII.

4759. — 23 octobre 1307, Marseille.

Le même confirme, à la requête de Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, la transaction passée, le 28 *juillet* 1262 (*V. plus haut,* III, *n°* 3035), *entre Charles I d'Anjou et Béatrice, ses père et mère, et les Hospitaliers.*

SOURCES : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., B. 432 (orig. scellé), et H. 51, n° XIII (expédition scellée des maîtres rationaux de la chambre des comptes d'Aix, du 8 mars 1515); Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 168, f. 1 *b* (copie contemp.).

Data Massilie, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, die vicesimo tertio octobris, sexte indictionis, regnorum nostrorum anno tricesimo tertio.

4760. — 25 octobre 1307.

Helfrich de Rüdigheim, grand-précepteur d'Allemagne, certifie que Hermann Halber, chevalier, et sa femme ont donné aux Hospitaliers de Rüdigheim douze marcs, convertis par eux en une vigne sise à Ravolzhausen, à charge d'entretenir à perpétuité une lampe devant l'autel de la Vierge.

SOURCE : Francfort sur le Mein, Arch. munic., Johanniterbücher 22, f. 19 *b* (copie, XVII° s.). — TEXTE : H. Reimer, *Urkundenbuch zur Gesch. der Herren von Hanau,* II, 72 (fasc. 51 des publ. des Arch. roy. d'état de Prusse).

Frater Helfricus de Ruedickheim, magnus preceptor sacre domus Hospitalis sancti Joannis Hierosolimitani per Alemaniam, Bohemiam, etc., recognoscimus quod Hermannus, miles, dictus Halber, et Lyssa, bone memorie collateralis, manu

communi dederunt domui nostre in Ruedickheim duodecim marcas, tres Hallenses pro denario numeratos, et pro vinea una in Ravoltzhusen conversos, pro remedio animarum suarum, ad testamentum sempiternum, ita quod fratres dicte domus tenentur ampullam ardentem coram altare S. Marie perpetuo procurare vinea de eadem, et, si aliqua negligentia intervenerit irrationabilis, tunc dictis conjugibus et eorum heredibus pateret facultas hujusmodi pecuniam repetendi testimonio litterarum. Datum anno Domini MCCCVII, octavo kalendas novembris.

4761. — 26 octobre 1307, Poitiers.

Le pape Clément V renouvelle, en faveur des Hospitaliers d'Allemagne, la bulle d'Alexandre IV, du 21 janvier 1259 : « Dilectorum filiorum ». (V. plus haut, II, *n°* 2913.)

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (2 orig. bullés, l'un adressé à l'écolâtre de Magdebourg pour le diocèse de Magdebourg, et l'autre à B..., prévôt d'Havelberg, pour le diocèse d'Havelberg). — Analyse : Dienemann (éd. J. E. Hasse), *Nachrichten vom Johanniter-Orden...* (Berlin, 1767), 38 (à la date erronée de 1308).

Dat. Pictavis, VII kalendas novembris, pontificatus nostri anno II.

4762. — 29 octobre 1307, Poitiers.

Le même charge le prévôt, le sacristain et le chantre de l'église d'Apt de juger le débat pendant entre les Hospitaliers de Manosque et les prévôt et chapitre de Forcalquier au sujet des dîmes des biens de l'ordre dans la paroisse S. Martin de Manosque, débat dans lequel l'évêque de Marseille, arbitre désigné, était accusé d'avoir outrepassé les termes de son mandat arbitral.

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 651 (orig.).

Clemens, etc., dilectis filiis .. preposito et .. sacriste ac .. cantori ecclesie Aptensis, salutem, etc. Sua nobis .. preceptor et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani de Manuascha, Sistaricensis diocesis, petitione monstrarunt quod, .. preposito et capitulo ecclesie Forchalcherii, dicte diocesis, falso asserentibus quod iidem preceptor et fratres de proventibus terrarum, vinearum et possessionum, quas ipsi in parrochia ecclesie S. Martini dicti loci de Manuascha, dictis preposito et capitulo, ut dicebant, pleno jure subjecte, excolunt seu excoli faciunt, decimas eisdem preposito et capitulo, ut tenentur, solvere denegabant, orta super hoc et rebus aliis inter preceptorem et fratres predictos, ex parte una, et dictos prepositum et capitulum, ex altera, materia questionis, tandem super hiis a partibus in venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Massiliensem tanquam in arbitrium, arbitratorem et amicabilem compositionem sub certa pena fuit concorditer compromissum. Qui, formam excedens hujusmodi compromissi, super aliis, de quibus in eum compromissum non extitit, contra dictos preceptorem et fratres arbitrium promulgavit, cui ex parte ipsorum preceptoris et fratrum fuit protinus contradictum. Cum autem dicti preceptor et fratres, sicut asserunt, predictorum prepositi et capituli potentiam merito perhorrescentes, ipsos infra civitatem et diocesim Sistaricensem nequeant convenire secure, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde p[artibus, quod] justum

fuerit, appellatione remota, decernatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam fir[miter observari]. Testes autem, etc. Quod si non omnes, etc. Dat. Pictavis, IIII kalendas novembris, pontificatus nostri anno II.

4763. — 30 octobre 1307, Westminster..

Edouard II, roi d'Angleterre, accorde à Guillaume de Tothale, grand-prieur d'Angleterre, allant outre mer, des lettres de protection[1].

SOURCE : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 1 Ed. II, pars I, membr. 16 (copie contemp.). — ANALYSE : *Cal. of the pat. rolls, Edward II* (1307-1313), (Londres, 1894), 10.

Teste rege apud Westmonasterium, XXX die octobris.

4764. — Novembre 1307, Tudela.

Louis, fils aîné du roi de France Philippe IV, roi de Navarre, comte de Champagne et de Brie, ratifie les franchises et privilèges des Hospitaliers de Navarre.

SOURCE : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 626 (orig.).

Ludovicus, regis Francie primogenitus, Dei gratia rex Navarre, Campanie, Brieque comes palatinus. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos priori et universis fratribus, presentibus et futuris, Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Navarra, necnon et Hospitali concedimus et etiam promittimus quod ipsos in suis foris, bonis consuetudinibus, franchesiis et privilegiis, a nostris predecessoribus concessis, quibus et in quantum rite ac juste usi sunt hactenus et fuerunt, manutenebimus. Insuper quod ipsos non deafforabimus, [neque] defaciemus eis omnes violencias atque forcias, que in veritate reperte fuerint vel ostense, et que de jure seu ratione tenebimur amovere. Et hec omnia supradicta tenebimus et servabimus omnibus temporibus vite nostre, salvo in omnibus jure nostro et quolibet alieno. In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Tutele, anno Domini millesimo tricentesimo septimo, mense novembris.

4765. — 1 novembre 1307, Aix.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, ordonne à Rostang Cavalier, juge-mage de Provence, de mettre les Hospitaliers en possession des châteaux de S. Julien le Montagnier, d'Amirat, de Rousset, de Volxs et de Gréoux. (*V. plus haut, n°* 4756.)

SOURCE : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 165, f. 1 (copie contemp.).

Karolus[2] secundus, Dei gratia rex Jerusalem, Sicilie, ducatus Apulie et princi-

1. Elles furent renouvelées, le 15 novembre 1308, pour un an. (Londres, Record office, Rot. litt. pat., 2 Ed. II, pars 2, membr. 20, copie contemp. — ANALYSE : *Cal. of the pat. rolls, Edw. II* (1307-13), 143.)

2. En marge : « Pro magistro Hospitalis sancti Johannis Jerosilimitani. »

patus Capue, Provincie, [et Forcalquerii] ac Pedimontis comes, Rostagno Cavalerii, majori judici comitatus Provincie, fideli suo, gratiam [suam] et bonam voluntatem. Cum castra S. Juliani et Admirati de vicaria Aquensi, de Rosseto etiam et de [Gre]-dolis de bajulia de Monsteriis, necnon castrum de Vols de vicaria Forcalquerii, illa videlicet que habere dignoscitur nostra curia in eisdem, cum hominibus, fructibus, proventibus, redditibus, serviciis, domibus et possessionibus eorumdem, necnon cum mero et mixto imperio, jurisdictione omnimoda ac juribus omnibus et singulis, eidem nostre curie pertinentibus in eisdem, superiori tantum dominio nobis et nostris successoribus reservato, ex causa certe permutacionis transtulerimus et realiter transferri velimus in venerabilem et religiosum virum fratrem Fulconem de Villareto, generalem magistrum ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, recipientem suo et sui ordinis nomine, ecce volumus et tue fidelitati committimus et mandamus quatinus, incontinenti receptis presentibus, ad castra ipsa te personaliter conferens, magistrum ipsum aut certos suos nuncios pro eodem in possessionem et quasi castrorum ipsorum et omnium jurium predictorum, eorum equidem que ad nostram curiam spectare dignoscuntur in eis, debeas nostro inducere nomine, et homines nostros castrorum ipsorum, quos ab homagio et fidelitate nostris immediatis prorsus absolvimus, homagium et fidelitatis debite juramentum prestari, ac de omnibus juribus suprascriptis et aliis consuetis, ad nostram pertinentibus curiam, respondere facias magistro predicto aut certis suis nunciis, ut prefertur. Nos enim hominibus ipsis nostris dictorum castrorum presencium auctoritate jubemus quatenus sibi circa premissa et ea tangentia obedienter parere studeant, sicut nos offendere non affectant. Datum Aquis, anno Domini MCCCVII, die primo novembris, VI ind[ictionis], regnorum nostrorum anno XXIII.

4766. — 1 novembre 1307, Aix.

Le même nomme Bertrand de Marseille, chevalier, viguier d'Avignon, et Jacques Ardouin, procureur fiscal des comtés de Provence et de Forcalquier, ses procureurs pour prendre possession de la moitié de la ville d'Orange, qu'il avait échangée à Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, contre divers châteaux. (*V. plus haut, n°* 4756.)

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 165, f. 1 (copie contemp.).

Karolus secundus, etc. Tenore presencium notum facimus universis quod nos, confisi de legalitate, industria ac discretione Bertrandi de Massilia, militis, vicarii civitatis Avinionis, et Jacobi Arduyni, procuratoris fiscalis in dictis comitatibus nostris Provincie et Forcalquerii, dilectorum consiliariorum, familiarium et fidelium nostrorum, ipsos facimus et constituimus procuratores nostros, negociorum gestores ac nuncios speciales, cum plena, generali ac libera potestate et speciali mandato, ad apprehendendum, namciscendum et retinendum, nomine nostro et pro nobis, possessionem et quasi medietatis civitatis Aurasice pro indiviso districtus et territorii illius(?), cum mero et mixto imperio, ac jurisdicione omnimoda, hominibus etiam, fructibus, proventibus, redditibus, serviciis, domibus et possessionibus, ac juribus omnibus et singulis medietatis ejusdem pro indiviso, necnon quorumdam prediorum, sitorum in territorio castri de Juncheriis, recipientium in semine sexaginta salmas annone vel circa, cum pertinenciis omnium predictorum, spectantium ad nos et spectare debentium, ex causa permutacionis facte noviter nobiscum de illis per venerabilem et religiosum virum Fulconem de Villareto, generalem ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magistrum, suo et or-

dinis ipsius nomine, cum certis castris, rebus et juribus nostris, omnium quoque et singulorum que tradi et assignari nobis debent pro parte dicti magistri vel ordinis ex causa permutacionis ejusdem, juxta quod continetur in scripto quodam publico, inde facto manu Thome de S. Georgio, publici apostolica auctoritate notarii, ad recipiendum etiam, nomine quo supra, humagia et fidelitatis debite sacramenta ab hominibus dicte civitatis pro dicta parte indivisa, et generaliter ad omnia alia et singula faciendum, recipiendum, gerendum, apprehendendum et procurandum que circa premissa et ea tangentia fuerint oportuna, et que nos ipsi possemus facere si personaliter adessemus, etiamsi forent talia que mandatum exigerent speciale. Promittentes in verbo regie majestatis nos ratum, gratum habituros et firmum quicquid per procuratores ipsos circa premissa vel aliquid premissorum apprehensum, nactum, receptum, gestum, procuratum fuerit sive factum. In cujus rei testimonium, presentes litteras fieri et pendenti majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum Aquis, anno Domini MCCCVII, die primo novembris, VI indictionis, regnorum nostrorum anno XXIII.

4767. — 2 novembre 1307, Calatayud.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne au justicier d'Aragon de contraindre Garcias Ochova, chevalier, à restituer à Laurent Corbella, frère de l'Hôpital, ex-prieur de l'église de l'Almunia, un roncin, que celui-ci lui avait prêté pour aller à Ricla, et à payer des dommages et intérêts.

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 141, f. 83 *b* (copie contemp.).

Datum Calatayud, IIII nonas novembris, anno Domini MCCC septimo.

4768. — 2 novembre 1307, Calatayud.

Le même ordonne au justicier de Ricla, à la requête du procureur des Hospitaliers, de s'opposer à que l' « *Aliama* » *des Maures de Ricla perçoive, comme il le faisait à tort, une redevance (peyta) sur certains Maures appartenant au Temple, au S. Sépulcre et à l'Hôpital.*

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 141, f. 83 *b* (copie contemp.).

Datum Calatayud, IIII nonas novembris, anno predicto [MCCC septimo].

4769. — 6 novembre 1307, Aix.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, ordonne aux viguiers, juges et clavaires de Grasse et de Draguignan, en exécution d'une convention intervenue entre lui et Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, de ne plus payer aux Hospitaliers la rente de quarante livres qu'ils percevaient sur le droit de gîte et autres revenus de sa cour dans les vigueries de Grasse et de Draguignan.

SOURCE : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 168, f. 136 (copie contemp.).

Scriptum est vicariis, judicibus et clavariis Grasse et Draguiniani, presentibus

et futuris, fidelibus suis, etc. Cum in certis conventionibus, inter nos et venerabilem ac religiosum virum fratrem Fulconem de Villareto, generalem ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magistrum, suo et ipsius ordinis nomine nuper initis et firmatis, illud contineatur expressius ut libre annue quadraginta, quas super albergis et aliis proventibus curie in utraque vicaria Grasse silicet et Draguiniani consuevit dictum Hospitale percipere, ex nunc non percipiantur per illud, set debeant in manu nostre curie remanere, volumus, vestreque fidelitati mandamus quatinus, nichil solventes decetero de ipsis libris annuis quadraginta Hospitali predicto, immo nec illud illas ulterius percipere permittentes, illa[s], prout ad vestrum quemlibet pertinet, percipiatis ipsius nomine curie, cauti ne inde contingat ipsam curiam circumscribi, cum inde nobis .... incumbamus. Datum Aquis, anno Domini MCCCVII, die VI novembris, VI indictionis, regnorum nostrorum anno XXIII.

4770. — 15 novembre 1307, Téruel.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne au « justicia » de Calatayud de contraindre les habitants de la tour ou hameau de Milmarcos (Milmarchos) en Castille à laisser au commandeur de Calatayud la paisible jouissance d'une partie du territoire de Campillo (de Campiello), limitrophe des royaumes de Castille et d'Aragon.

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 141, f. 101 (copie contemp.).

Datum Turolii, XVII kalendas decembris, anno predicto [MCCC septimo].

4771. — 19 novembre 1307, Téruel.

Le même annonce à Thérèse d'Urrea, prieure de Sigena, qu'il a vu le commandeur de Sigena, envoyé par elle vers lui, que personne plus que lui et que la reine, sa femme[1], *n'ont à cœur de respecter les privilèges du monastère, et qu'il a chargé le commandeur de lui transmettre ses intentions.*

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 140, f. 75 *b* (copie comtemp.).

Datum Turolii, XIII kalendas decembris, anno predicto [MCCC septimo].

4772. — 21 novembre 1307.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, envoie le chevalier Bertrand de Marseille pour prendre possession de la partie de la ville d'Orange acquise, le 22 *octobre* 1307, *de l'ordre de l'Hopital, en échange de divers châteaux situés dans les diocèses d'Aix, Riez et Sisteron. La partie cédée comprenait la maison appelée de l'Arc, le jardin joignant d'autres biens, excepté l'église de S. Jean, ses dépendances et ses revenus censuels. Une des conditions de la vente fut la dispense, en faveur de l'Hôpital,*

1. Blanche, reine d'Aragon.

de tout payement de taille ou redevance quelconque pour la partie restant aux Hospitaliers. Le procureur de Bertrand IV de Baux, prince d'Orange, déclare former opposition à l'investiture, sous prétexte que la partie vendue par l'Hôpital est tombée en commise entre les mains de son seigneur pour violation formelle des traités et conventions passés entre les princes d'Orange et les commandeurs de S. Jean de Jérusalem. (*V. plus haut, nos* 4756 *et* 4765.)

Analyse : Dr. L. Barthélemy, *Inv. des ch. de la maison de Baux,* 263, n° 904 (d'après un ms. de la coll. du Dr. Millet, à Orange).

4773. — 4 décembre 1307, Marseille.

Le même promulgue l'accord intervenu entre lui et Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, relativement aux appels, dans les localités de Provence qui dépendaient de l'Hôpital.

Source : Manosque, Arch. munic., livre des privil., f. 151 *b* (copie, comm. xive s.). — Texte : Isnard, *Livre des privil. de Manosque,* 156.

Karolus secundus, Dei gratia rex Jerusalem ac Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedemontis comes, senescallis comitatuum Provincie et Forcalquerii, fidelibus suis, gratiam suam ac bonam voluntatem. Scire nos facimus quod pridem inter nos et venerabilem et religiosum virum fratrem Fulconem de Vilareto, generalem ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magistrum, suo et dicti ordinis nomine, fuit actum et conventum expresse, ymo, ad ipsius instanciam, nos id declaravimus per nostras alias litteras lucide quod, in omnibus terris et locis, Hospitalis jurisdictioni subditis, quod (*sic*) videlicet aut ex antiqua compositione, per Hospitale ipsum dudum inita cum clare memorie domino Karolo, tunc comite, genitore, et domina Beatrice, tunc comitissa Provincie, genitrice nostris[1], aut ex permutatione per magistrum ipsum de medietate civitatis Auraice cum terris nostris, castris et juribus nuper facta(m)[2], quomodolibet pertinent ad Hospitale predictum, appellationes prime dumtaxat spectent ad curiam Hospitalis, secundis appellationibus nostre semper curie reservatis. Volentes igitur sic observari tenaciter conventiones seu declarationem nostram hujusmodi, ut tamen juri nostre curie non contingat, in terris et locis aliis, quod Hospitale ipsum sub nostro tenet dominio, derogari fidelitati nostre, precipiendo mandamus quatenus vestrum quilibet, prout videlicet ad cujuscumque spectat officium, officialibus universis, sub quorum utique jurisdictione terre et loca infrascripta existere dignoscuntur, firmiter debeatis injungere ut ex nunc cauti sint et attenti quod in terris et locis ejusdem absque fraude qualibet appellationes secunde nostre salve sint curie, [nec] minus prospicere studeant quod in terris et locis aliis, que a curia nostra teneat Hospitale predictum, prime nichilominus appellationes, prout est consuetum et debitum, eidem curie remaneant illibate. Terre vero et loca, que Hospitale ipsum obtinet ex compositione jamdicta, sunt hec : scilicet castra de Dromono, de Podio Moysono, de Avinione, de Genaserviis, de Cruce, terre seu loca S. Thome, de Bello Loco, Calisone, castrum et villa Manuasce, territorium de Totis Auris, et quicquid Hospitale habet in villa Manuasce, castrum et villa Larderii et Salse, territorium de Cornono et Podii Azauti, castrum et villa de Podio Lauterii et de

1. Voir l'acte du 28 juillet 1262. (III, n° 3035.)
2. Voir l'acte du 22 octobre 1307. (IV, n° 4756.)

Nephis, castrum et villa de Tallardo, castrum et villa et tenementum S. Petri de Aveis, villa et tenementum de Amenicis, villa et tenementum Jocasii, tenementum de Feugeriis, et quicquid habet in civitate Massilie et in castro et tenemento de Soleriis, segnoria Vitrole et vallis ejusdem, segnoria Valencie, et quicquid habet in castro et territorio Cigoerii, cum territoriis, tenementis, domibus, grangiis et pertinenciis locorum ipsorum. Loca vero vel terre, quas habet dictum Hospitale ex permutacione predicta, sunt hec: scilicet castrum Urgonis, S. Juliani le Montanier, Gredolum, Rossetum et Vols, jure tamen nostre curie in omnibus semper salvo. Datum Massilie, anno Domini millesimo CCCVII, die IIII decembris, VI indictionis, regnorum nostrorum anno XXIII[1].

4774. — 13 décembre 1307.

Louis, roi de Navarre, etc., fils aîné de Philippe IV, roi de France, ordonne à ses officiers en Navarre de laisser aux Hospitaliers de Navarre la liberté de trafic pour les denrées dans ses états.

Ludovicus, regis Francie primogenitus, Dei gracia rex Navarre, Campanie, Brieque comes palatinus, universis senescallis, servientibus, portariis, ceterisque justiciariis et subditis nostris Navarre, salutem. Mandamus vobis et vestrum singulis quatinus priorem et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Navarra, res, bona et victualia sua, videlicet bladum, panem, vina et alia quecunque bona, per totum regnum nostrum ad bonas villas adduci et reduci, in eisdem villis poni et vendi, et suam utilitatem et comodum facere de eisdem modis omnibus permittatis. Actum Pampilone, XIII die decembris, anno Domini MCCC septimo.

4775. — [Après 13] décembre 1307, Paris.

Philippe IV le Bel, roi de France, ratifie un échange, intervenu entre les Hospitaliers du Déluge et Thomas de Bruyères, chevalier, de biens et rentes à Bruyères le Châtel, Soucy, Louvigny et Marivaux, contre des rentes et cens à Chastres et à Bruyères le Châtel.

SOURCE : Paris, Arch. nat., S. 5125 B, n° 59 (orig.).

Philippus, Dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, nos infrascriptas vidisse litteras in hec verba :

« A touz ceus qui ces lettres verront Fremin de Coquerel, garde de la prevosté « de Paris, salut. Nous fesons asavoir que par devant nous personelment establiz « en jugement frere Guillaume de Sanstone, commandeur de Herefeud, Jehan de « Montleheri, commandeur du Deluge, et Rogier de Gildesburg, clerc, procureurs « de frere Guillaume de Tothale, prieur de la sainte meson de l'Opital de saint « Jehan de Jerusalem en Engleterre, si comme il appert par lettres de procuration

3. Le 27 décembre 1307 à Tarascon, Girard de S. Elpidio, sénéchal de Provence, communiqua aux officiers du roi Charles II en Provence le texte de ce mandement, avec ordre de s'y conformer.

« dont la teneur est ci dessouz transcripte, et recongnurent en droit que eus, ou « non dudit prieur, des freres et de la meson devant diz, et pour le profit de icelle, « avoient eschangié et en non de pur eschange et permutacion, but à but, sans nule « solte, baillié, octroié, quitté et delessié, des oresendroit à touz jours, à mon- « seigneur Thomas de Bruieres, chevalier, les heritages qui s'ensivent, que le « prieur et meson devant diz et les freres d'icelle meson avoient es lieus ci apres « devisez : premierement trente deux solz Parisis ou environ de cens ou de rente « sus pluseurs mesons assises en la ville de Bruieres; de rechief environ dis et « sept solz sus terres assises ou terroer de Soucy; de rechief dis solz et six deniers « Parisis sus pluseurs mesons assises en la ville de Lopigny; derechief une piece « de bois à Marivaus, qui soloit estre tenue de la meson du Deluge à deus deniers « de cens par an la veille de noel; de rechief une autre piece de bois du propre « heritage de la dite meson, contenant quatre arpenz ou environ, ou pris de qua- « rante solz de rente par an, joignant à la piece de bois devant dite, et les frisches « de devant tenanz de toutes pars aus bois du seignor de Bruieres. Lesquels hire- « tages devant diz le dit monseigneur Thomas et ses hoirs auront, tendront et « possivront desoremais à touz jours comme leur propre heritage, sanz ce que le « dit priour, la meson et les freres d'icelle i puissent riens demander ne reclamer « dores en avant, c'est à savoir pour trente deus solz et un denier Parisis de cens, « que le dit monseigneur Thomas avoit sus pluseurs mesons seanz à Chastres en « la rue Moran; de rechief environ vint solz de rente de ferages et de molages ; de « rechief trente cinc solz sis deniers, que ledit prieur devoit au dit monseigneur « Thomas pour reson des vingnes du Perreus de la ville de Bruieres. Les quels cens « dessus diz le dit prieur, la dite meson et les freres d'icelle auront et tendront « à touz jours mes comme leur propre chose. Et promistrent les diz procurateurs, « ou non dessus dit, par leur sarrement fet sus saintes evangiles par devant nous, « que contre l'eschange et permutacion devant diz n'iront ne aler feront des ores « en avant, encois tout ce qu'il ont baillié et delessié en eschange audit monseigneur « Thomas, il li garantiront, delivreront et deffendront et à ses hoirs contre touz et « envers touz à touz jours, aus couz propres du prieur, meson et freres devant diz. « Et promistrent à faire faire bonnes lettres audit prieur et freres de avoir firm et « estable l'eschange et le baill dessus diz, et à rendre au dit monseigneur Thomas « et à ses hoirs touz couz et damages qu'il i auroient par defaute de garantie. Et « quant à ce tenir fermement il ont obligié touz les biens appartenanz à la meson « devant dite, muebles et non muebles, presenz et à venir, où qu'il soient à justicier « par toutes justices souz qui il seront trouvez, et souz mistrent du tout quant à ce « à la jurisdiccion de la prevosté de Paris. La teneur de la procuracion est tele : « Noverint universi, etc. (*Suit le texte de la procuration donnée par Guillaume de « Tothale, grand-prieur d'Angleterre, à Guillaume de Sanston, à Jean de Montléry « et à Roger de Gildesbourg*). Datum Parisius, decima die mensis decembris, anno « Domini millesimo trecentesimo septimo ». En tesmoing de ce, nous, à la requeste « des diz procureurs, avons mis en ces lettres le seel de la prevosté de Paris, l'an « de grace mil trois cens et sept, le vendredi apres la feste sainte Luce[1] ».

Item alias sub hac forma :

« A touz ceus qui ces lettres verront Fremin de Coquerel, garde de la prevosté « de Paris, salut. Sachent tuit que par devant nous vint en jugement monseigneur « Thomas de Bruieres, chevalier, recongnut en droit qu'il avoit eschangié et en « non de pur eschange et permutation, but à but, sanz solte nulle, baillié, otroié, « quitté et delessié desorendroit à touz jours au prieur et aus freres de l'Opital de « saint Jehan de Jerusalem en Engleterre et de la meson du Deluge les cens ou

1. 15 décembre 1307.

« rentes qu'il avoit et prenoit par an es lieus ci dessouz nommez et devisez : pre-
« mierement trente deus solz et un denier Parisis de cens ou rente, pris sus plu-
« seurs maisons assises à Chastres en la rue Moran, dont il paieront et rendront
« deux solz Parisis au seigneur des Granches chascun an à la saint Remi ; dere-
« chief environ vint solz de forages et de molages ; de rechief trente cinc solz et
« sis deniers de cens, que le dit prieur devoit chascun an au dit chevalier pour
« reson des vignes du Perreus de la ville de Bruieres. Les queles vignes il porront
« vendenger sanz nul dangier et sanz nul contredit du dit chevalier et de ses hoirs,
« et en puissent faire leur profit et leur volenté sanz chalengier i nulle justice, et
« leur promet à amortir de nostre seigneur le roi, de lui et de touz autres au plus
« tost que il poira. Les quels cens ou rentes dessus diz le dit prieur, les freres de
« la dite meson et leur successeurs auront, tendront et possivront chascun an
« desore en avant à touz jours comme leur propre chose, et demourront à la meson
« devant dite, c'est à savoir pour trente deus solz Parisis ou environ, que le prieur
« et freres et la dite meson du Deluge avoient et prenoient par an sur pluseurs
« mesons assises à Bruieres ; de rechief dis sept solz ou environ sus terres assises
« ou terroer de Soucy ; de rechief sis solz et sis deniers Parisis de cens sus pluseurs
« mesons assises en la ville de Lopigny ; de rechief sus une piece de bois à Mari-
« vaus, qui soloit estre tenue de l'ostel du Deluge à deus deniers de cens par an
« à la veille de noel ; derechief et pour une autre piece de bois, qui est du propre
« heritage de la dite meson du Deluge, contenant quatre arpenz ou environ ou pris
« de quarante solz de rente par an, joignant à l'autre piece de bois devant dite, et
« les frisches de devant, tenanz de toutes pars au bois du dit chevalier, si comme
« il disoit. Les quels cens ou rentes, bois et frisches devant diz le dit monseigneur
« Thomas et ses hoirs, ou ceus qui auront cause de lui, auront, tendront et possi-
« ront à touz jours mais dores en avant comme leur propre chose..... Prometant
« par devant nous le dit chevalier par son loial creant que contre l'eschange et
« permutation devant diz ira ne aler fera par nul droit ne par nule raison que ce
« soit, par lu[i] ne par autres desors en avant ; encois tout ce que il a baillié et
« octroié en eschange au prieur et freres devant diz et à leur successeurs, il leur
« promist à garantir, delivrer et deffendre à ses couz propres et despens contre
« touz et envers touz en jugement et dehors à touz jours. Et leur rendra touz couz et
« damages, se aucuns en i avoit par defaute de garantie. Et aveques ce il promist
« que es cens ou rentes dessus diz, ne es lieus où il sont pris mouvanz de lui, riens
« ne demandera pour raison de ce dores en avant. Et quant à ce tenir fermement il
« a obligié et souzmis soi, ses hoirs, touz ses biens et de ses hoirs, moebles et non
« moebles, presenz et à venir, où que il soient à justicer par toutes justices, souz
« qui juridiccion il seront et porront estre trouvez. En tesmoing de ce, nous avons
« mis en ces lettres le seel de la prevosté de Paris, l'an de grace mil trois cens et
« sept, le vendredi apres la feste sainte Luce[1] ».

Nos autem premissa omnia et singula rata habentes et grata, eadem volumus, laudamus, approbamus, et tenore presentium confirmamus. Volentes insuper predicto militi, obtentu grati servicii per eum nobis impensi, gratiam facere pleniorem, concedimus et consentimus expresse quod prior et fratres domus predicte prefatos census seu redditus ac vineas, sibi per dictum militem permutationis nomine traditos, sicut premittitur, teneant in perpetuum et possideant libere, pacifice et quiete, absque coaccione vendendi vel extra manum suam ponendi, seu prestandi propter hoc nobis vel quibuscunque nostris successoribus financiam qualemcumque, ita tamen quod idem miles de hereditate sua propria, que non tenetur a nobis, tantum in feodo nostro quod a nobis tenet, reponat, quantum ad requisitionem illius per

1. 15 décembre 1307.

nos amortizatum extitit in hac parte; nostro in aliis et alieno in omnibus jure salvo. Quod ut perpetue firmitatis robur obtineat, presentes litteras sigilli nostri fecimus appensione muniri. Actum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, mense decembri.

Au repli, à gauche: Per dominum Matheum de Tria et per dominum J. de Bovilla. Stampis. *Au milieu*: Permutacio est in valore de IIII l., XV s., VIII d. *A droite*: Maillardus scriptor. Collacio facta est.

4776. — 18 décembre 1307, Westminster.

Edouard II, roi d'Angleterre, demande à [Guillaume de Tothale], grand-prieur d'Angleterre, de lui louer trois chariots attelés, qui devront être à Westminster le 26 décembre pour transporter les bagages de la garde-robe royale à Douvres, et s'engage à payer les frais des conducteurs et des chevaux à l'aller et au retour[1].

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 1 Ed. II, membr. 12 dorso (copie contemp.). — Analyse : *Calendar of the close rolls, Edward II,* I (Londres, 1892), 50.

Teste rege apud Westmonasterium, XVIII die decembris.

4777. — 21 décembre 1307, Poitiers.

Le pape Clément V renouvelle la bulle de Boniface VIII, du 23 mars 1299 : « Etsi cunctos ». (V. plus haut, III, *n°* 4449.)

Sources : Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1147, n° 1 (vidimus de 1308, adressé au trésorier de l'église de Reims); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIII[e] s.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 24, n° 165 (orig. bullé, adressé au préchantre d'Aix); Munster, Arch. roy. d'état, command. d'Herford, n° 8 (orig. bullé, adressé à l'écolâtre de Brême); Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, A. XXVI, n° 48 (orig. bullé, adressé à l'abbé de Strahow au diocèse de Prague), n° 48 *bis* (orig. bullé, adressé à l'abbé de Zabrdovice au diocèse d'Olmütz); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 10 *b* (à l'évêque de Nantes), f. 14 (à l'archevêque de Cantorbéry et à une trentaine de prélats, doyens, abbés, etc.), f. 16 *b* (à l'évêque de Lettere et à une trentaine de prélats, doyens, abbés, etc.), f. 55 *b* (à l'abbé de Sarlat et à 7 autres abbés et évêques), f. 197 *b* (à l'écolâtre de S. Etienne de Mayence et à 4 dignitaires des églises d'Espagne); reg. 58, f. 250 *b* (à l'archevêque de Gran). — Analyse : E Knauz, *Monum. eccl. Strigoniensis,* II (Gran, 1882), 580, n° 630 ; *Reg. Clementis pp. V,* III (Rome, 1886), 14, n° 2351 ; 17, n° 2371 ; 20, n°2387 ; 67, n° 2614 ; 273, n° 3381 ; VI (Rome, 1887), 376, n° 7427. — Texte : Theiner, *Vet. monum. hist. Hung. sacr. illustr.*, I, 422.

Dat. Pictavis, XII kalendas januarii, pontificatus nostri anno III.

4778. — 21 décembre 1307, Poitiers.

Le pape Clément V renouvelle la bulle de Grégoire IX, du 7 avril 1227 : « Cum a nobis petitur ». (V. plus haut, II, n° 1860.)

Sources : Düsseldorf, Arch. d'état, command. des SS. Jean et Cordule de Cologne, n° 34

1. Le roi adressa, le même jour, la même requête à divers personnages, notamment aux Templiers d'Angleterre, auxquels il demanda, comme aux hospitaliers l'envoi, de trois chariots.

(vidimus du 4 mai 1316); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 168 *b* et 401 (analyse et copie de S. Pauli, XVIII[e] s., d'après les Arch. de Malte); Lyon, Arch. du Rhône, langue d'Auvergne, H. 29, n° 2 (orig.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol 10, n° 35 (orig.), et div. VII, vol. 1127 (copie, XVIII[e] s.); Paris, Bibl. nat., lat. 9001, f. 123 (copie d'A. de Naberat, XVII[e] s.); Poitiers, Arch. de la Vienne, H[3], gr.-prieuré d'Aquitaine, liasse 1 (vidimus contemporain de l'official du Mans); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 10 *b* (copie contemp.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 86 (orig. bullé). — ANALYSE : *Reg. Clementis pp. V*, III, 14, n° 2352.

Dat. Pictaviis, XII kalendas januarii, pontificatus nostri anno III.

4779. — 22 décembre 1307, Valence.

Jacques II, roi d'Aragon, informe Ximenès Perez de Salanova, justicier d'Aragon, que Bernard, abbé d'Escarpe, part pour réclamer à Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, le legs fait à l'abbaye d'Escarpe par Bernard-Guillaume d'Ença, et le charge de remettre à l'abbé une copie authentique des dépositions des témoins, recueillies par lui sur cette affaire. (*V. plus bas, n°* 4780.)

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 141, f. 133 (copie contemp.).

Datum Valencie, XI kalendas januarii, anno predicto [MCCC septimo][1].

4780. — 23 décembre 1307, Valence.

Le même écrit à Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, pour réclamer la délivrance d'un legs de biens meubles et de dix mille Tournois, que Bernard-Guillaume d'Entença, qui avait pris l'habit de l'ordre à Chypre, avait fait à l'abbaye cistercienne d'Escarpe pour l'érection de deux chapellenies, et qui était resté entre les mains du grand-maître.

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 141, f. 132 *b* (copie contemp.).

Jacobus, etc., venerabili et religioso viro fratri Fulcho de Vilareto, ordinis sancti Johannis Jherosolimitani magistro, etc. Ex parte nobilis viri Gombaldi de Entença, vassalli nostri, propositum extitit coram nobis quod, cum dudum nobilis vir B[er]n[ardus] G[uillelmi] de Entença, pater suus, ad partes Cipri peregre proficiscens, residuum sui temporis ad Dei servicium obtulisset, fretus consilio saniori ibi habitum dicti ordinis de manu magistri precessoris (*sic*) vestri[2] recepit, de rebus et bonis suis mobilibus, que secum tulerat, primitus ordinando, et inter alia X millia Turonenses[3], quos ibi habebat, monasterio de Scarpio, ubi sui majores ab antiquo tempore elegerant sepulturam, in hedifficatione et constructione duarum capellaniarum dari voluit et expendi, sicut jamdiu per eum fuerat ordinatum, et quod, post habitus susceptionem, procuravit quantum potuit quod dicta pecunia ad prefatum monasterium, si posset fieri comode, defferretur. Set defficiente opportunitate, bona

1. Le même jour le roi donna à l'abbé un sauf-conduit, adressé aux gardes des ports et des routes du royaume de France; l'abbé se rendait auprès de Charles II d'Anjou, roi de Naples, alors en Provence (Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 141, f. 133). Il devait probablement gagner de là Poitiers, pour y rencontrer le grand-maître.

2. Guillaume de Villaret, grand-maître (1300-1307).

3. La pièce précédente indique qu'il s'agit de Tournois d'argent.

mobilia et Turonenses retinuit supradictos, quos taliter destinatos comisit dicto predecessori vestro vel fratribus vestri ordinis, sub conditione quod abbati et conventui dicti monasterii, quam primum posset fieri, solventur. Set tam dicto magistro quam dicto B[er]n[ard]o G[uillelm]i viam universe carnis ingressis, non fuit quod de ipso negocio curam gereret efficacem. Verum nobilis antedictus, tanquam filius [et her]es cujus pocius intererat, nostram ad[ie]ns presentiam, supplicavit ut testes, quos dicte ordinationi et peccunie [d]epositioni interfuisse asseruit, ad perpetuam memoriam facere recipi dignaremur. Cujus suplicatione tanquam pia et rationabili acceptata per discretum et dilectum justiciam Aragonie, depositiones eorumdem testium, ad salvandam probationem dicti negocii, in for[m]am publicam redigi jussimus ad cautelam. Demum e[tiam] postulavit ut de bonis dicti ordinis, sub [terris] nostris constitutis, vel sibi satisfieri in dicta peccunia et bonis, vel saltem indulgeremus eidem licentiam pignorandi. Nos vero, volentes sibi in hac parte congruencius providere, deliberavimus vobis presens negocium intimare, rogando dilectionem vestram et nichilominus attentius requirendo quatinus, ut tam pii operis executio compleatur, dictam peccuniam faciatis dicto abbati[1], qui ad vestram est presentiam accessurus pro repetitione ipsius, et eidem tanquam procuratori dicti nobilis Gombaldi residua mobilia, cessante difficultate qualibet, tribui et exsolvi. Et nos regratiabimur vobis multum, idque gratum habebimus et acceptum. Alias si solutionis repulsam, quod non credimus, in vobis contingeret inveniri, haberemus sibi aliter consulere de remedio opportuno. Ad informationem autem dicti negotii pleniorem, fecimus dari transumptum autenticum dictarum depositionum memorato abbati, ut exinde, si forte dubitaretis, possit vestra conscientia informari. Datum Valencie, x kalendas januarii, anno Domini MCCC septimo.

4781. — 29 décembre 1307, Valence.

Le même supplie le pape Clément V, au cas où l'ordre du Temple serait déposé, d'attribuer au monastère de Sigena les églises du Temple de Ballovar, d'Ontiñena, de Pomar et d'Alcolea de Cinca.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 335, f. 326 (copie contemp.).

Sanctissimo ac reverentissimo in Christo patri ac domino, domino Clementi, divina providentia sacrosancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici, Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, etc. Quia monasterium Sexene, situm in regno nostro Arag[onie], per progenitores nostros fundatum est, et largitionibus, libertatibus, privilegiis et aliis graciosis favoribus per eosdem progenitores nostros ac per nos decoratum existit, pluraque corpora eorumdem progenitorum jacent in ipso monasterio tumulata, nos etiam Blancham, filiam nostram inclitam[2], in eodem monasterio collocavimus, inibi Altissimo servituram, hiis itaque de causis teneamur ipsum monasterium diligere et honorare, et que sint sibi utilia procurare, idcirco clementiam beatitudinis vestre supplices exoramus quatinus, si ordinem fratrum milicie Templi, qui, pro detestabili crimine heresis vehementer suspecti sunt, destitui seu deponi et bona eorum occupari contigerit, dignetur ipsa clementia ecclesias, quas dicti fratres Templi habebant et possidebant in locis de Vayllobar, de Entinyena, de Pomar et de Alcoleya, sitis in dicto regno Aragon[ie], convicinis ipsi monasterio,

1. Bernard, abbé d'Escarpe.

2. Elle fut prieure de Sigena de 1321 à 1347.

conferre et assignare, nostri honoris intuitu, monasterio prelibato. Omnipotens Christus personam vestram preelectam conservare dignetur ecclesie sue sancte per tempora longiora. Datum Valencie, IIII kalendas januarii, anno Domini MCCC septimo[1].

4782. — 1308.

Nicolas I, duc de Troppau, reconnaissant que les rapports qui lui ont été faits sur l'ordre de l'Hôpital sont faux, ratifie en sa faveur les biens et droits que les Hospitaliers tenaient des ducs, ses ancêtres, c'est-à-dire Gröbnig et ses dépendances, Leissnitz et les bois qui en dépendent, Schammerwitz, Dirschel, Babitz, Schönbrunn, Jernau, Leimerwitz et Wernersdorf.

Source: Breslau, Arch. d'état, histoire de la command. de Gröbnig, manuscrit de Gaerth, p. 363 (analyse d'après une confirmation de 1519). — Analyse: *Cod. dipl. Silesiæ*, VII, IV, 119, n° 2976; Fr. Kopetzky, *Die Reg. zur Gesch. des Herzogthums Troppau* (Vienne, 1871), n° 195.

4783. — 1308.

« *Vidimus d'un accord, fait entre Jean, comte de Dreux, seigneur de Montpensier et d'Hermant*[2], *et frère Ponce de Fay, grand-prieur d'Auvergne, par laquelle il est dit que la haute justice demeurera audit comte dans les villages ci-après, scavoir à Arfeuiolle, la Rivière, Rozet, les combes du Lezil, del Deolle, de la Villatte, de Bisage et de Villevent, plus en la terre de Couzat et en la ville de Rivière; et audit grand prieur appartiendront les amandes jusques à soixante sols; comme aussy la haute justice dans la ville de S. Jullien appartiendra audit comte, et la chasse audit prieur. De l'an* 1308. — *Y jointe une commission au sujet de la justice sur le mas de S. Jullien et de Feuliant; il y a coppie.* »

Analyse: Lyon, Arch. du Rhône, langue d'Auvergne, H. 2, f. 277 (invent. de Batteney, XVIII° s.)[3].

4784. — 8 janvier 1308, Valence.

Jacques II, roi d'Aragon, donne reçu à Thérèse Ximenès d'Urrea, prieure de Sigena, d'une caisse et d'une boîte, contenant des papiers et des actes, que le roi Jacques I, son aïeul, avait mis en dépôt au monastère.

Source: Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 140, f. 88 (copie contemp.).

Datum Valencie, VI idus januarii, anno Domini MCCC septimo.

1. Le même jour le roi recommanda Laurent Martinez, chargé de remettre cette supplique au pape, et la supplique elle-même aux cardinaux Landolphe [Bancaccio], cardinal diacre de S. Ange, Bérenger [Fredoli], cardinal prêtre des SS. Nérée et Achille, Raymond [de Got de Villandrant], cardinal diacre de S. Marie Nouvelle, François [Caetani], cardinal diacre de S. Marie in Cosmedin, et à Arnaud Novelli, abbé de Fontfroide, vice-chancelier de Clément V.

2. Il tenait ces deux seigneuries du chef de sa femme Jeanne de Beaujeu, fille d'Humbert de Beaujeu, connétable de France.

3. Cette pièce, que Batteney a inventoriée sous la cote: « Tortebesse, chap. 4, n° 1 », est perdue.

4785. — 18 janvier 1308, Valence.

Le même ordonne au viguier, à la cour et au bailli de Lérida d'autoriser la prieure et les Hospitalières d'Alguayre à faire percevoir une rente de cinq cents sous de Jaca, à laquelle elles avaient droit pour l'entretien des chapelles fondées dans leur monastère par Elissende de Moncada; cette rente, assise sur le château de Torres, dépendant du Temple, n'avait pu être touchée à cause du séquestre mis sur les biens des Templiers.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 141, f. 161 *b* (copie contemp.).

Vicario et curie ac bajulo Ilerde, etc. Procurator ordinis Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani exposuit coram nobis quod nobilis Eligsendis de Montecathano quondam instituit quasdam capellas seu capellanias in monasterio de Alguayre, quibus assignavit et dedit seu legavit quingentos solidos Jaccenses annuatim, quos ipsa debebat recipere ac sibi retinuerat in castro seu loco vocato Torres, ordinis milicie Templi. Et quare, ratione empare, quam per vos fieri fecimus de dicto castro de Torres et aliis bonis Templariorum in jurisdictione vestra constitutis, impediuntur dicti quingenti solidi monasterio supradicto, quod consuevit eos ex causa supradicta recipere et habere ; unde, cum nolimus nec intentionis nostre existat quod bona aliorum, et ea precipue que ad divinum cultum dedicata sunt, propter mandatum nostrum predictum emparari debeant vel aliquatenus impediri, vobis dicimus et mandamus quatinus quicquid inveneritis priorissam et conventum pretacti monasterii de Alguayre debere ac consuevisse recipere et habere ex causa predicta in dicto castro seu loco de Torres, permittatis ab eis recipi et haberi, non obstante empara nostra predicta, nullumque super eo impedimentum vel obstaculum apponatis eisdem, faciendo ipsis responderi et satisfieri integre de premissis, ut extitit consuetum. Datum Valencie, xv kalendas februarii, anno predicto [MCCC septimo][1].

4786. — 19 janvier 1308, Poitiers.

Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, concède à vie à Sanche de Farges, damoiseau, les maisons de Cap Cornau et de Conchias en Gascogne.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s., d'après les Arch. du Vatican); Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 221 *b* (copie contemp., dans une confirm. de Clément V, de 1310); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 345 (copie de Smitmer, xviiie s., d'après la même confirmation). — Analyse : *Reg. Clementis pp. V*, V, 315, n° 6062.

Frater Fulco de Vilareto, Dei gratia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, nobili viro Sancio de Fargiis, domicello, salutem et dilectionem sinceram. Sincere dilectionis et integritatis puritas, quam genus tuum ab antiquo erga domum nostram habere visum est, eam prosequendo favoribus et gratiis in quibus potuit, ac in grandi parte se

1. Un mandement de Jacques II à Pierre de Cardona, administrateur pour le roi des commanderies du Temple de Gardeny, Corbins, Torres et Agibut(?), daté de Valence, du 16 août 1308, se référant au mandement ci-dessus, qui n'avait pas reçu exécution, ordonne de donner sans retard satisfaction à la prieure et au couvent d'Alguayre. (Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 142, f. 143, copie contemp.)

sepeliri in domus nostre cimiterio jubendo, et obsequiose placiditatis obsequia, que nobis et domui in Romana curia specialiter, omni semota segnitie, in quibus scivisti et potuisti exhibueris et exhibebis, favente Deo, successive de bono in melius, nos inducunt et invitant ut tuis desideriis, in quibus comode possumus, favorabiliter annuamus. Sperantes igitur quod domus nostre de Capite Cornali et de Concias in Vasconia, quas petivisti supplicando humiliter a nobis tibi dari et concedi, per tuam diligentiam et industriam reparari et emendari possent, domos ipsas cum omnibus grangiis, membris, juribus, pertinenciis et appendiciis suis, quecunque et ubicunque sint, tibi tanquam benemerito et in recompensationem servitiorum, per te et tuos nobis et domui devote impensorum, de communi voluntate et expresso assensu fratrum nobis assistentium, ex auctoritate et potestate nobis per conventum nostrum transmarinum attributis, extantibus inde patentibus litteris, nostra et ipsius conventus bulla plumbea signatis, habendas, tenendas, regendas, utifruendas et pacifice possidendas, quamdiu vixeris, tradimus, conferimus per presentes, concedimus et donamus, ita tamen quod tu priorem nostrum S. Egidii locumque suum tenentem, cum per domos ipsas transierint causa visitationis, honorifice recipere, honeste tractare, ei et familie sue in necessariis decenter providere, responsiones debitas et solitas annis singulis integre et absque diminutione solvere, statum domorum ipsarum annis singulis priori. S. Egidii predicto seu ejus locum tenenti per nuntium tuum in capitulo Tholosano significare, capellis seu ecclesiis dictarum domorum serviri facere bene et decenter per sacerdotem secularem, seu alium nostre religionis seu alterius, alienata et distracta de bonis et rebus dictarum domorum recuperare, et ad jus et proprietatem Hospitalis revocare pro viribus, ac ipsas domos reparare, emendare, meliorare et augumentare in quibus comode poteris, tenearis. Quocirca districte precipiendo mandamus fratribus nostris, dictas domos tenentibus, quod eas tibi, vel procuratori tuo, cum omnibus et singulis membris, grangiis, juribus, pertinentiis et appenditiis suis assignent integre, et te vel procuratorem tuum de eisdem investiant, et in possessionem corporalem inducant infra octo dies postquam a te vel procuratore tuo super hiis fuerint requisiti. Volumus autem quod predicti fratres, dictas domos tenentes, ipsas domos nomine tuo regant et teneant, fructusque, exitus et proventus, inde perceptos et percipiendos, recipiant et habeant usque ad primum futurum capitulum Frontonii aut in Tholosano alibi celebrandum. Quo capitulo celebrato, auctoritate propria de ipsis domibus, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, apprehendere possis corporalem possessionem, ita tamen quod fructus et exitus ipsarum domorum, percepti et percipiendi usque ad predictum capitulum, sint et esse debeant predictorum fratrum, domos predictas tenentium nunc, pro faciendo, sicut de suis, sue beneplacito voluntatis. Te vero ab hac luce migrante, domus ipse, cum omnibus et singulis membris, grangiis, juribus, pertinentiis et appenditiis suis, ac universis emendamentis, melioramentis et incrementis per te in ipsis faciendis, sublata contradictione quacumque, ad nos et domum plenarie revertantur. In quorum omnium testimonium et certitudinem, bulla nostra plumbea presentibus est appensa. Datum Pictavis, die decima nona mensis januarii, anno Domini MCCCVII.

4787. — 21 janvier 1308, Poitiers.

Le pape Clément V renouvelle la bulle de Boniface VIII, du 23 mars 1299 : « Etsi cunctos ». (*V. plus haut*, III, *n°* 4449.)

SOURCES : Lisbonne, Arch. roy. de Portugal, Malta 28, f. 60 *b* (copie, XVIIIe s.) ; Lucques,

Bibl. publ., ms. 988, f. 402 (copie de S. Pauli, xviii[e] s., d'après les Arch. de Malte); Lyon, Arch. du Rhône, langue d'Auvergne, H. 29, n° 3 (orig., adressé à l'abbé de S. Michel de l'Aiguille (Securetum) au diocèse du Puy; Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. X, n° 36 (orig., adressé à l'abbé de Sarlat au diocèse de Périgueux); Wurtzbourg, Arch. roy., cartul. 141, f. 112 (copie, xvi[e] s., bulle adressée au trésorier de l'église de Wurtzbourg)[1].

Dat. Pictavis, xii kalendas februarii, pontificatus nostri anno iii.

4788. — 28 janvier 1308, Poitiers.

Le pape Clément V renouvelle, en l'adressant au trésorier de l'église de Wurtzbourg, la bulle de Boniface VIII, du 23 mars 1299 : « Etsi cunctos ». (V. plus haut, III, *n°* 4449.)

Sources: Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean, command. de Wurtzbourg, liasse 14 (orig. bullé); Stuttgart, Arch. de Wurtemberg, ordre de Malte, privilèges apostoliques (copie scellée des juges de Spire, du 15 mars 1335).

Dat. Pictavis, v kalendas februarii, pontificatus nostri anno iii.

4789. — 8 février 1308, Nidau.

Rodolphe II, comte de Neufchâtel, seigneur de Nidau, landgrave du pays de l'Aar, met fin, comme arbitre, à un procès pendant entre les Hospitaliers de Thunstetten, Reiden et Buchsee, représentés par Burchard de Swandon, leur commandeur, et Jean d'Entfelden, au sujet de biens sis près de Söleure à Bellach, Lüsslingen et Grenchen.

Source : Berne, Arch. d'état, liasse Aarwangen (orig. scellé). — Texte : *Fontes rerum Bernensium,* IV, 314, n° 283.

Datum et actum Nidowe, sub anno Domini mccc septimo, die predicta [feria quinta post festum beate Agathe].

4790. — 24 février 1308, Poitiers.

Le pape Clément V renouvelle, en l'adressant au prévôt de l'église du Puy, la bulle d'Alexandre IV, du 21 janvier 1259 : « Dilectorum filiorum ». (V. plus haut, II, *n°* 2913.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 24, n° 166 (orig. bullé).

Dat. Pictavis, vi kalendas martii, pontificatus nostri anno iii.

4791. — 24 février 1308, Villingen.

Egon VI, comte de Furstenberg et landgrave de Baar, certifie que Gérold de

1. Il est probable que le copiste a commis une erreur dans la transcription de la date, et que cette bulle doit être reportée au 28 janvier 1308, date de la bulle originale. (V. plus bas, n° 4788.)

Bruggen a cédé, moyennant seize livres de monnaie de Brisgau, aux Hospitaliers de Villingen une dîme à Dürrheim, appelée « Wichenzehnten »[1].

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, 20 sp., 12 (orig. scellé). — Analyse : *Fürstenberg. Urkundenbuch,* II, 31. — Texte : *Zeitschrift für Geschichte des Oberrheins,* XI, 450.

Der wart geben ze Vilingen, an sant Mathyas abende, in dem jare do man zalte von Gottes gebúrte drúzehen hundert und acht jare.

4792. — 26 février 1308, Poitiers.

Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, donne à vie à Jacques de Lavegia, bourgeois de Plaisance, la maison de Montali, près de Plaisance.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s., d'après les Arch. du Vatican); Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 229 (copie contemp., d'après une confirmation de Clément V, du 24 septembre 1310); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 341 (copie de Smitmer, xviii[e] s., d'après les Arch. du Vatican). — Texte : *Reg. Clementis pp. V,* V (Rome, 1887), 328, n° 6092.

Noverint universi, presentes litteras inspecturi, quod nos frater Fulco de Villareto, Dei gratia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, pensantes intrinsecus obsequiose placiditatis grata et accepta comoda, munera et obsequia, que reverendus pater in Christo Anthonius, divina providente clementia patriarcha Jerosolimitanus et episcopus Dunelmensis dignissimus, et magnificus et potens vir dominus Otho de Grandissono, miles egregius, nobis et domui nostre benivolis et piissimis impenderunt affectibus sollicite, diligenter et prompte, omni procul semota desidie labe, ac ea que impendere poterunt imposterum continue, ob contemplationem eorum quorum votis et petitionibus in hiis et majoribus etiam repulsam dare non possumus nec debemus, et que eciam dilectus noster ipsorum servitor et familiaris Jacobus de Lavegia, pro quo nos affectuose suis precibus flagitarunt, nobis et ipsi domui impendit et impendere potest in futurum, eidem Jacobo tanquam benemerito domum nostram de Montali juxta Placentiam, prioratus Lombardie, cum omnibus et singulis juribus, pertinentiis et appenditiis ad ipsam domum quoquomodo spectantibus, sub annua pensione et responsione sex marcharum argenti boni, puri et legitimi ad pondus Montispesulani, solvendarum annis singulis .. priori nostro Lombardie, vel nostro aut ejus locum tenenti, qui nunc est et pro tempore fuerit, in capitulo per eorum alterum anno quolibet celebrando, habendam, tenendam, regendam, utifruendam commisimus, tradidimus, quamdiu vixerit, et pacifice possidendam, ita tamen quod idem Jacobus priorem nostrum Lombardie et nostrum ac ejus locum tenentem, cum ad ipsam domum declinaverint, honorifice recipere, honeste tractare, eis et familie sue cum equitaturis suis decenter in necessariis providere, domum ipsam reficere, reparare, meliorare, emendare, manutenere, protegere et augmentare in quibus poterit teneatur. Obeunte autem dicto Jacobo, predicta domus, cum omnibus suis juribus et pertinentiis ac universis et singulis emendamentis, melioramentis et incrementis per ipsum in ea faciendis, ad nos et domum nostram libere et integre, obstaculo, contradictu et impedimento sublatis et quiescentibus, revertatur. Eapropter precipiendo districte mandamus in Christo

1. Cette dîme portait le nom de la famille Wichl, très puissante à cette époque à Dürrheim.

nobis carissimo fratri Jacobo de Canellis, locum nostrum tenenti in prioratu predicto, vel vice sua fungenti, quod dictam domum, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, in proximo capitulo, per eorum alterum post presentationem presentium in ipso prioratu celebrando, eidem Jacobo vel procuratori suo tradant liberaliter et assignent. In cujus rei testimonium, bulla nostra plumbea presentibus est appensa. Dat. Pictavis, die vicesima sexta mensis februarii, anno verbi incarnati millesimo trecentesimo septimo.

4793. — 21 mars 1308, Valence.

Jacques II, roi d'Aragon, accrédite auprès du grand-maître de l'Hôpital son conseiller et familier Jean Burgundi, sacristain de Majorque et chanoine de Valence, pour terminer les négociations interrompues par la mort du plénipotentiaire François de Pinu[1].

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 334, f. 138 *b* (copie contemp.).

Jacobus, etc., venerabili et religioso viro fratri Guillelmo[2] de Vilareto, magistro majori ordinis Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani, salutem et dilectionem. A vestra memoria non credimus recessisse qualiter, pro quibusdam nostris negotiis expediendis, ad vestram presentiam fidelem nostrum Franciscum de Pinu, quondam de domo nostra, vobis tunc existente in regno Cipri, duximus destinandum. Que quidem negotia, licet pro parte nostra vobis exposita fuerint per eundem, superveniente casu mortis dicto Francisco, non fuerunt effectum debitum consequta. Nunc autem existentibus necessario quibusdam in proximo agendis a nobis ut predicta inchoata negotia votivum exitum consequantur, dilectum consiliarium et familiarem nostrum Johannem Burgundi, sacristam Majorice et canonicum Valentie, latorem presentium, ad vos propterea nunc providimus destinandum, cui comendavimus dicta negotia vobis per eum oretenus explicanda. Igitur dilectionem vestram, de qua multum confidimus, attente rogamus quatinus dicti sacriste super premissis relatibus indubitanter credatis, et ea, si placet, honoris nostri in casu hujusmodi, de quo prediximus, velitis effectui mancipare. Istud autem regratiabimur vobis multum, et propterea etiam constituetis nos ad vestri et Hospitalis predicti promotiones et gratias exhibendas ulterius promptiores. Datum Valencie, XII kalendas aprilis, anno Domini MCCC septimo.

4794. — 1 avril 1308, Poitiers.

Le pape Clément V ordonne à l'évêque de Bisaccia, au prévôt d'Aix et à Bertrand de Léoncel, chanoine d'Aix, collecteurs de la dîme que le S. Siège avait ordonné de lever pour deux ans sur les terres de Philippe de Savoie, prince d'Achaïe, en Romanie et aux diocèses d'Arles, Aix, Embrun, Vienne et Lyon (ce dernier pour la partie qui ne relevait pas du royaume de France, à l'exception des domaines du comte de Savoie et des sires de Beaujeu) dans le but de recouvrer les terres détenues dans cette

1. Cette pièce suit immédiatement dans le registre celles qui se réfèrent à la suppression des Templiers ; la mission confiée à Jean Burgondi avait donc le même objet. Toutes les pièces relatives aux négociations entamées entre le pape et le roi d'Aragon au sujet de l'ordre du Temple nous ont été conservées dans ce même registre (f. 135 et suiv.).

2. Il semble qu'il faille corriger en : Fulconi.

principauté par les Grecs schismatiques, d'exempter les Hospitaliers et les Templiers du paiement de cette dîme. — « *Fideli nuper assertione* ».

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIII[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 69 (copie contemp.). — TEXTE : *Reg. Clementis pp. V*, III, 84, n° 2693.

Dat. Pictavis, kalendis aprilis, [pontificatus nostri] anno III.

4795. — 13 avril 1308, Poitiers.

Le pape Clément V ratifie l'autorisation donnée par Gentile de Montefiore, cardinal de S. Martin in Montibus, à Elziac de Mondragone, ex-frère du Temple, d'entrer dans l'ordre de l'Hôpital. (*V. plus haut, n°* 4561.)

SOURCES: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIII[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 62 (copie contemp.). — ANALYSE: *Reg. Clementis pp. V*, III, 75, n° 2649.

[Clemens, etc.], dilecto filio Elziacio de Montedracono, militi, fratri Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, [salutem, etc.]. Porrecta nobis ex parte tua petitio continebat quod, licet tu olim fueris ordinem militie Templi professus, occasione tamen quorumdam gravaminum et injuriarum intollerabilium et enormium, tibi in eodem ordine illatorum, et quia alias anime tue salutem in dicto ordine non videbas, deliberatione prehabita ordinem exivisti predictum, et, per triennium tanquam vagabundus apud sedem apostolicam commorans, tandem per dilectum filium nostrum fratrem Gentilem, tituli S. Martini in Montibus presbiterum cardinalem, auctoritate felicis recordationis Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, cujus idem cardinalis tunc penitentiarie curam gerebat, obtinuisti ab excommunicationis sententia et apostasia, quas propter hoc incurreras, te absolvi, ac tecum etiam dispensari ut transferre te posses ad aliquem de ordinibus approbatis. Cum autem tu, hujusmodi dispensatione obtenta, ad ordinem sancti Johannis Jerosolimitani te duxeris transferendum, et profexionem, prout asseris, emiseris in eodem, nos, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinale in hac parte actum est ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, tibi nichilominus concedendo licentiam de Romana curia recedendi. Nulli, etc. Dat. Pictavis, idibus aprilis, [pontificatus nostri] anno III.

4796. — 24 avril 1308, Poitiers.

Le même, à la requête d'Ithier de Nanteuil, grand-prieur de France, autorise Nicolas Bruloze, curé de Ceintrey (de Cintereyo), au diocèse de Toul, à percevoir les grosses dîmes de cette paroisse pendant trois ans, sans être obligé à résider à Ceintrey, à condition de se faire promouvoir à la prêtrise. — « *Apostolice sedis copiosa*[1] ».

SOURCE: Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 71 (copie contemp.). — ANALYSE: *Reg. Clementis pp. V*, III, 81, n° 2704.

Dat. ut supra [Pictavis, VIII kalendas maii, pontificatus nostri anno III].

1. Le même jour la chancellerie pontificale adressa des bulles de même teneur à Bozzolo (Bosolus) de Parme, prévôt de Mantoue, chapelain du pape, au doyen et à l'archidiacre de Vittel (diocèse de Toul).

4797. — 2 mai 1308.

Jean de Laodicée, prieur de l'Hôpital (prior conventus transmarini) et lieutenant du grand-maître Foulques de Villaret dans la grande préceptorerie d'Espagne, concède à Pierre de Ripa l'office de bailli d'Aviñonet, avec l'assentiment de Pierre de Solers, châtelain d'Amposte, et d'Arnal d'Olms (de Ulmis).

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, n° 52 (orig., fragm. de sceau).

Datum VI idus madii, anno Domini millesimo trecentesimo octavo.

4798. — 27 mai 1308, Poitiers.

Le pape Clément V ordonne au patriarche de Jérusalem, aux évêques de Limisso et de Famagouste de remettre le pallium à Jean, profès de l'ordre de l'Hôpital, archevêque de Tharse. Le pape Benoît IX avait, par sa bulle du 2 avril 1304 : « Pro parte » (V. plus haut, n° 4646), ordonné cette remise, mais la mort du pontife en avait empêché l'exécution. — « Ex parte dilecti ».

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 87 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 321 (copie de Smitmer, XVIIIe s.). — Analyse : *Reg. Clementis pp. V*, III, 106, n° 2802.

Dat. Pictavis, VI kalendas junii, [pontificatus nostri] anno III.

4799. — 30 mai 1308.

Hermann de Mayence, commandeur de Francfort, lieutenant en Allemagne du grand-commandeur d'outre-mer, et les Hospitaliers de Francfort vendent à Wigelo de Wohnebach (Wanebach), bourgeois de Francfort, le quart d'une maison et d'un domaine (curia) à Rossebühel, dans la ville de Francfort.

Source : Francfort sur le Mein, Arch. munic., fonds de Liebfrauen, n° 603 (orig. scellé)[1]. — Texte : Boehmer, *Cod. diplom. Moenofrancofurtanus* (Francfort sur le Mein, 1836), 381.

4800. — 20 juin 1308.

Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, concède à Arnaud de Noalhan, damoiseau, du diocèse d'Agen, à la requête d'Amanieu VII, sire d'Albret, la maison de S. Romain, près de Casteljaloux.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIIIe s., d'après les Arch. du Vatican); Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 144 (copie contemp., d'après une confirmation de Clément V, du 27 septembre 1310); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 343 (copie de

1. Le sceau d'Hermann de Mayence est rond, en cire jaune, de 3 centimètres de diamètre. Au centre, un écu portant deux vols. La légende, entre deux cercles concentriques, est : † S : FRIS HERMANN.....VNTIA.

Smitmer, XVIIIe s., d'après la même confirmation). — TEXTE : *Reg. Clementis pp. V*, V, 214, n° 5677.

Noverint universi, presentes litteras inspecturi, quod nos frater Fulco de Villareto, Dei gratia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, attendentes sincere dilectionis puritatem, quam nobilis et potens vir Amanevus de Lebreto, miles, ejusdem loci dominus, ac genus suum erga religionem nostram gerere et gessisse probantur, ipsam largitionibus et gratiis prosequendo favorabiliter, ob ipsius domini Amanevi, cujus vota, in quibus comode possumus, tenemur liberaliter admittere, considerationem, domum nostram de S. Romano prope Castrum Gelozium, Agennensis diocesis, cum omnibus suis juribus, pertinentiis, de consilio, voluntate et expresso assensu fratrum nobis assistentium, ex auctoritate et potestate nobis per conventum nostrum transmarinum attributis, extantibus inde patentibus litteris, nostra et ipsius conventus bulla plumbea signatis, habendam, tenendam, regendam et pacifice possidendam, per presentes tradimus, damus, concedimus et conferimus Arnaldo de Noalhano, domicello, dicti domini Amanevi nepoti, quamdiu vixerit, sperantes quod sub ipsius Arnaldi regimine, accedente ad hoc prefati domini Amanevi suffragio, domus predicta plurimis proficiet incrementis. Sciendum est tamen quod idem Arnaldus debet et tenetur ex pacto priorem nostrum S. Egidii et ejus locum tenentem, cum per domum ipsam causa visitationis transierint, honorifice recipere, honeste tractare, eis et familie sue et equitaturis in necessariis decenter providere, responsionem solitam, tallias et alia consueta annis singulis integre et absque diminutione solvere et reddere prefato priori vel mandato suo, statum domus ejusdem capitulo Frontonii vel alibi in Tholosano celebrando annuatim per nuntium proprium significare, unum fratrem sacerdotem nostri ordinis et unum clericum in dicta domo tenere, eis providere decenter in vite necessariis, fratres, nuntios et cursores nostros, euntes et redeuntes, recipere, eis ministrare necessaria, sequi cursum domorum aliarum consuetum in omnibus, domum ipsam et ejus jura ac rationes manutenere, defendere et amparare pro viribus, ac eam reficere, reparare, meliorare, emendare, et in quibus poterit augmentare. Dicto vero Arnaldo de Noalhano ab hac luce migrante, sepedicta domus S. Romani, cum universis et singulis juribus suis, pertinentiis et appenditiis, ac cum omnibus emendamentis, melioramentis in ea per ipsum faciendis, ad nos et domum nostram libere, contradictione, obstaculo et impedimento quibuslibet cessantibus et omnino quiescentibus, revertatur. Quocirca precipiendo mandamus in Christo nobis carissimo priori S. Egidii et ejus locum tenenti quatenus domum predictam S. Romani, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, assignent integre, postposito contradictore quocunque, eidem Arnaldo, vel procuratori suo, in proximo futuro capitulo, per eorum alterum post presentationem presentium celebrando. In quorum omnium testimonium et certitudinem, bulla nostra plumbea presentibus est appensa. Datum Pictavis, die vicesima junii, anno Domini millesimo trecentesimo octavo.

4801. — 7 juillet 1308, Poitiers.

Le même donne à Jourdaine de Villaret, prieure de Fieux, au diocèse de Cahors, la maison de Curemonte dépendant du grand-prieuré d'Auvergne.

SOURCES : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 130 (orig.); Paris, Bibl. nat., coll. Doat., vol. 123, f. 245 (copie certifiée de 1666).

Noverint universi, presentes litteras inspecturi, quod nos frater Fulco de

Vilareto, Dei gratia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, attendentes monasterium nostrum de Feudis, Caturcensis dyocesis, adeo redditus et proventus tenues et exiles habere quod sustentationem in Christo nobis dilecte sororis Jordane de Vilareto, priorisse, ac dominarum ejusdem monasterii, constructionemque operum in eo faciendorum neccessario sufficere commode nequeunt, volentesque quod priorissa predicti monasterii suis et dominarum aliarum neccessitatibus opportunis valeat providere, domum nostram de Curamontano, subjectam prioratui nostro Arvernie, cum omnibus membris, grangiis, juribus, pertinentiis ac dependentiis suis, eidem priorisse, de voluntate, consilio et expresso assensu fratrum nobis assistencium, ex autoratate (*sic*) et potestate nobis per conventum nostrum transmarinum atributis, extantibus inde patentibus litteris, nostra et ipsius conventus bulla plumbea signatis, habendam, tenendam, regendam et possidendam pacifice tenore presentium tradimus, comittimus et concedimus, donec permutatio de dicta domo de Caromontano cum ecclesia de Cassilhaco, de qua permutatione dudum tractatus aliqui habiti sunt, ad quod ipsam priorissam vaccare attente volumus, consummata fuerit, et benefecerit in eadem, ita tamen quod ipsa priorissa priorem nostrum Arvernie et ejus locum tenentem, cum per domum ipsam causa visitationis transierint, honorifice recipere, honeste tractare, eis et familie sue cum equitaturis suis decenter in neccessariis providere, responsionem solitam, tallias et alia consueta annis singulis integre et absque diminutione solvere et reddere, statum domus ejusdem ad capitula prioratus predicti Arvernie significare, domum ipsam reficere, reparare, emendare, meliorare et aucmentare in quibus comode poterit, sequi cursum domorum aliarum consuetum in omnibus, dicto priori et ejus locum tenenti ut superioribus suis subesse in justiciis ceterisque domus nostre consuetudinibus et usibus, ac eis parere reverenter in cunctis honestis et licitis, pro ipsa domo teneantur, hoc tamen excepto quod eidem priori, aut ejus locum tenenti, non liceat per justiciam septene quadrageneve ipsi priorisse domum ipsam subtrahere vel auferre, aut in eadem fratres, sorores, donatos vel aliam familiam sup[er]ponere, sive inde extrahere ultra consuetum numerum preter ejusdem priorisse gratuitam voluntatem absque mandato nostro et licencia speciali, sive eam in predictis impedire, turbare, inquietare vel aliter molestare. Quocirca tenore presencium precipiendo districte mandamus fratri .., domum ipsam nunc tenenti, ut, infra octo dies post presentationem presencium, domum ipsam, cum universis et singulis membris, grangiis, juribus et pertinenciis suis, eidem priorisse vel ejus certo mandato tradat liberaliter et asignet integre, contradictu, repugnaculo et obstaculo quibuscumque sublatis. In cujus rei testimonium, bulla nostra plumbea presentibus est appensa. Datum Pictavis, die septima julii, anno Domini millesimo trecentesimo octavo.

4802. — 18 juillet 1308, Egerkingen.

Othon, comte de Falkenstein, sa femme et son fils Rodolphe vendent aux Hospitaliers de Thunstetten et Reiden, moyennant cent marcs d'argent, le domaine d'Egerkingen, avec le droit de présentation à l'église.

Source : Lucerne, Arch. cant., command. de Hohenrain (copie, fin xvie s.). — Texte : *Fontes rerum Bernensium*, IV, 331, n° 299.

Dis geschach und ward diser brief gebenn zu Egerchingen, do man zalt von

Gottes geburte drúzechen hundert und acht jar, an dem dornstag vor sant Maria Magdalena tage.....

4803. — 21 juillet 1308, Poitiers.

Le pape Clément V ordonne aux évêques de Girone et de Vich et à Guillaume de Boleno, chanoine de Tarragone, de mettre les Hospitaliers d'Amposte en possession des châteaux de Cadaques et de Turritiis, que Pons Hugues III, comte du Lampourdau, leur contestait.

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 10, n° 37 (orig.).

Clemens, etc., venerabilibus fratribus Gerundensi et Vicensi episcopis, ac dilecto filio Guillelmo de Boleno, canonico Terrachonensi, salutem, etc. Peticio dilectorum filiorum magistri et fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani de castellania Emposte nobis exhibita continebat quod, cum ipsi dudum nobilem virum Pontium Hugonis, comitem Imperiarum, Gerundensis diocesis, super castris de Cadaquers et de Turritiis ac rebus aliis, ad dictos magistrum et fratres spectantibus, super quibus dictus nobilis magistro et fratribus eisdem injuriabatur, coram priore S. Pauli de Campo Barchinonensis auctoritate convenissent, tandem dictus nobilis, quodam conficto (*sic*) gravamine ab eodem priore, ad sedem appellavit, ac dictus prior, appellationi hujusmodi deferens, partibus ipsis ad comparendum in Romana curia, cum omnibus actis et munimentis, ejusdem appellationis et negocii principalis causam contingentibus, certum peremptorium terminum assignavit. Cumque nos postmodum causam hujusmodi dilecto filio magistro Castellano de Tenusio, capellano nostro ac palatii apostolici auditori, (causam) audiendam et decidendam [fine] debito duxerimus commitendam, et, comparente in judicio coram eodem auditore magistro Arnaldo de Morlaus, procuratore dictorum magistri et fratrum procuratorio nomine eorumdem, dictus auditor ad ejus instantiam predictum nobilem ac procuratores ipsius, si qui essent in Romana curia, primo, secundo et tercio ac quarto etiam citari fecit in audientia publica, ut moris est, ut compareret, certis ad hoc statutis terminis, coram eo in dicta causa, mediante justicia, processurus. In quibus eodem nobili per se vel per alium minime comparente, ac predicto Arnaldo in singulis predictis terminis comparente et ejusdem nobilis contumaciam accusante, predictus auditor, instante prefato magistro Arnaldo, eundem comitem et ejus procuratores ad videndum productionem eorum, per que probari debebat causam predictam ad sedem eandem devolutam esse et apud eam tractari et finiri debere, ac tempora predicte appellationis prosequende fore lapsa, et deinde ad obiciendum si quid vellet contra acta et munimenta, per magistrum Arnaldum predictum producta, et demum ad interlocutoria super hoc audienda(m), citari fecit in audientia supradicta. Sed eodem nobili in assignatis ei ad hoc terminis competentibus coram auditore predicto minime comparente, memoratus auditor, ad instantiam predicti magistri Arnaldi, prefatum comitem, ad actus in audientia predicta citatum, de consilio et assensu coauditorum suorum predicti palatii, quibus super hoc relationem fecit, exigente justicia reputans contumacem, pronuntiavit causam prefatam fuisse ad predictam curiam legitime devolutam, et in ea tractari et finiri debere, ac demum appellationis predicte fuisse lapsa tempora prosequendi, ipsum appellantem in expensis legitimis condempnando. Post hec autem, citato dicto comite ad procedendum in dicta causa prout justicia suaderet, nec eo comparente, supradictus auditor causam ipsam, instante procuratore dictorum magistri et

fratrum, resumpsit in eo statu in quo tempore appellationis prefate coram priore fuerat supradicto, ipsumque comitem, citatum ad respondendum libello dudum pro parte dictorum magistri et fratrum coram dicto priore exhibito, et ad procedendum, prout justicia suaderet, in causa predicta, et eum, non comparentem in termino ipso nec in alio sibi de benignitate prorogato, instante sollicite predicto procuratore eorumdem magistri et fratrum adjudicari sibi ob contumatiam dicti nobilis posessionem rei petite causa rei servande, pronunciavit merito contumacem, ac eum citari jussit ad purgandam suam contumatiam et ad procedendum in causa ipsa justicia mediante. Processu vero temporis comparente in judicio coram eodem auditore Berengario Cavallerii, procuratore dicti nobilis, ac exhibente quedam procuratoria cum libera potestate agendi et defendendi in causa predicta, ac premissis protestationibus suis quedam acta et instrumenta producente, per que probare nitebatur quod causa predicta non erat in curia prefata tractanda, dictoque magistro Arnaldo, procuratore, in contrarium proponente quod, hiis non obstantibus, procedendum erat in negotio principali, sepedictus auditor super iis omnibus contigentibus causam ipsam, presentibus ipsis partibus coram supradictis coauditoribus suis, facta per eundem auditorem publice relatione fideli, ac examinatis omnibus actis et productis in judicio coram eo, auditis etiam ibidem allegationibus partium earumdem, de ipsorum coauditorum consilio et assensu, instantibus postea partibus ipsis in judicio coram eo, pronuntiavit supradictam causam ad dictam sedem devolutam esse, et apud ipsam tractari et finiri debere, ipsumque negotium resumendum in eo statu in quo fuerat coram eo, statuens certum terminum ipsis partibus ad resumendum causam ipsam, ut debebat, justicia suadente. Propter quod dictus Berengarius ad nostram audientiam appellavit; sed dictus auditor, hujusmodi appellationi dicti Berengarii ac aliis ex his secutis velut frustatoriis minime deferens, dictum Berengarium, quem contumacem pluries pronuntiaverat, propter hujusmodi ejus contumatias, et quia jussus lite contestari et procedere prout de jure debebat, id facere contumaciter contempsit, nullam proponens causam rationabilem quare id facere non deberet in scriptis, excommunicavit et mandavit excommunicatum publice nunciari. Demum vero predictus auditor eundem nobilem pluries et peremptorie in predicta audientia citari fecit ad purgandum, per se vel per alium, dicti Berengarii et suam contumatiam, et in causa ipsa etiam procedendum. Quo nullatenus comparente, per menses plurimos expectato, dictoque magistro Arnaldo in quolibet termino comparente, ac ipsius nobilis contumatiam accusante, ac petente sibi et dominis suis predictis per eundem auditorem decerni possessionem dicti castri de Cadaquers et pertinentiarum ejus, aliorumque bonorum in libello comprehensorum predicto, seque in eorumdem bonorum possessione ac bonorum dicti nobilis, ob ejus contumatiam, secundum formam juris, induci usque ad certam pecunie quantitatem nomine fructuum petitorum in libello predicto et per partem dictorum magistri et fratrum declaratorum, ipsumque nobilem in expensis legitimis condempnari, ac exhibente demum in judicio coram auditore prefato quasdam litteras et instrumenta publica, per que apparebit quod, elapsis quinque mensibus, hujusmodi contumatia et excommunicatio dicti Berengarii notificata fuerat personaliter nobili supradicto, et quod ipse inter alia responderat se purgaturum eamdem ut citius comode posset, ac nullo postea comparente pro predicto nobili coram auditore prefato, idem auditor, summatim examinato dicto negotio, ac recepto ab eo per eundem auditorem juramento super quantitate fructuum in dicto libello petitorum, dictoque magistro Arnaldo instanter petente ac requirente ut auditor ipse ad infrascripta procederet, ac predictorum comitis et procuratoris sui contumatiam accusante, exigente contumatia prefati comitis et procuratoris sui predicti, decrevit predictum magistrum Arnaldum, procuratorem magistri et fratrum predictorum procuratorio nomine eorumdem, et eosdem do-

minos suos mittendos in possessionem dicti castri de Cadequers et pertinentiarum ejus, necnon et aliorum bonorum, possessorum sive detentorum, de quibus fiebat mentio in libello prefato, et que sub libello comprehendebantur eodem, ac ipsum magistrum Arnaldum, procuratorem, et dominos suos predictos in possessionem dictorum bonorum causa custodie misit in quantum potuit, ac constituit et decrevit dictorum castri et bonorum causa custodie possessores, ac eidem comiti, absenti et contumaci, jussit, et eum etiam condempnavit, quod prefatum magistrum Arnaldum, procuratorem, et ipsos magistrum et fratres in dictorum castri et bonorum possessionem admittat. Decrevit etiam eundem magistrum Arnaldum, procuratorem, dictosque magistrum et fratres imittendos fore causa rei servande in possessionem bonorum mobilium et se moventium dicti comitis, si extabant talia, in quibus alias hujusmodi missio fieri possit; alioquin, si non extabant talia, in bonorum immobilium ejusdem comitis usque ad dictam quantitatem predicte pecunie fructuum petitorum et declaratorum per partem magistri et fratrum eorumdem; condempnans dictum comitem eidem magistro Arnaldo, procuratori, et dominis suis predictis in expensis legitimis, quarum taxationem sibi imposterum reservavit, prout in instrumento publico inde confecto, dicti auditoris sigillo munito, plenius dicitur contineri. Nos itaque dictorum magistri et fratrum supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem auditore provide factum est, ratum et gratum habentes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos, vel duo aut unus vestrum per vos, vel per alium aut alios, eosdem magistrum et fratres, vel procuratorem suum eorum nomine, in corporalem possessionem dictorum castrorum et pertinentiarum ejus ac bonorum, ut premittitur, in libello declaratorum, necnon et bonorum mobilium dicti comitis, si extant talia, in quibus missio fieri possit, alioquin immobilium, usque ad quantitatem in prefato instrumento contentam, auctoritate vestra inducatis et defendatis inductos; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. Pictavis, XII kalendas augusti, pontificatus nostri anno III.

4804. — 30 juillet 1308, Valence.

Blanche, reine d'Aragon, taxe pour le droit de gîte le commandeur de Calatayud à quatre cents sous de Jaca, et celui de Cervera à deux cents sous de Barcelone.

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 290, f. 27 *b* (copie contemp.).

Datum ut supra [Valencie, III kalendas augusti].

4805. — 7 août 13[08][1], Bouzols.

Catherine de Bouzols, femme d'Armand V, vicomte de Polignac, donne à Pons de Fay, grand-prieur d'Auvergne, et à ses successeurs en la commanderie de

1. Chassaing place cette pièce, dont la date est mutilée, à l'année 1308; il se fonde sur ce que Catherine de Bouzols, qui, âgée de 14 ans, avait épousé Armand V de Polignac à la fin de 1300 ou au commencement de 1301, atteignit sa majorité cette année-là. Cette conjecture est vraisemblable, mais sous la réserve que l'acte peut être postérieur: il semble en effet que Pons de Fay ait occupé le grand-prieuré d'Auvergne après 1308; en tous cas Audon de Montaigu, son successeur, ne nous est connu qu'à partir de 1312 (Chassaing, *loc. cit.*, 122); il y a donc là une marge de quatre années, pendant lesquelles la pièce a pu être donnée.

Devesset, tous ses droits et actions sur les villages de Chaumargeais (Chalmarchays) et de Chomette (Chalmeta). (*V. plus haut, n*os 4539 *et* 4664.)

Source : Lyon, Arch. du Rhône, H. langue d'Auvergne, command. de Devesset, chap. 1, n° 2 (orig.). — Texte : Chassaing, *Cartul. des Hosp. du Velay*, 115.

Actum apud Bouzolium, anno et die quibus supra [mccc... videlicet die lune post festum beati Petri ad Vincula]...

4806. — 10 août 1308, Poitiers.

Le pape Clément V ratifie la concession viagère de S. Avit de Fumadières, faite par Guillaume de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, à Auger de Belhade, chevalier.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 106 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 316 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Analyse : *Reg. Clementis pp. V*, III, 127, n° 2897.

[Clemens, etc.], dilecto filio Augerio de Balfada, militi, Burdegalensis diocesis, [salutem, etc.]. Cum a nobis petitur, etc. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod dilectus filius Fulco de Villareto, magister Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, pro se et successoribus suis magistris dicti Hospitalis, fructus, redditus et obventiones castri seu domus S. Aviti de Fumateriis, Petragoricensis diocesis, cum omnibus pertinentiis et appenditiis dicti castri seu domus, prout ad dictum Hospitale pertinent et pertinere consueverunt, tibi donatione pura, simplici et irrevocabili donare curavit, ita quod tu, quandiu vixeris, predictum castrum seu domum, ex causa donationis hujusmodi, tenere et possidere valeas, et fructus, obventiones et redditus ipsius castri seu domus et pertinentiarum ejus, prout ad Hospitale predictum pertinent, percipere et habere, ipsosque in usus tuos convertere pro tue libito voluntatis, ac nichilominus jura dicti castri seu domus per te vel per alium exercere valeas, et pro ejus juribus litigare, prout in instrumento publico inde confecto, dicti magistri bulla munito, plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem magistro factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Pictavis, iv idus augusti, [pontificatus nostri] anno iii.

4807. — 11 août 1308, Poitiers.

Le même déplore la perte de la Terre Sainte, les dangers qui menacent les royaumes de Chypre et d'Arménie, loue le zèle de Philippe IV le Bel, roi de France, et exhorte les Hospitaliers, en l'imitant, à se préparer à une prochaine expédition, pour laquelle il promet privilèges et indulgences.

Sources: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 25, n° 167 (dans un vidimus de l'évêque de Marseille, du 14 décembre 1308); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 124, n° 626 (copie contemp.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., fonds de Malte, H. 33, n° 2 (orig.). — Extraits: Taaffe, *The history of the... order of St. John of Jerusalem*, IV, app. n° lxxxii. — Texte: Pauli, *Cod. dipl.*, II, 17; *Reg. Clementis pp. V*, III, 155, n° 2988.

Clemens, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis

Jerosolimitani, salutem, etc. Exsurgat Deus et inimici dissipentur ipsius, exsurgant cum eo fidei zelatores, apprehendant arma timoris Domini, induant se fidei orthodoxe lorica, divini amoris scutum assumant, et sub potentia virtutis Altissimi roborentur. Obprobriorum et enim Crucifixi, que fiunt ei ab insipientibus tota die, vindices ejus sint memores, et erga statum miserabilem Terre Sancte plenitudinem miserationum exerceant, compassionis fluenta derivent, et misericordis aperiant viscera pietatis, quia venerunt gentes in hereditatem Domini et sanctum ejus tabernaculum poluerunt. Accendantur quidem ut ignis corda fidelium ad ipsius Terre necessitatibus succurrendum, et effectus auctis pie considerationis ardoribus inflammentur; prebeant quoque promptas manus ad opera, et sub spe celestis auxilii prelium Domini preliantes, ad juvandum illius causam ferventi magnanimitate consurgant, qui multos in paucis sue potencie virtute concludit, non obdormiens nec dormitans in eventibus gerentium bellum ejus, ipsorum custos pervigil et magnificus triumphator, seque accingant gladio potentissimo circa femur ad ipsius injurias ulciscendas; voce quidem assidue lamentationis exclamat et improperat terre ipse fidei orthodoxe cultoribus quod recordari non desinant quod eis in partibus transmarinis acciderit intueantur et attente considerent totius christianitatis obproprium, quoniam preclara nostri Salvatoris hereditas versa est ad alienos, et locus ille sanctissimus, ubi celi regem Virgo puerpera genuit, locus Redemptoris nostri preciosissimo cruore perfusus, locus ubi poni meruit sepulcri Dominici fundamentum, et locus quem resurgens Christus a mortuis sue resurrexionis glorie multipliciter illustravit, alienarum subvertitur imperio nationum. Recenseant etiam effusis lacrymis multiplicibusque singultibus infra claustra pectorum diligenter qualiter dudum ille perpetue maledictionis alumpnus Babillonicus, persecutor Christianorum, sanguinem sitiens, de fedis cubilibus Babillonis contra renatos fonte baptismatis animis furibundis exiliens, Tripolitanam et demum Acconensem civitates, fidelium populorum multitudine preditas, magne nobilitatis titulis insignitas, refectas opibus et bonorum ubertate fecundas, potenter angustans, et, incolarum ejus aliorumque Christi fidelium inibi tunc presentium viribus superatis, civitates easdem et nonnulla alia loca solennia in arcu et pharetra furentibus gladiis comprehendit, et fideles ipsos velut occisionis oves in terra marique seviens ejus gladius interemit, civitates et loca predicta redigens in cinerem et favillam. Cujus igitur pectus adeo posset incallere duritie(s), quem pro Terre ipsius afflictionibus relevandis non emolliret pie considerationis affectus? Quis etenim, nisi ferreum pectus habens vel adamantis durissimi corda gerens, eidem Terre non aperiat viscera pietatis? Quis non provocetur ex intimis, quis non accendatur ad iram, et quis non animetur ad actum debite ultionis? Absit enim ut a tam salutari Christi servitio quisque se retrahat, absit ut relinquat arma rubigini, absit quod animum neget victorie, cum non desit victoribus corona per gratiam et meritum in presenti et per gloriam et premium in futuro. Et quidem illatas quisque subditis suis offensas ulciscitur, et Dei sui non vindicabit injurias tam atroces! Ad hereditatem quilibet suorum manus invasorum extendi non substinet, et patietur hereditatis dominice tanto tempore detentores! Ne igitur qui crucem adorant in crucifixo dissimulent quod juste non tollerarent in homi[ine], pungat eorum mentes et animos contumelia Redemptoris, eos zelus accendat fidei memorate; dum enim miserabilis et plenus amaritudine status ejus lugubrisque conditio se nostris considerationibus afferunt, dum ejus diram orrendamque calamitatem vocibus sue flebilis lamentationis audimus, eo turbamur amarius acerbiusque laceramur in intimis quo sibi subducte quietis dulcedinem magis ac magis desideranter appetimus, et tranquillitatis deperdite tempora propensius affectamus. Sentimus quidem per effectum uberem pie mentis ejus afflictiones innumeras, palpamus suarum multiplicium incendia passionum, et per compassionis intime pietatem non absque lacrimarum profluvio ejus deploramus angustias, et secum doloris

sui tormenta partimur. Tristatur quoque ac turbatur in intimis pia mater ecclesia, tantis intrinsecus confossa doloribus; perfunditur lacrimis vultus ejus, sibi undique lamenta consurgunt; dum quos regeneravit in filios efferi hostis laceravit impietas, et in fidei orthodoxe cultores dire sevit gladius impiorum, se nichilominus mater ipsa pro juvanda Terra predicta semper multis sollicitudinibus anxiam exhibens et ostendens ferventibus studiis operosam, et, quanto sibi extitit ex alto permissum, manus et mentem ab ejus auxilio non retraxit. Profecto copiosus in misericordia Dominus, qui de sue habundantia pietatis animos regum et principum devotionis igne succendit, ad salubrium exercitium actionum precordia carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francorum illustris, celestis benedictionis rore perfudit, sicque ipsum fidei zelus ejusdem succendit ut, Terre predicte afflictionibus et pressuris pio affectu compatiens, ad ulciscendas in illa ipsius Salvatoris injurias et ejusdem terre gravamina relevanda, adeo ferventer desiderium dirigitur mentis sue quod ducimur in Domino firma fiducia, et in illo, qui mari et ventis imperat et post nubilum tempora serenitatis indulget, devote speramus quod, per ipsius regis ministerium studiosum, auxiliante illo cujus agitur in hac parte negotium, eidem Terre proveniet passagii generalis auxilium et optate recuperationis claritas illucescet. Quia vero tam arduum tanteque profunditatis negotium non potest sub brevi temporis spatio, prout desideramus et expedit, debitam et congruam ordinationem suscipere, nosque, timore gravissimo in mente perterriti ne Cipri et Armenie regnorum nobilium, que crucis hostium premuntur incursibus et usque intrinsecus ad intima lacerantur, ac ipsorum invalescente perfidia affliguntur varietate multiplicis cruciatus, prout insinuatur eorundem regnorum fidelium vocibus, oppressorum sub rabie persecutionis, ipsorum decidat fortitudo et per hostium ipsorum sevitiam, eisdem regnis positis in desolationis excidium, fideles ipsi dire mortis casibus exponantur, vias et modos studiis diligentis indagationis exquirimus quibus Terre ac regnis eisdem oportuni manum auxilii porrigere valeamus. O quam gravem confusionem reciperet, si, quod Deus avertat, talis casus emergeret, tota religio christiana! O quam obprobriose dispendium deformitatis incurreret, si per ipsorum hostium rabiem truculentam tam nobilibus membris eam, quod absit, contingeret mutilari! Quis enim posset eis misericordie viscera claudere, quis denegabit ea suppliciter illis pulsantibus aperire, quis a se sic virtutem misericordie relegabit quod supra turbam fidelium eorumdem nesciverit misereri? Credimus enim quod, cum eis in hujusmodi necessitatis articulo subvenitur, gratum Deo sacrificium immolatur. Verum levantes in circuitu oculos nostros ut videremus si quos pugiles et athletas Domini et si quos reperiremus vendices Crucifixi ad bellum paratos, ipsius tandem ad vos nostre mentis reflectentes intuitum, et sperantes quod ad defensionem Terre et regnorum ipsorum, ad quam estis specialiter deputati, ferveatis ex corde, ac pro liberatione Terre ipsius de manibus impiorum et defensione regnorum ipsorum nulla mortis pericula formidetis, certum per vos equitum et peditum armentorum passagium, quod sub mille videlicet equitum et quatuormilium peditum numero concludi volumus et mandamus, prius tecum, fili magister, et cum magistro milicie Templi et majoribus preceptoribus antequam idem magister ipsius milicie caperetur, et quampluribus aliis secularibus magnis et prudentibus viris, qui statum et conditionem Terre ac regnorum ipsorum plenius cognoverunt, diutina et matura deliberatione prehabita, prout tanti negotii gravitas exhigebat, habitoque super hec carissimorum in Christo filiorum nostrorum Cipri et Armenie regum illustrium pleniori, nobis per ipsorum licteras destinato, et subsequenter ejusdem regis Francorum et novissime fratrum nostrorum consilio, ad dictorum Cipri et Armenie regum instantem instantiam, pro illius modici residui quod fidei predicte cultoribus in eadem terra remansisse dinoscitur, ac ipsorum Terre et regnorum defensione ac secura custodia, et ad oportuna preparanda obstacula perfidis Christianis ne

victualia et merces prohibitas eisdem deferant Sarracenis, et Sarracenos ipsos, prout possibile fuerit, impugnandum, non de decime vel partis cujuslibet ecclesiasticorum impositione facta reddituum, sed de thesauro nostre camere ejusdem regis Francorum affluenti ad hoc pecuniario adjuncto subsidio, in proximo vernali tempore providimus ordinandum et prosequendum per vos, Deo duce, per quinquennium secuturum, per hoc ipsius camere atenuando erarium, et semitas quodammodo pontes et vias ad idem generale passagium preparando. Ex quo quidem passagio, Deo favente, uberioris fructus eisdem Terre et regnis comoda proventura sperantur, quam de quovis passagio in ipsorum Terre et regnorum facto subsidium provenerit a longis temporibus retroactis. Ut autem equites et pedites supradicti tanto libentius atque ferventius hujusmodi passagium prosequi studeant quanto ex eorum laboribus se noverint uberioris fructus comoda percepturos, nos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, et illa quam nobis licet indignis Deus ipse ligandi ac solvendi contulit potestate, eisdem equitibus et peditibus, necnon et nautis, remigibus et aliis galearum, navium et aliorum vasorum navigabilium ductoribus et ministris, qui in suis vel alienis expensis, in propriis tamen personis, vobiscum in dicto passagio in ipsius Terre subsidium transfretabunt, quibus per legatum sedis apostolice aut locorum ordinarios venerabile signum crucis absque predicatione qualibet verbi ejus volumus exhiberi, dummodo ipsi in temporalibus omnibus, et presertim in hiis que ad armorum actum pertinent et bellandi, tibi magistro et capitaneis, per te in memorato passagio de vestris fratribus deputandis, firmiter et devote intendant et obediant cum effectu, ac predicto legato in spiritualibus omnibus plene subsint, plenam eis de quibus fuerint corde contriti et ore confessi concedimus veniam peccatorum. Quod si forsan equites ac pedites, naute, remiges, ductores et ministri predicti tibi magistro et eisdem capitaneis ac legato predicto inobedientes fuerint in predictis quomodolibet vel rebelles, dum in hujusmodi rebellione fuerint, predicte et aliarum indulgentiarum ac privilegiorum omnium, per nos accedentibus in ipsius Terre subsidium in passagio supradicto concessorum, expertes fore, ac omni comodo noverint se privatos, et penam subeant quam eis dictus legatus, vel tu magister, prout ad ipsius legati vel tuum magist[eriale] pertinebit officium, duxeritis imponendam. Personas quoque familiares et bona vestra, necnon equites et pedites, nautas, remiges, ductores et ministros eosdem, a die qua iter arripuerint ad transitum supradictum, sub beati Petri et nostra protectione, dicto quinquennio durante, suscipimus, statuentes ut sub diocesanorum suorum defensione consistant. Quod si aliqui eos indebite molestare presumpserint, per diocesanos locorum in quibus iidem molestatores fuerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescantur. Preterea equitibus et peditibus, ac nautis, remigibus et aliis galearum, navium et aliorum vasorum navigabilium ductoribus supradictis auctoritate apostolica indulgemus ut, per sedis apostolice licteras vel legatorum ejus, nisi forte lictere ipse, que ab eadem sede obtente fuerint, plenam de indulto hujusmodi fecerint mentionem, extra suas dioceses non valeant conveniri, dummodo parati existant coram suis ordinariis de se querelantibus respondere, quos per eosdem ordinarios ecclesiastica censura defendi, cessante appellationis obstaculo, volumus ab hiis qui eosdem contra indultum hujusmodi presumpserint temere molestare. Si qui vero ipsorum ad prestandum usuras juramento teneantur astricti, creditores per diocesanos ipsorum censura simili compellantur ut, juramentum hujusmodi penitus relaxantes, ab usurarum ulterius exactione desistant. Si autem aliqui creditorum eos ex tunc ad solutionem cogerint usurarum, ipsos ad restitutionem ipsarum per eosdem diocesanos simili volumus districtione compelli. Judeos quoque ad remictendas ipsis usuras per secularem compelli precipimus potestatem, et, donec eas remiserint, ab omnibus Christi fidelibus, quibus hoc per suos diocesanos denuntiatum exstiterit, tam in

mercimoniis quam in aliis, sub excommunicationis pena jubemus eis comunionem omnimodam denegari. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Pictavis, III idus augusti, pontificatus nostri anno III.

4808. — 11 août 1308, Poitiers.

Le même exhorte l'archevêque de Narbonne à provoquer les aumônes en vue de la croisade projetée, détermine les indulgences qu'il accorde aux croisés et à ceux qui feront ces aumônes, et ordonne l'établissement de troncs dans les églises pour les recueillir.

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 125, n° 627 (copie contemp.). — Texte : C. Port, *Le livre de Guillaume le Maire*, dans *Mélanges hist.*, II (1877), 398 (*Coll. des docum. inédits*) (bulle adressée à l'archevêque de Reims) ; *Reg. Clementis pp. V*, III, 158, n° 2989[1].

[Clemens, etc.], venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Narbonnenensi et ejus suffraganeis, necnon et aliis episcopis exemtis, si qui fuerint in Narbonensi provincia constituti, [salutem, etc.]. Exsurgat Deus et inimici dissipentur ipsius, etc. (V. plus haut, n° 4707), ut supra proximo usque : verum levantes in circuitu oculos nostros ut videremus si quos pugiles et si quos reperiremus athletas Domini ad bellum paratos ipsius, tandem ad dilectum filium .. magistrum et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani nostre mentis reflectentes intuitum, et sperantes quod ad defensionem Terre et regnorum ipsorum, ad quam sunt specialiter deputati, afficiantur ex corde, et pro liberatione Terre ipsius de manibus impiorum mortis pericula non formident, certum per eos equitum et peditum armatorum passagium, prius cum ipsius Hospitalis et militie Templi magistris et majoribus preceptoribus, etc. (V. plus haut, n° 4707, p. 180), usque: ordinandum et prosequendum per ipsos, Deo duce, etc. (V. plus haut, n° 4707, p. 181), usque: temporibus retrohactis. Et quia fidelium subsidia ad hujusmodi passagium sunt multipliciter oportuna, nos, considerata in hiis eorum salute, quorum animas illi, cujus locum quamvis immeriti tenemus in terris, lucri facere multipliciter delectamur, quamplurimum gratiarum et indulgentiarum beneficia copiosa fidelibus ipsis duximus concedenda. Ut autem dictum subsidium valeat eidem Terre celerius provenire, volumus quod vos et singuli vestrum fideles quoslibet vestrarum civitatum et diocesium, cum vos confessiones eorum audire contigerit eisque proponere verbum Dei, moneatis attentius et efficaciter inducatis, et nichilominus omnes ecclesiasticas, seculares et regulares personas, exemptas et non exemptas, vestrarum civitatum et diocesium, confessiones audiendi et proponendi verbum Dei potestatem habentes, juxta datam vobis a Deo prudentiam, studeatis efficaciter exortari quod fideles ipsos, confitentes eisdem et sermones ac predicationes audientes ipsorum, solerter moneant et diligentius exortentur quod ipsi, dum vixerint et demum tempore obitus eorundem, pias elemosinas et grata caritatissubsidia dicto magistro et fratribus pro hujusmodi passagio in ipsius Terre subsidium studeant erogare. Nos enim, ut negotium hujusmodi eo libentius eoque ferventius prosequi studeatis, quo vos et exortatores ipsi ex vestris laboribus potioris salutis fructum noveritis percepturos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, et illa, quam nobis licet indignis Deus ipse ligandi et solvendi contulit, potestate, singulis vestrum et exortantium predictorum, vere penitentibus et confessis, diebus singulis, quibus exortationis hujusmodi exercebitis pium onus, unum annum de injunctis vobis et eis penitentiis miseri-

1. Cette bulle fut adressée, le même jour, à une série de prélats (*Reg. Clementis pp. V*, III, 162, n° 2990).

corditer relaxamus. Omnibus quoque personis ecclesiasticis, regularibus et secularibus, necnon et quibuscunque aliis Christi fidelibus, debilibus et impotentibus ac inhabilibus ad bellandum, et mulieribus non intendentibus in personis propriis transfretare in dicto passagio generali, que tantum de bonis eorum memoratis magistro et fratribus erogabunt quantum essent in uno anno, si personaliter proficiscerentur in Terre predicte subsidium, expensure, plenam eis insuper, qui medietatem illius, quod per tempus anni predicti expenderent in Terre jam dicte personaliter proficiscendo subsidium, sepedictis magistris et fratribus exibebunt, mediam suorum, de quibus fuerint corde contriti et ore confessi, concedimus veniam peccatorum ; illos vero, qui prefatis magistro et fratribus in dicto passagio de subsidio majori vel minori subvenient, secundum magis et minus juxta hujusmodi subsidii quantitatem et devotionis affectum, remissionis esse participes volumus antedicte. Subvenientibus quoque diebus veneris majoris ebdomade pro eodem passagio magistro et fratribus memoratis in viginti quatuor denariis parvorum Turonensium vel ipsorum valore, viginti quatuor annorum, illis vero qui aliis diebus veneris duodecim denariorum subventionem prestabunt, duomdeci annorum, et eis qui aliis diebus de sex denariis monete predicte aut eorum valore eisdem magistro et fratribus de bonis eorum impendent subsidium, sex annorum indulgentiam misericorditer elargimur, ita quod, pro quolibet denario dato in subsidium antedictum juxta ordinationem hujusmodi, largitor ipse unius anni, qui vero tantum noluerit vel nequiverit exhibere sed dederit tantum obolum vel pictam juxta hujusmodi quantitatem subsidii et devotionis affectum, eandem indulgentiam consequatur. Volumus autem quod predicta subsidia infra dictum quinquennium largientes predictas indulgentias assequantur. Concedimus etiam quod omnes, qui totum subsidium exhibebunt insimul uno die, quod singulariter singulis majoris ebdommade vel aliis veneris aut singulis diebus quinquennii memorati impensuri essent pro subsidio antedicto, totam illam indulgentiam, prout eam per eosdem dies secundum magis et minus diverso modo concessimus, integre assequantur, quam assequerentur singulariter diebus singulis, quibus hujusmodi subsidium exhiberent. Quod quidem et omne aliud subsidium, dictis magistro et fratribus pro dicto passagio impendendum, per manus ordinariorum locorum vel aliorum deputandorum ab eis, ipsis magistro et fratribus volumus exhiberi. Intendentes itaque ut elemosine ac emolumentum, que ex predictis indulgentiis provenire contigerit, pro ipsius passagii comodo diligentius conserventur, volumus quod tu, frater archiepiscope, in tua metropolitana, vosque fratres episcopi in singulis vestris cathedralibus ecclesiis, in aliquo intra ipsas accomodo et tuto loco, una ponatur archa vel truncus fortis et firmus, in quo elemosine et emolumentum hujusmodi, et alia per manus vestras ocasione cujusvis per nos concesse indulgentie ipsis magistro et fratribus pro hujusmodi passagio in singulis vestris civitatibus et diocesibus proventura, recipienda per manus vestrum cujuslibet in sua civitate, recondantur. Similem quoque archam vel truncum in qualibet parrochiali ecclesia cujuslibet diocesis, in quo elemosine et emolumentum, in singulis parrochiis ecclesiarum ipsarum ex indulgentiis proventura predictis, securius conserventur, poni volumus et mandamus, auctoritate presentium ordinantes quod in singulis archis eisdem vel truncis tres serature, totidem habentes claves diversas et omnino dissimiles, apponantur. Quarum clavium videlicet arche vel trunci, positi in ipsis metropolitana et cathedralibus ecclesiis, tu, archiepiscope, et quilibet vestrum episcoporum in sua ecclesia unam, aliam vero procurator Hospitalis predicti, et reliquam aliquis de civitate bone opinionis et fide dignus homo fideliter custodiant et conservent; archarum autem vel truncorum eorundem, in dictis parrochialibus ecclesiis dictarum diocesium positorum, una a rectore ipsius ecclesie, secunda vero a procuratore predicto, et tertia ab una fide-

digna et devota persona parrochie, magistro et fratribus ac passagio eisdem propitia, conserventur. Archas autem vel truncos predictos, videlicet in eisdem parrochialibus ecclesiis consistentes, in quindena festivitatis resurrectionis Domini proximo venture, quoad presentem annum, propter passagii necessitateme jusdem, per eosdem rectores et procuratorem ac personas, que claves, ut predicitur, dictorum archarum vel truncorum habebunt, aperiri jubemus, et pecuniam in eisdem inventam, cum moderatis expensis Hospitalis ejusdem, per illos qui claves tenebunt, vel per ipsorum duos, tertio impedito legitime, vobis archiepiscopo et episcopis integraliter assignari ; quam quidem pecuniam, necnon et aliam, quam quilibet vestrum episcoporum predictorum in archa vel trunco ecclesie sue cathedralis invenerit, tunc prefato procuratori tradat integraliter et assignet, faciens de assignatione ipsa et hujusmodi tradita sibi summa pecunie patentes litteras fieri, suo et procuratoris ejusdem sigillis munitas, ipso archiepiscopo festinanter et sine dilatione qualibet destinandas. Simili quoque modo tu, archiepiscope supradicte, de pecunia ex hujusmodi indulgentiis per te in tua civitate et diocesi recepta, procuratori assignata predicto, juxta prescriptam formam litteras confici facias, tuo et dicti procuratoris sigillis signatas, ipsas necnon et easdem litteras episcoporum ipsorum camerario nostro quam citius poteris per fidelem nuntium transmissurus. Ceterum intendentes rectorum earundem parrochialium ecclesiarum in hac parte laboribus providere, volumus quod in singulis quatuor dictum festum resurrectionis subsequentibus annis, tempore synodi per quemlibet vestrum in sua civitate et diocesi celebrande, arche vel trunci aperiantur predicti, et pecunie in illis invente per dictum procuratorem et alios, qui claves archarum et truncorum ipsorum habebunt, cuilibet vestrum in sua synodo assignentur, tuncque per quemlibet vestrum fiat dicto procuratori pecunie predicte traditio, et fiant similiter de traditione et quantitate hujusmodi tradite pecunie littere, camerario nostro quantocius destinande, ut supra proximo in casu alio est expressum. Si vero ex indulgentiis ipsis tantam contingeret pecuniam provenire quod tuum non esset illam in archis vel truncis retinere predictis, quilibet vestrum circa custodiam pecunie, in archis vel truncis in ecclesiis cathedralibus, ut predicitur, positis, ac rectores ipsarum ecclesiarum circa custodiam alterius pecunie, in eisdem archis seu truncis in ipsis ecclesiis parrochialibus recondite, de consilio et consensu dictorum procuratoris et aliorum tenentium claves easdem, sic caute provideant et attente prospiciant quod pecunia ipsa dictum passagium non fraudetur. Illos vero, qui archas seu truncos fecerint ac concesserint supradictos, quique ipsos et claves easdem fideliter custodierint, nobiles quoque et innobiles, et quosvis alios, cujuscunque conditionis existant, qui in eorum ultimis voluntatibus equos, arma et quevis alia bona in subsidium dicti passagii, eodem durante quinquennio, magistro et fratribus legaverint sepedictis, omnes etiam et singulos, arma, equos, victualia seu fodrum et quecunque mercimonia in terra vel mari ad exercitium dicti passagii quomodolibet deferentes, omnium operum pietatis et aliorum spiritualium bonorum et beneficiorum, que fiunt et fieri contigerit in Hospitali et passagio supradictis, participes esse volumus et consortes. Vobis insuper auctoritate apostolica districtius injungimus ut, quotiescunque vos missarum officia celebrare contigerit, orationes contra paganorum perfidiam per ecclesiam ordinatas, quarum prima « Omnipotens sempiterne Deus », secunda, deputata specialiter ad secretam « Sacrificium, Domine », et tertia, dici post communionem precipue consueta, « Protector » incipiunt, devotis mentibus effundatis, et per singulas personas ecclesiasticas in sacerdotio constitutas, vobis subjectas, pio cordis affectu dici in missarum earundem officiis faciatis. Personis autem ecclesiasticis volentes plenius providere, diocesanis eorum dispensandi cum eis, qui, cum a canone vel ab homine latam excomunicationis sententiam incurrissent, irregularitatis notam immiscendo se divinis officiis con-

traxerunt, vel ob id infra dictum quinquennium contrahere ipsos contigerit, dummodo tantum de bonis eorum magistro et fratribus ipsis pro subsidio memorato persolverint, quantum expenderent in veniendo ad Romanam curiam et morando in ipsa pro dispensatione hujusmodi obtinenda et reddeundo etiam ab eadem, nisi forte in episcopos vel abbates vel alios superiores proprios injecissent manus temere violentas, postquam ab excommunicationum sententiis, quas incurrerant vel incurrere ipsos contigerit tempore supradicto, juxta formam ecclesie fuerint absoluti, plenam auctoritate presentium concedimus facultatem. Omnibus insuper et singulis, tam clericis quam laicis, cujuscunque dignitatis, preheminentie, ordinis, conditionis vel status existant, sub interminatione maledictionis eterne districtius inhibemus ne quempiam, volentem quodvis subsidium in dicto passagio eisdem magistro et fratribus exhibere, ab hujusmodi voluntate retrahere vel in quodvis aliud etiam pium opus commutare, vel quominus hujusmodi largiatur subsidium, verbo vel opere impedire presumant. Si quis vero contra nostram inhibitionem hujusmodi attemptare presumpserit, eandem et apostolorum ipsorum ac nostram, a qua nullum absolvi volumus preterquam in mortis articulo, quousque duplum exhibuerit ejusdem subsidii, quod per impedimenti prestationem hujusmodi dicte Terre subtractum extiterit, se noverit incursurum. Ideoque fraternitatem vestram monemus et hortamur in filio Dei patris, vobis nichilominus in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandantes, quatinus tenorem et formam indulgentiarum hujusmodi, Christi fidelibus eis proposito verbo Dei, singulis dominicis et festivis et aliis diebus, de quibus expediens fuerit, in ecclesiis et locis vestrarum civitatum et diocesium, in missarum solempniis et aliis horis congruentibus, publicetis, ac per rectores ecclesiarum et Predicatorum ac Minorum ordinum fratres, et alios religiosos et personas ecclesiasticas earundem civitatum et diocesium, in eisdem solemniis et horis faciatis sollicite in vulgari cujuslibet patrie publicari. Et nichilominus tu, archiepiscope supradicte, statim receptis presentibus, premissa omnia per tuas patentes litteras, de verbo ad verbum harum seriem continentes, cum omni celeritate qua poteris, prout tam pio negotio videris expedire, dictis episcopis suffraganeis studeas intimare eisque mandare districtius quod illa eorum subditis, hujusmodi tuo mandato recepto, omni dilatione precisa, intimare aliquatenus non omittant. Sic igitur hujusmodi pium opus et gratum Altissimo sollicite et laudabiliter, juxta datam vobis a Deo prudentiam, exequi studeatis, sicque ad subveniendum Terre predicte necessitatibus efficaciter fideles ipsos inducere, quod de vestris laboribus, divina favente clementia, fructus sperati proveniant, et vestre sollicitudinis studium palmam glorie, que causam Dei gerentibus pro digna retributione rependitur, mereatur. Dat. Pictavis, III idus augusti, [pontificatus nostri] anno III.

4809. — 11 août 1308, Poitiers.

Le même mande aux prélats d'autoriser, en faveur des Hospitaliers, le rachat des vœux d'abstinence et de pèlerinage, le pèlerinage d'outre-mer excepté.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 10, n° 40 (orig.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 84 (orig. bullé); Venise, Arch. du gr.-prieuré, Relazioni estere, n° VII (orig.). — Texte : C. Port, *Le livre de Guillaume le Maire*, dans *Mélanges hist.*, II (1877), 410 (*Coll. des documents inédits*).

Clemens, etc., venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis, ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Gerentes cordi negotium Terre Sancte, ac intendentes sollicite ad promotionem passagii quod per dilectos filios magistrum

et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani tantum in vernali tempore proximo venturo providimus faciendum et per ipsos prosequendum, Deo duce per quinquennium secuturum, obtinentes quoque de vestre circumspectionis industria fiduciam in Domino specialem, vobis et vestrum singulis commutandi, dicto durante quinquennio, cujusvis abstinencie et quarumcunque peregrinationum vota, ultramarino dumtaxat excepto, in pecuniarum subsidium, prefatis magistro et fratribus vel eorum procuratori pro dicto passagio exhibendum, cum super hoc ab eis vel eodem procuratore fueritis requisiti, dummodo, conditione inspecta voventium ac dicti passagii necessitate pensata, super quibus vestram conscientiam oneramus, pretio vel precibus, amititia, favore vel odio cujuscumque nichil circa hec, super quibus sciat se unusquisque vestrum redditurum in examine districti judicii rationem, agatur in fraudem vel diminutionem subsidii supradicti, plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Volumus autem ut hujusmodi pecuniarium subsidium, prestandum videlicet per voventes peregrinationes easdem, ad tantam summam pecunie extendatur quantam voventes ipsi, pro complendo voto peregrinationis ejusdem, personaliter expendissent; votum autem hujusmodi abstinencie juxta illius arbitrium intendimus redimi qui votum hujusmodi commutabit. De pecunia vero, que habebitur pretextu concessionis hujusmodi, fiat quoad traditionem ipsius pecunie faciendam procuratori predicto, et quoad confectionem litterarum receptionis dicte pecunie, necnon et quantum ad certificationem camerarii nostri de tradite ipsi procuratori pecunie quantitate, sicut de alia pecunia que reponetur in archis vel troncis, juxta ordinationem contentam in aliis nostris litteris indulgentialibus, pro negotio passagii predicti concessis, apertius continetur[1]. Dat. Pictavis, III idus augusti, pontificatus nostri anno III.

4810. — 11 août 1308, Poitiers.

Le même autorise les clercs séculiers, qui accompagneront les Hospitaliers en Terre Sainte, à percevoir les revenus de leurs bénéfices.

Sources: Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, liasse 20, bullaire, f. 28 *a* (copie, XVIe s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 10, n° 41 (orig.), et n° 39 (orig. adressé aux abbés de S. Jacques de Béziers, de S. Gilles et de S. Papoul); div. VII, vol. 1127 (2 copies, XVIIIe s., dont l'une d'après le reg. 55, f. 128, des Arch. du Vatican); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 124, f. 128 (bulle adressée à divers prélats, abbés, etc.), f. 131 *b* (bulle adressée aux abbés de S. Jacques de Béziers, de S. Gilles et de S. Papoul, copies contemp.). —Analyse : *Reg. Clementis pp. V*, III, 165, n° 2992, et 169, n° 3010. —Texte : C. Port. *Le livre de Guillaume le Maire*, dans *Mél. hist.*, II, 408 (*Coll. des doc. inédits*); *Reg. Clementis pp. V*, III, 153, n° 2987.

Clemens, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, salutem, etc. Dignum et congruum reputamus ut ejus (*sic*)[2] qui ad Christi obsequia prosequenda se conferunt, specialibus graciis honoremus. Intendentes igitur ut passagium, quod per vos in subsidium Terre Sancte providimus faciendum, tanto libentius personarum ecclesiasticarum fulciatur auxilio, quanto magis persone ipse favorem apostolicum sibi senserint graciosum, vestris supplicationibus inclinati, vobis auctoritate presentium indulgemus ut singuli clerici seculares, qui vobiscum personaliter accesserint in dicte Terre subsidium in passagio memorato, dictum prosequendo passagium, omnes fructus, redditus et proventus omnium prebendarum et beneficiorum suorum ecclesiasticorum, etiam si dignitates vel personatus existant, cum ea integritate per biennium percipere valeant, cotidianis distributionibus

1. Il s'agit de la bulle précédente. (V. n° 4808).

2. Lisez: eos.

dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent si in ecclesiis, in quibus prebendas, beneficia et dignitates ac personatus hujusmodi obtinent, personaliter residerent, ipsosque, per idem biennium et demum ipso finito biennio, si per aliud biennium in dicte Terre subsidium remanere contingat, percipere, arrendare, locare, vendere vel pignori obligare libere possint, prout eis videbitur expedire; volentes arrendationem seu venditionem vel locationem hujusmodi, etiamsi eos infra dictum biennium mori contigerit, in suo robore permanere, nec interim ad faciendum in eisdem ecclesiis personalem residentiam vel susceptionem sacrorum ordinum, sive ad prestationem alicujus decime, regibus vel principibus seu quibusvis aliis personis per sedem apostolicam ex quacunque causa concedende, aliquatenus teneantur, nec ad id a quoquam compelli possint inviti, non obstantibus si dicti clerici non fecerint in eisdem ecclesiis primam consuetam residentiam personalem, et quibuslibet ipsarum ecclesiarum statutis et consuetudinibus contrariis, juramento, confirmatione sedis apostolice seu quacunque firmitate alia roboratis, etiamsi de illis servandis et non impetrandis litteris apostolicis contra ea, et ipsis litteris non utendo, etiam ab aliis impetratis, per se vel procuratores suos prestiterint juramentum, sive si locorum ordinariis vel quibusvis aliis a sede apostolica sit indultum, vel medio tempore contigerit indulgere, ut canonicos et personas ecclesiarum suarum civitatum et diocesium possint compellere ad faciendum personalem residentiam in eisdem, aut si dilectis filiis capitulis earundem ecclesiarum a prefata sit sede indultum quod ipsarum ecclesiarum canonicis et personis fructus, redditus et proventus prebendarum, beneficiorum, dignitatum aut personatuum suorum ministrare in absentia minime teneantur, quodque ad id compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem, et quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis, generalibus vel specialibus, cujuscunque tenoris existant, dictis ordinariis, capitulis et regibus ac principibus vel quibuscunque aliis personis concessis, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus hujusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis, proviso quod interim prebende, beneficia, personatus et dignitates hujusmodi debitis obsequiis non fraudentur, et animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Nulli ergo, etc. Dat. Pictavis, III idus augusti, pontificatus nostri anno III.

4811. — 11 août 1308, Valence.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne à ses officiers d'arrêter Bernard de Montagut (de Monteacuto), qui avait profité de son séjour à l'hôpital de Saragosse pour voler divers objets au prieur de cette maison.

Source: Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 142, f. 143 (copie contemp.).

Datum Valencie, tertio idus augusti, anno predicto [MCCC octavo].

4812. — 12 août 1308, Poitiers.

Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, donne à vie à Bérenger de Séailles, frère de l'Hôpital, les commanderies du Nom-Dieu et de S. Christie.

Sources: Rome, Arch. du Vatican, reg. 58, f. 29 *b* (dans une confirmation de Clément V,

du 25 janvier 1311, copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 355 (copie de Smitmer, XVIIIe s., d'après la même confirmation). — Texte : *Reg. Clem. pp. V,* VI, 34, n° 6504.

Noverint universi, presentes litteras inspecturi, quod nos frater Fulco de Vilereto, Dei gratia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, merita probitatis et providentie, quibus in Christo nobis dilectus frater Berenguerius de Sealhas niti probatur, recensentes, sperantesque in Domino quod sub nostre religionis habitu, sub quo, mundanis neglectis illecebris, elegit Deo famulari, fructum producet maturitatis et comodi, eidem frater Berenguerio tanquam benemerito, comunicato consilio, voluntate et expresso consensu fratrum nobis assistentium, intervenientibus ad hoc etiam auctoritate, et potestate nobis per conventum nostrum transmarinum attributis, extantibus inde patentibus litteris, nostra et ipsius conventus bulla plumbea munitis, bajulias nostras Nominis Dei et S. Christine, cum membris earum universis de S. Vincentio, de Vallibus, de Gualhardo, de Tornasol, de Avansa, de Naytaco, de Hugonhana, de Vallelodoza, de Squerenys, de Bosco, de Caufeu, d'Euza, deu Masey, d'Armau, de Monteregali, de Pratneron, de Hopitali Novo vocato, ac de Hospitali de Guarnareto, cum universis et singulis aliis juribus, pertinentiis et appenditiis, ad eas quoquomodo spectantibus, quecumque sint, et ubicunque et quocunque censeantur nomine, damus, concedimus, tradimus, committimus et conferimus tenore presentium, habendas, tenendas, regendas, administrandas et possidendas pacifice, quamdiu vixerit et bene fecerit in eisdem, ita tamen quod idem frater Berenguerius priorem nostrum S. Egidii locumque suum tenentem, cum per bajulias ipsas transierint, honorifice recipere, honeste tractare, eis, familie et equitaturis suis in necessariis decenter providere, responsionem solitam, tallias et alia consueta annis singulis integre et absque diminutione solvere et reddere, ad capitula sua venire, bajulias ipsas reficere, reparare, emendare, meliorare ac augmentare in quibus poterit, sequi cursum bajuliarum et domorum aliarum consuetum in omnibus, dictis priori locumque suum tenenti subesse in justitia, ceterisque domus nostre usibus et consuetudinibus, ac eis, ut superioribus suis, parere reverenter in cunctis honestis et licitis teneatur. Hoc tamen excepto quod eidem priori, aut locum suum tenenti, non liceat per justitiam septene quadrageneve dicto fratri Berenguerio bajulias predictas subtrahere sive aufferre, aut in eisdem fratres, sorores, donatos vel aliam familiam superponere, seu inde extrahere ultra consuetum numerum preter ipsius fratris Berenguerii voluntatem gratuitam absque mandato nostro et speciali licentia, seu eum in ipsis bajuliis impedire, turbare, inquietare vel aliter molestare. Quocirca per presentes districte precipiendo mandamus omnibus et singulis fratribus, sororibus, donatis, vassallis, hominibus et subdictis nostris quibuscunque, in dictis bajuliis tam in capite quam in membris constitutis, quatenus, visis presentibus, eundem fratrem Berenguerium benigne admittant, sibi, tanquam suo preceptori et superiori, in cunctis spiritualitatem et temporalitatem tangentibus, devote et humiliter prestituri reverentiam et obedientiam, et auxiliaturi, et astituri sibi pro posse in hiis que curam, regimen et administrationem bajuliarum respiciunt predictarum. Et quia forsan dominus noster summus pontifiex adhuc eundem fratrem Berenguerium circa se et in servitio suo habere voluerit et retinere, volumus, ad majoris gratie cumulum, dantes et concedentes ei per presentes plenam et liberam potestatem, licentiam et auctoritatem, quod ipse in dictis bajuliis alicui probo et discreto nostro fratri possit committere vices suas. Preterea damus per presentes in mandatis dilectis nobis in Christi fratribus, qui dictas hoc anno rexerunt et regunt bajulias, quod eidem fratri Berenguerio, vel mandato suo, omni contradictione postposita, reddant et restituant integre et plenarie omnes et singulos fructus et redditus, qui usque

huc provenerunt ex ipsis bajuliis, grangiis, membris et pertinentiis suis, proventuros exinde habere et recipere pacifice promittentes, taliter super hiis se habituri quod puniri vel redargui nequeant de inhobedientia seu contemptu. In quorum omnium testimonium et certitudinem, bulla nostra plumbea presentibus est appensa. Datum Pictavis, die XII augusti, millesimo trecentesimo octavo.

4813. — 15 août 1308.

Helfrich de Rüdigheim, grand-commandeur d'Allemagne, Bohême, etc., reconnaît que les Hospitaliers de Niederweizel (Wizele) doivent à Conrad der Weber (Textor), bourgeois de Wetzlar (Westflavia), et à sa femme Gertrude une rente de deux moutures (malda) de seigle, leur vie durant.

SOURCE : Darmstadt, Arch. du gr.-duché de Hesse, command. de Niederweizel (orig. scellé) [1]. — TEXTE : Baur, *Hessische Urkunden,* V, 186, n° 210.

Datum anno Domini MCCCVIII, in die assumptionis beate Virginis.

4814. — 17 août 1308, Valence.

Jacques II, roi d'Aragon, interdit au bailli et aux officiers de Morella de faire payer aux hommes de l'Hôpital, au mépris des privilèges accordés à l'ordre par les rois d'Aragon, ses prédécesseurs, et par lui-même, tous droits de leude ou de péage.

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 142, f. 143 (copie contemp.).

Datum Valencie, XVI kalendas septembris, anno predicto [MCCC octavo].

4815. — 23 août 1308, Chlopsee.

Othon IV et Valdemar, margraves de Brandebourg et de Landsberg, donnent aux Hospitaliers de Liebschau (Lubsow), en compensation des dommages qu'eux et les leurs avaient causés à l'ordre, le village d'Irsegnin (Erikgnino).

SOURCE : Königsberg, Arch. roy. d'état, tiroir 46, n° 42 (orig., fragm. de sceau), et ms. A. 18 (auj. 67), f. 52 (copie, comm. XV° s.). — TEXTE : Perlbach, *Pommerellisches Urkundenbuch,* 586.

Datum in merica apud stagnum Cholop, anno Domini MCCCVIII, in vigilia beati Barth[ol]omei apostoli.

4816. — 1 septembre 1308, Les Eglises d'Argenteuil.

Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, donne à vie à Guillaume des

1. Ce sceau est ovale, de 45 millimètres environ dans le sens de la hauteur, en cire rouge, scellé sur simple queue de parchemin ; il n'a pas de contre-sceau. Il représente un saint Jean-Baptiste debout, tenant un agnus Dei sur le bras gauche, dans un quadrilobe ; le fond est occupé par des rinceaux et ornements. La légende, séparée du motif central par une ligne perlée, porte : ... PITAL' IRLI. PR ... BOEM.

Bordes, préchantre de Lectoure, les maisons de Mouron près d'Agen (dépendance de la commanderie de Salvaignas) et de Romenac (dépendance de la commanderie du Nom-Dieu).

Sources: Rome, Arch. du Vatican, reg. 56, f. 245 *b* (copie contemp., dans une confirmation de Clément V, du 28 juillet 1309); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 325 (copie de Smitmer, xviii[e] s.). — Texte : *Reg. Clementis pp. V,* IV, 404, n° 4964.

Universis, presens instrumentum publicum inspecturis, frater Fulco de Vilareto, Dei gratia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, salutem in domino Jesu Christo. Noveritis quod nos, attendentes grata et utilia servitia que reverendus pater dominus Bertrandus, Dei gratia Albiensis electus, domine pape camerarius[1], nobis et nostro ordini in curia Romana et alibi jam impendit, volentes, ob causam servitiorum ipsorum et evidentem utilitatem ejusdem nostri ordinis, discreto viro Guillelmo de Bordis, precentori ecclesie Lectorensis, germano suo, et eidem domino electo in persona dicti germani sui facere gratiam specialem, deliberatione et tractatu super hiis habitis diligenter, ac comunicato consilio et voluntate ac expresso assensu priorum nostrorum .. S. Egidii et .. Francie, et aliorum priorum nostrorum nobis assistentium, super hiis habitis et impensis, motu proprio et ex certa scientia, pro nobis et successoribus nostris, domos nostri ordinis sive grangias vocatas de Mugrone prope civitatem Agennensem, et de Romenaco, diocesis Auxitanensis, per ipsum dominum Bertrandum, cui ipsas contuleramus, libere dimissas et resignatas, in nostris manibus hanc resignationem acceptantibus, cum omnibus suis edificiis, prediis, vineis, pratis, ortis, viridariis, nemoribus, aquis, possessionibus, molendinis, censibus et aliis appenditiis, decimis, agretiis, redditibus, terragiis, bonis, fructibus, juribus, deveriis et pertinentiis spiritualibus et temporalibus universis, ubicumque sint et in quibuscumque consistant, non obstante quod dicta domus sive grangia de Mugrone ad domum nostri ordinis de Savinhiaco, ejusdem diocesis Agennensis, et predicta domus sive grangia de Romenaco ad ipsam domum vel Nominis Dei, vel quamcumque seu quascumque alias dicti nostri ordinis, pertinere noscantur, a quibus, et preceptore seu preceptoribus earum, qui sunt et pro tempore fuerint, subjectione et obedientia predicta omnia ad vitam ipsius Guillelmi tenore presentium prorsus eximimus ac etiam separamus, eidem domino Guillelmo tanquam benemerito, licet per preceptores vel alios nostri ordinis consueverint gubernari, ex nunc conferimus et donamus, et de ipsis eidem Guillelmo, modo, forma et jure quibus melius possumus, providemus, ab ipso quandiu vixerit et in quocumque statu, vel dignitate, seu prelatura fuerit, sub annuo censu seu pensione quatuor librarum Turonensium parvorum, solvendarum anno quolibet semel in hunc modum, videlicet pro dicta domo de Mugrone .. preceptori de Salvinhano quadraginta solidos Turonenses, et pro dicta domo de Romenaco alios quadraginta solidos .. priori S. Egidii vel ejus locum tenenti apud Frontonum vel Tholosam, (salvo tamen quod, si in solutione ipsius pecunie deficeret semel vel pluries, quod ob hoc non possit a predictis domibus et aliis supradictis aliquatenus amoveri, sed tantum ad retentum censum seu pensionem apud Agennum, et non alibi, valeat conveniri), nullo aliquo alio onere vel deverio pensionis antique vel nove, seu quocumque alio eisdem domibus seu ordini nostro propredictis faciendo seu etiam exhibendo per eundem Guillelmum vel suos, in perpetuum et irrevocabile beneficium habendum, tenendum ac pacifice possidendum ; ac magistrum Arnoldum de Barrellis, clericum et familiarem nostrum Tholosane diocesis, ejusdem Guillelmi nomine per birretum nostrum investimus presentialiter

1. Bertrand des Bordes, évêque d'Albi de 1308 à 1311.

de eisdem, ac volentes ex nunc dictum Guillelmum predictorum omnium fieri possessorem et quasi, predicta omnia et singula vos constituimus suo nomine possidere, et quatenus ipsa volentes ab eo, sicut a vero possessore et quasipredictorum, libere et actualiter, absque nostra vel alicujus alterius ordinis nostri licentia aut conscientia, apprehendi, ac cum eis tanquam verum possessorem ipsorum et quasi uti pacifice et gaudere. Dantes nichilominus omnibus et singulis, qui dictis domibus sive grangiis, et aliis supradictis, vel eis presidentibus pro tempore tenentur in aliquibus redditibus, juribus sive diveriis, et omnibus aliis, quorum interest, tenore presentium litterarum, in mandatis quod eidem Guillelmo vel mandato suo super premissis et ea tangentibus plene et afficaciter pareant et intendant, sibique cedentes jura, deveria et actiones, si que vel si qua nobis vel ordini nostro competerent, contra ipsos et ipsorum quemlibet ipsum constituimus procuratorem in rem suam. Et licet eum reputemus et censeamus predicta omnia et singula, sicut predicitur, possidere ac quasi, ad pleniorem tamen dicti Guillelmi cautelam, religioso viro .. preceptori domus predicte de Salvanhano, vel ejus locum tenenti, et .. cantori Agennensi, .. archidiacono de Cayrano in ecclesia de Manso, Theobaldo Vigerii, canonico S. Caprasii Agennensis, Guillelmo de Casis et Johanni de Bernardone, legum doctoribus, Guillelmo de Labato, jurisperito, necnon .. rectori ecclesie S. Mete, diocesis Lectorensis, et Arnaldo de Cavanhaco, presbytero, et eorum cuilibet in solidum, tenore presentium committimus quod ipsi, vel alter eorum, ipsum Guillelmum, vel procuratorem suum ejus nomine, inducant actualiter in possessionem predictorum et quasi, et defendant inductum, sibique, sicut presidenti et legitime obtinenti dictas domos sive grangias et alia supradicta, de omnibus et singulis supradictis faciant a quibuslibet plene et integre responderi, ita tamen quod, post ipsius obitum, in curia Romana vel alibi hujusmodi domos et alia supradicta ad domos, a quibus dependent, cum omnibus melioratis suis libere revertantur, fructibus, exitibus, redditibus, proventibus et explectis, quos idem Guillelmus vel sui inde receperint vel habuerint, apud eos libere remansuris. Volumus autem quod in qualibet de predictis domibus unus frater tantum serviens vel capellanus dicti ordinis, ad electionem dicti Guillelmi, continue expensis et sumptibus ibi resideat et moretur. Si vero plures fratres sub nomine preceptoris vel alias in ipsis domibus morari consueverint vel morentur, eos ex nunc ab ipsis domibus et earum qualibet, quandiu idem Guillelmus vixerit, ex certis causis et ex certa scientia, tenore presentium amovemus, preceptores ipsis presidentes domibus ab ipsarum regimine absolvendo, eisque super administratione ipsarum vel ipsas contingentibus de cetero, quandiu idem Guillelmus eas tenuerit, precipimus non pareri. Et etiam non obstante si per aliquem seu aliquos nostri ordinis super hiis vel aliquo ipsorum aliquid fuerit in contrarium actum seu etiam ordinatum, quod ex nunc decernimus non valere. Et non obstantibus quibuscumque privilegiis, indulgentiis et gratiis apostolicis, generalibus et specialibus, sub quacumque forma verborum nobis vel ordini nostro conjunctim vel divisim concessis et indultis, concedendis et indulgendis, usibus, statutis et consuetudinibus dicti ordinis, per quas seu que hujusmodi nostra gratia impediri posset quomodolibet seu etiam anullari. Quibus omnibus quoad presentem gratiam et omnia et singula in eadem contenta, pro nobis et nostro ordine omnino expresse et ex certa scientia renuntiamus, preceptori domus predicte de Salvanhano, et preceptoribus ac fratribus et omnibus aliis nostris subditis, in virtute sancte obedientie, firmiter injungentes ut eidem Guillelmo et suis procuratoribus super hiis et ea tangentibus plene et integre pareant et intendant, et premissis vel aliquibus premissorum nullatenus se opponant. Dictus autem Guillelmus predictas domos, auctore Domino, meliorabit, et in quibus comode poterit augmentabit, juraque ipsarum integre conservabit, ad jus et proprietatem eorum

alienata et deperdita pro viribus revocabit. Nobiles viros dominos senescallos Vasconie et Agennensis, qui sunt et pro tempore fuerint, et quosvis alios dominos officiales et temporales justitiarios, et quoscumque alios tenore presentium requirentes et ipsis supplicantes ut ipsi et eorum quilibet dicto Guillelmo et ejus gentibus, super assecutione possessionis predictorum et ipsius conservatione, retentione ac tuitione, et defensione bonorum et jurium dictarum domorum et aliorum predictorum, per auxilium oportune defensionis assistant. Et nichilominus tenore presentium requirimus arrendatores, affirmatores seu accensatores redditum, exituum atque proventuum domorum et aliorum predictorum, ac omnes et singulos qui prefatis domibus in aliquibus censibus, redditibus, juribus aut quibuscumque deveriis tenentur aut tenebuntur, predicta omnia et singula solvant, dent et reddant dicto Guillelmo vel ejus procuratori, sibique, super premissis et ea quoquomodo contingentibus, pareant et intendant, non obstantibus quibuslibet obligationibus, pactionibus, juramentis et penis, quibus iidem arrendatores seu alii predicti, vel aliquis eorumdem, non de solvendo alii seu aliis predicta vel aliqua predictorum se forsitan obligassent. Nos enim de premissis et super premissis ipsos et ipsorum quemlibet absolvimus et quitamus, et dictos dominos senescallos, officiales et justitiarios, et ipsorum quemlibet etiam requirimus ut ipsos ad solvendum predicta dicto Guillelmo vel procuratori suo precise compellant. In quorum omnium et singulorum testimonium et munimen, presens publicum instrumentum fieri jussimus per Jacobum, notarium publicum infrascriptum, et bullam nostram plumbeam, qua utimur, eidem instrumento, una cum signo consueto ipsius notarii, duximus apponendam. Qua apposita vel non, integra vel fracta, vel dubitato de ipsa, volumus quod huic publico instrumento plena fides habeat adhiberi. Actum et datum in domo nostra Ecclesiarum de Argentolio, diocesis Xanctonensis, anno nativitatis Domini MCCCVIII, indictione VI, pontificatus sanctissimi patris domini Clementis pape V anno tertio, die prima mensis septembris. Presentibus discretis viris magistro Johanne de Lescapon, Nannetensi, et Guillelmo Galterii, S. Ilarii Pictavensis ecclesiarum canonicis ; et Arnaldo Barrelle predicto, ac Petrutio Petri de Burgo, ipsius domini pape serviente, testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis. Et ego Jacobus de Vallilarge de Guarcino, auctoritate sancte Romane ecclesie et imperiali publicus notarius, premissis exemptioni, separationi, donationi, concessioni, provisioni, investiture, concessioni, commissioni, revocationi, supplicationi, requisitioni et omnibus aliis supradictis, una cum dictis testibus, presens interfui, et presens publicum instrumentum de mandato dicti domini magistri scripsi, et in publicam formam redegi, meoque signo consueto signavi rogatus.

4817. — 1 septembre 1308, Les Eglises d'Argenteuil.

Le même donne à vie, dans les mêmes termes que dans l'acte précédent, à Bertrand des Bordes, chanoine de S. Hilaire de Poitiers et neveu de Bertrand II des Bordes, évêque élu d'Albi, les granges de Gardère près de Moncrabeau (Mons Crapellius) au diocèse d'Agen, et de S. Quintelha au diocèse d'Auch, sous un cens annuel de quarante sous Tournois.

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 56, f. 249 *b* (copie contemp., dans une confirmation de Clément V, du 28 juillet 1309). — Analyse : *Reg. Clementis pp. V,* IV, 411, n° 4971.

Actum et datum in domo nostra Ecclesiarum de Argentolio, diocesis Santo-

nensis, anno Domini MCCCVIII, indictione VI, pontificatus sanctissimi patris domini Clementis pape quinti anno tertio, die prima mensis septembris.

4818. — 9 septembre 1308, Fontcouverte.

Le pape Clément V, à la requête d'Ithier de Nanteuil, grand-prieur de France, confirme à Nicolas de Brulez, curé de Ceintrey, les revenus de cette paroisse, qu'il lui avait accordés (V. plus haut, n° 4796) malgré les réclamations d'Hugues de Ceintrey, clerc, qui demandait qu'ils lui fussent attribués, prétendant que la paroisse était vacante puisque Nicolas de Brulez ne s'était pas fait promouvoir au sacerdoce dans le délai stipulé par le S. Père. — « Laudabilibus tue meritis ».

SOURCES: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIII[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 200 *b* (copie contemp.). — ANALYSE: *Reg. Clementis pp. V,* III, 277, n° 3395.

Dat. apud Fontemcopertum, Xanctonensis diocesis, V idus septembris, [pontificatus nostri] anno III.

4819. — 9 septembre 1308, Fontcouverte.

Le même, à la requête du même, accorde à Pierre de Pontiacq (de Pontiaco), prêtre, moine de Marmoutier, neveu du grand-prieur, un des prieurés non conventuels de l'abbaye de Marmoutier, vacants ou à vaquer, jusqu'à concurrence d'un revenu annuel de cent cinquante livres Tournois. — « Grata devotionis studia[1] ».

SOURCES: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIII[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 153 *b* (copie contemp.). — ANALYSE: *Reg. Clementis pp. V,* III, 205, n° 3116.

Dat. apud Fontemcopertum, Xanctonensis diocesis, V idus septembris, [pontificatus nostri] anno III.

4820. — 20 septembre 1308, S. Emilion.

Le même prie Philippe IV le Bel, roi de France, de verser au grand-maître de l'Hôpital l'argent recueilli par lui pour secourir la Terre Sainte, d'autoriser la sortie de France des choses nécessaires à l'expédition projetée (passagium particulare), de défendre l'exportation des ports de France des marchandises prohibées destinées aux Sarrasins, et d'écrire, pour empêcher cette exportation, au doge de Venise et aux Génois et Pisans[2]. — « Terra Sancta que ».

SOURCES: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIII[e] s.); Rome, Arch. du

1. Même bulle au prieur de Magny (de Maisnilio) au diocèse de Bourges, au doyen de S. Aignan d'Orléans et au trésorier de l'église de Reims.

2. Le même jour le pape adressa aux Génois, aux habitants d'Ancône, aux Pisans et aux Vénitiens une bulle analogue à celle qu'il écrivit à Philippe le Bel: « Terra Sancta que ». (SOURCES: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIII[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 170 *b* (copie contemp.). — TEXTE: *Reg. Clementis pp. V,* III, 232, n° 3218).

Vatican, reg. 55, f. 123 *b* (copie contemp.). — Texte : *Reg. Clementis pp. V,* III, 151, n° 2986.

Dat. apud S. Emilianum, Burdegalensis diocesis, XII kalendas octobris, [pontificatus nostri] anno III.

4821. — 20 septembre 1308, S. Emilion.

Le même exhorte les Teutoniques à prêter assistance aux Hospitaliers, qui préparaient une expédition (passagium particulare) en Terre Sainte. — « Suscipiens ab olim ».

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 171 (copie contemp.). —Texte : *Reg. Clementis pp. V,* III, 234, n° 3219.

Dat. ut supra [apud S. Emilianum, Burdegalensis diocesis, XII kalendas octobris, pontificatus nostri anno III.]

4822. — 22 septembre 1308, Chertsey.

Edouard II, roi d'Angleterre, confirme et vidime les libertés accordées aux Hospitaliers par ses prédécesseurs les rois Henri III, le 20 *juin* 1253 (*V. plus haut,* II, *n°* 2646) *et Edouard I, le* 8 *juin* 1280. (*V. plus haut,* III, *n°* 3726.)

Source : Londres, Mus. Brit., fonds de Harley, n° 858, f. 100 (copie, fin XV° s.); Record office, Rot. chart., 2 Ed. II, membr. 13, n° 46 (copie contemp.); Rot. memor. 5-6 Ed. III, membr. 51 (dans un vidimus d'Edouard III, du 30 juin 1327, copie contemp.). — Texte : *Chartæ, privilegia, immunitates...* 1171-1395, publ. par *Irish record commission,* 1889, p. 42 (à la date erronée du 22 décembre 1308).

Datum per manum nostram apud Certeseye, XXII die septembris, anno regni nostri secundo.

4823. — 29 septembre 1308.

Eberhard I, comte de Deux-Ponts et seigneur de Bitche, et Simon III et Eberhard II, ses fils, donnent aux Hospitaliers de Heimbach le droit de patronage sur l'église de Virming, au diocèse de Metz[1].

Source : Coblence, Arch. roy. d'état, ordre de Malte, command. de Mayence, IV B. b. 4 (orig. scellé). — Analyse : Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du Bas-Rhin, H. 2194, p. 221 (invent. des titres de Dorlisheim, de 1688).

Nos Eberhardus, comes Gemini Pontis et dominus de Bythis, atque Symon et Eberhardus, nostri nati, litteris presentibus recognoscimus publice profitendo quod, unanimi consensu et voto pari, ob divine remuneracionis intuitum, pro nostra ac progenitorum nostrorum salute, dedimus in hiis scriptis, donamus et tradimus religiosis viris .. magistro et fratribus sacre domus Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani in Heimbach jus patronatus ecclesie de Wormingen, Metensis dyocesis, et quicquid eidem juri patronatus est annexum, quod ad nos

1. Comparez une pièce analogue d'Eberhard II, fils d'Eberhard I, du 10 février 1300 (V. plus haut, III, n° 4485). Cette donation fut confirmée par Pierre de Treba, archidiacre de Marsal au diocèse de Metz, le 13 août 1309 (Strasbourg, Arch. de l'anc. dép. du B.-Rhin, H. 2194, p. 221).

titulo proprietatis pertinere dinoscitur, ipsum jus patronatus in eosdem fratres et domum predictam cum pleno jure auctoritate presencium transferentes. Acta sunt hec coram viris discretis et ydoneis, videlicet fratre Egenone, commendatore dicte domus in Heimbach; Gerhardo, camerario monasterii Hornbacensis; Henrico Pullerio et Reinero dicto de Castro, canonicis in Hornbach; Conrado, plebano ibidem; Hermanno dicto Slobart; Landolfo dicto de Beckensbach, et Johanne dicto de Lostat, armigeris. In cujus rei testimonium, nos Eberhardus comes predictus, pro nobis atque nostris natis supradictis, sigillum nostrum presentibus apposuimus, quo eciam nos Symon et Eberhardus, fratres predicti, contenti sumus in signum quod consensimus omnibus supradictis. Datum anno Domini MCCC octavo, in commemoracione beati Mychaelis archangeli.

4824. — 24 octobre 1308, Westminster.

Edouard II, roi d'Angleterre, mande au trésorier et aux barons de l'Echiquier de rembourser aux Hospitaliers d'Angleterre deux cents livres, qu'ils avaient prêtées à Edouard I, son père, et d'imputer cette somme en déduction de ce qu'ils devaient pour les impôts du trentième et du vingtième, accordés à Edouard I pour la chevalerie de son fils (Edouard II).

SOURCE: Londres, Record office, Rot. litt. claus., 2 Ed. II, membr. 19 (copie contemp.). — ANALYSE : *Cal. of the close rolls, Edward II*, I, 79.

Teste rege apud Westmonasterium, XXIIII die octobris.

4825. — 25 octobre 1308, Westminster.

Le même acense pour quatorze ans, à partir de la saint Michel (29 *septembre*) *de l'année courante, son manoir de Capell Isold au grand-prieur d'Irlande.* (*V. plus haut*, II, *n°* 1947.)

SOURCE: Londres, Record office, Origin. Scacc., 2 Ed. II, memb. 5 (copie contemp.). — TEXTE: *Abbreviatio rotul. orig. in curia Scaccarii*, I, 161.

R[ex] commisit dilecto nobis in Christo priori Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Hibernia manerium nostrum de Capella Isolde cum pertinenciis, habendum usque ad finem quatuordecim annorum, reddendo inde per annum triginta et quinque marcas, etc. Teste rege apud Westmonasterium, XXV die octobris.

4826. — 5 novembre 1308, Lormont.

Le pape Clément V confirme à Raymond-Bernard de Fumel, de l'ordre de l'Hôpital, son chambellan, la concession de la baillie de S. Naixant au diocèse de Périgueux, que lui avait faite Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, le 31 *août* 1307. (*V. plus haut, n°* 4749.)

SOURCES: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIII° s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 199 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 317 (copie de Smitmer, XVIII° s.). — Texte: *Reg. Clementis pp. V*, III, 275, n° 3389.

[Clemens, etc.], dilecto filio fratri Raymundo Bernardi de Fumello, ordinis

sancti Johannis Jerosolimitani, cubiculario et familiari nostro, [salutem, etc.]. Exhibita nuper nobis tua petitio continebat quod dilectus filius frater Fulco de Villareto, magister Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, bajuliam S. Maxentii, Petragoricensis diocesis, ad dispositionem ipsius magistri libere pertinentem, cum omnibus membris, grangiis, juribus, pertinentiis et appenditiis ad bajuliam eandem quocumque modo spectantibus, tibi commisit et tradidit, per te quamdiu vixeris habendam, tenendam atque regendam et pacifice possidendam, prout in patentibus litteris inde confectis dictique magistri bulla plumbea communitis plenius continetur. Quare nobis humiliter supplicasti ut, commissionem et traditionem easdem ratas habentes et gratas, ipsas auctoritate apostolica ex certa scientia confirmaremus et presentis scripti patrocinio communiremus, supplentes omnem defectum, si quis in eis fuerit, de apostolice plenitudine potestatis. Tenorem autem predictarum litterarum presentibus inseri fecimus, qui talis est : « Noverint universi, presentes « litteras inspecturi, quod nos frater Fulco de Villareto, etc. (V. plus haut, n° 4749) ». Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. apud Laureummontem, Burdegalensis diocesis, nonis novembris, [pontificatus nostri] anno III[1].

4827. — 7 novembre 1308, Westminster.

Edouard II, roi d'Angleterre, autorise Guillaume de Tothale, grand-prieur d'Angleterre, à se faire représenter, pendant son absence, pour les affaires de l'ordre, par frère Richard de Leicester et par Matthieu de S. Léonard[2]. (*V. plus haut, n°* 4763.)

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 2 Ed. II, pars II, membr. 20 (copie contemp.). — Analyse : *Cal. of the pat. rolls, Edward II* (1307-1313), 142.

Teste rege apud Westmonasterium, VII die novembris.

4828. — 28 novembre [1308][3], Marseille.

Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, demande à Philippe IV le Bel, roi de France, de prendre sous sa protection le viguier et les gens de Pierre de Pleine Chassagne, évêque de Rodez, nommé légat en Terre Sainte.

Source : Paris, Arch. nat., J. 368, n° 5 (orig. bullé)[4].

Excellentissimo principi domino suo carissimo domino Philippo, Dei gracia

1. Le même jour le pape adressa une bulle de même teneur et de même objet aux prieurs de S. Pierre de Monestier (diocèse de Périgueux), de Bouloc (diocèse de Cahors) et de Lacourt (diocèse d'Agen). (Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 55, f. 200. — Analyse : *Reg. Clementis pp. V*, III, 277, n° 3393.)

2. Cette autorisation fut renouvelée, le 15 décembre 1309, pour un an, en faveur de frère Richard de Leicester et de frère Humphrey de Wykham, et, le 23 octobre 1310, en faveur de frère Richard de Leicester et de Geoffroy de Northampton. (Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 3 Ed. II, membr. 26, et 4 Ed. II, pars I, membr. 11 (copies contemp.) — Analyse : *Cal. of the pat. rolls, Edward II* (1307-1313), 202 et 287.)

3. Il est fort probable que cet acte est de 1308 ; le 6 janvier 1309, en effet, Clément V écrivit dans le même sens que Foulques de Villaret au roi de France. La bulle de nomination de Pierre de Pleine Chassagne comme légat est du 17 juin 1309, et le 29 août suivant 17 bulles conférèrent au nouveau légat les pouvoirs les plus étendus (Abbé Calmet, *Annales de S. Louis des Français*, I, 490). Mais il se peut aussi qu'il faille le dater du 28 novembre 1309.

4. La bulle de Foulques de Villaret a été décrite par Douët d'Arcq, *Invent. des sceaux des Arch.*, III (Paris, 1888), n° 9883, et par Schlumberger, *sceaux et bulles de l'Orient au Moyen Age*, 49 ; elle est sur lacs de soie rouge.

regi Francorum illustrissimo, frater Fulco de Vilareto, eadem gracia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, se et ordinem cum promptissimo et perpetuo famulatu. Quanta favorum et gratiarum prerogativa sint amplectendi et fovendi qui Terram Sanctam, in qua lux vera humano generi apparuit, visitant, negocii arduitas et excellencia manifestant. Hinc est quod, cum sanctissimus pater et dominus noster Clemens, divina providente clementia papa v, commiserit legacionis officium reverendo patri in Christo Ruthenensi episcopo in hoc sanctissimo itinere, quod acturi sumus, ipso summo pontifice vestraque regali munificencia facientibus et ordinantibus quod nobis occurrit gratissimum, cum plurium bonorum assercio ipsum testetur et asserat fervere ad Terre dicte causam, benignitatem regiam supplices, affectu fecundiori quo possumus, quesumus et requirimus quatinus de solita clementia episcopatum suum et res suas sub vestre pie protectionis et custodie clipeo suscipere clementer dignemini, mandando si libet senescallo vestro Ruthenensi ceterisque officialibus regiis, partibus illis presidentibus, quod vicarium et gentes ipsius episcopi cum rebus et bonis suis recomendatos habeant peculiarius, eos ab injuriis, oppressionibus, violenciis et novitatibus favorabiliter protegendo. Tantum inde, si placet, facientes, bone rex et domine, quod, ipso episcopo valente legationis sibi commissum officium cum animi tranquillitate et quiete exercere, a Deo, cujus in hac parte res geritur, retribucionem eternam regalis assequi benivolencia mereatur. Vivat et valeat, ut optat, regalis sublimitas, nos et ordinem admittens ad cuncta genera mandatorum. Datum Massilie, die xxviii novembris.

Au dos: Excellentissimo principi domino suo carissimo, domino Philippo, Dei gratia regi Francorum illustrissimo.

4829. — 30 novembre 1308.

Le même et les procureurs d'Aymar IV de Poitiers, comte de Valentinois, concluent, en présence de Dragonet de Mondragon, grand-prieur de S. Gilles, de Pons de Fay, grand-prieur d'Auvergne, de Philippe de Laodicée (la Liche), prieur de Limisso, et de Pierre de Solers, châtelain d'Amposte, une transaction, par laquelle le comte abandonne à Pierre de Cornillau, commandeur de Poet Laval (Vallispogeti), ses droits sur Milaures (Milauras) sous diverses conditions, y compris la haute justice, mais se réserve la haute justice sur les vassaux de l'Hôpital à S. Vincent de Charpey et à S. Donat dans des limites territoriales déterminées dans cet acte. L'Hôpital abandonne au comte ses droits sur le moulin de Châteauneuf de Dalmas (Castrum Novum Dalmacenum), à charge de recevoir de celui-ci une compensation équivalente au même lieu; il cède enfin au comte la maison et le moulin de Pont Arnaud avec ses dépendances, situés entre Montbrison et Taulignan (Toulinhanum).

Source: Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. 1085 (vidimus émané de Raoul de Gaucourt en 1453).

..... Anno incarnationis Domini millesimo tricentesimo octavo, videlicet pridie kalendas decembris .....

4830. — 6 décembre 1308, Marseille.

Le même accorde aux habitants de Manosque qu'aucun d'eux ne pourra exercer

à Manosque un office de judicature ou de bailliage, à cause des inconvénients qui résultaient des influences de famille auxquelles ceux-ci obéissaient.

Sources : Manosque, Arch. munic., livre des privil., f. 68 *b* (copie, comm. xive s.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 673 (cartul. de Manosque), f. 8 *b* (copie, xive s.). — Texte : Isnard, *Livre des privil. de Manosque*, 158.

Frater Fulco de Vilareto, Dei gracia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, dilectis ac fidelibus suis universis et singulis in villa, castro seu valle Manuasce habitantibus et qui habitaverint in futurum, salutem cunctis felicitatibus opulentam. Etsi cunctos Hospitalis homines fideles subditos et vassallos teneamur diligere ac caritative, prout nobis ex alto conceditur, pertractare, vos tamen, ut dignis digna respondeant, uberiori bonorum retributione prossequi cupimus, eo quod vos gracia dignos cognoscimus, et comendat ingens exellentia meritorum et fidelis devotio quam erga domum Hospitalis predicti ab antiquis temporibus habuistis. Sane pro parte vestra nobis oblata petitio continebat quod, retroactis temporibus, propter consilium incolarum nostrorum, regimina suis parentibus et consanguineis favorisantium illicite, multe vobis sunt illate injurie, et inter vos plures orte discordie, quas expedit radicitus extirpari. Quare vobis graciose concedi a nobis humiliter supplicastis ut deinceps aliqui vestri concives, habitatores vel incole Manuasce vel ejus districtus, ad aliquod officium publicum judicature vel bajulie, vel ad aliud cui sit annexa jurisdictio, nullatenus admitantur, sed admissi removeantur in locum eorum, aliis sufficientibus extraneis subrogatis. Nos igitur, qui in nostrorum subditorum quiete quiescimus et prosperitatibus properamus, preces vestras ferventi et benivolo animo admitentes, vobis, et vestris successoribus per inperpetuum, in speciale privilegium concedimus et donamus ut deinceps in villa Manuasce nec ejus districtu aliquod officium publicum judicature vel bajulie, vel alterius cui sit annexa jurisdictio, nullatenus admittatur. Dantes priori S. Egidii et preceptori Manuasce, qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint, in virtute sacre obediencie, presentibus in mandatis ut in futurum nullum habitatorem, incolam Manuasce vel ejus districtus, ad officia admitere valeant antedicta, et quod eos, si qui nunc in dictis officiis, removeant, aliis in eorum locum extraneis sufficientibus subrogantes. Datum Massilie, die vi decembris, anno Domini millesimo trecentesimo octavo.

4831. — [1309][1].

Extraits des instructions données par Philippe IV le Bel, roi de France, à P. de Paray (de Paredo), prieur de la Chaize (de Cheza), envoyé vers le pape, relatifs aux griefs que le roi avait contre l'ordre de l'Hôpital.

Sources : Paris, Arch. nat., JJ. 42 *a*, f. 94 *b* (copie contemp.); Bibl. nat., coll. De Camps, vol. 39, f. 91 (copie, fin xviie s.), et fonds franç. 21029 (coll. Sérilly), f. 147 (copie, xviie s.). — Texte : d'Achery, *Spicilegium*, III, 700.

..... Item habet prior domino pape exponere domini regis intentum super negotio fratrum Hospitalis regni Francie, et specialiter nationis Francorum, quorum

1. Ces instructions semblent être de 1309 ; elles sont certainement antérieures à la lettre du grand-maître du 28 janvier 1309 (V. plus bas, p. 203, n° 4841) ; celle-ci, en effet, paraît bien répondre aux reproches que le roi avait fait adresser par P. de Paray à celui-ci, et chercher à excuser la conduite de F. de Villaret.

status et honor est ipso ordine quamplurimum diminutus, et in ordinatione particularis passagii pro Terre Sancte negotio retardatus. Super quo negotio littere regis, dirigende tam domino pape quam magistro et fratribus dicti ordinis, satis cito priori mittentur, quas ipse oportuno tempore presentabit.

Item exponat prior pape et magistro Hospitalis qualiter rex male contentus est de dicto magistro, eo quod ordinationem particularis passagii non significavit regi, nec deliberationem habuit cum eodem. Et licet se excusaverit magister predictus frivola excusatione quod in recessu suo de Pictavis[1] ordinationem scriptam dimisit domino G[uillelmo] de Plasiano, regi tradendam, quam rex postea nunquam vidit, et dictus dominus G[uillelmus] ab eo recessit nisi solum quamdam cedulam scriptam, non clausam nec sigillatam, quam quidem procurator Hospitalis sibi ex parte magistri tradidit, de qua idem dominus G[uillelmus] non curavit, quia taliter tradebatur, nec excusationem habet magister quominus, postquam certificatus fuit per litteras regis super hoc ante nativitatem Domini, postea de ordinatione passagii domino regi intimare curavit, cum postea venerint Parisius prior S. Egidii et alii fratres.

Item male contentatur rex de magistro predicto quia suo tempore, et specialiter in ordinatione passagii, contra consuetudinem ordinis vituperavit et diminuit honorem regni; ex quo majus quam aliunde intendit habere subsidium, et specialiter duobus: quia, cum sex viginti fratres nationis Francorum esse consueverint in conventu Hospitalis ultra mare, modo non sunt nisi duodecim vel circa, et cum tot equites in hoc particulari passagio aliunde assumat, de natione Francorum non assumit nisi paucos, scilicet quinquaginta vel circa. Exponat igitur prior domino pape ac insuper dicto magistro quod voluntatis regis esset ut numerus fratrum nationis Francorum reintegretur in conventu ultramarino, et huic particulari passagio, quod instat, Domino concedente, agendum, tales preponantur de quibus rex possit confidere, et tam de personis eorum quam de pecuniis regni Francie prudenter et fideliter erogandis ad usum destinatum, et de litteris voluerit rex certus esse; aliter ipse providebit, prout Dominus sibi ministrabit, juxta modum pristinis temporibus observatum. Ostendaturque domino pape quod rex non vult divisionem linguarum facere in ordine supradicto; sed, si velint regni beneficiis gaudere, non permittet nationem Francorum in ordine ipso postponi per fratres ordinis memorati. Instet ergo prior apud dominum papam quod in dicto ordine non fiat divisio, et quod nationi Francie debitus honor servetur, sicut est hactenus consuetum; et hoc particulare passagium ad laudem Dei sancteque matris ecclesie ac sine detractione honoris regis et regni Francie taliter ordinetur quod rex ipse debeat contentari; et tot et tales de fratribus regni Francie ad hoc passagium assumantur quod rex possit confidere de eisdem. Et hec omnia prior exponat domino pape, dicto magistro et fratribus sui ordinis, qui debent apud Avinionem in proximo convenire; et super his in proximo mittentur sibi littere, quas domino pape dictisque magistro et fratribus presentabit.

Item habeat in memoria prior exponere dictis magistro et fratribus injuriam et damnum, quas intulit thesaurarius Hospitalis Francie priori Francie. Procurante enim priore S. Egidii, recessit et aufugit cum tota pecunia prioris, congregata pro passagio particulari, et cum alia pecunia mercatorum deposita in domo Hospitalis Parisius. Petatur ergo et remittatur dominus thesaurarius Parisius, ut ibi respondeat de predictis, dictaque pecunia, per eum asportata, dicto priori restituatur pro negotio supradicto .....

1. Il quitta Poitiers vers la seconde quinzaine d'août de l'année 1308.

4832. — 1309.

Jacques II, roi d'Aragon, mande à Guillaume de Moncada (de Montecatano), seigneur de Fraga, de restituer au commandeur de Torrente certains prisonniers qu'il détenait illégalement.

Analyse : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Invent. de la chât. d'Amposte, de 1827 (Villalba, liasse 3, n° 21).

4833. — 1309.

Le même ordonne à [Guillaume de Moncada], seigneur de Fraga, de n'accepter comme vassal aucune personne appartenant à l'ordre de l'Hôpital, et de restituer au commandeur de Torrente celles dont il aurait déjà accepté l'hommage.

Source : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, Invent. de la chât. d'Amposte, de 1827 (Villalba, liasse 3, n° 22).

4834. — 1309.

Jean de Zieleniec (Zelenicz), commandeur de Posen, avec l'assentiment de Berthold de Henneberg (Henborg), lieutenant du grand-prieur d'Allemagne (summus magister) en Pologne[1]*, conclut avec André [Jedrzei], évêque de Posen, et avec le chapitre de Posen un échange, par lequel il cède à ceux-ci la ville de Szymanowo (Symanova), au territoire de Schrimm (Srzem), et reçoit par contre la ville de Popowck (Popovo), sise près de Goluchowo (Goluchovo) et confinant aux biens de l'ordre à Jedlec (Iedlcze).*

Source : Posen, Arch. du chap. lib. privileg. B, n° 156 (copie, xv° s.). — Texte : *Codex dipl. Majoris Poloniæ*, II, 274, n° 929.

Datum anno Domini MCCC nono.

4835. — 6 janvier 1309, Toulouse.

Le pape Clément V informe Philippe IV le Bel, roi de France, du passage en Terre Sainte projeté par les Hospitaliers pour le printemps prochain, et lui demande de prendre sous sa protection l'église de Rodez pendant l'absence de Pierre de Pleine Chassagne, évêque de Rodez, légat en Terre Sainte. — « Statum miserabilem ».

Source : Paris, Bibl. nat., fonds franç. 21028 (coll. Sérilly), f. 319 (copie, xvii° s.), et coll. De Camps, vol. 39, f. 97 (copie, fin xvii° s.)[2]. — Texte : Baluze, *Vitæ pap. Avinionensium*, II, col. 139.

Dat. Tholose, VIII idus januarii, pontificatus nostri anno IV.

1. Plus tard grand-prieur d'Allemagne.
2. Le registre des Chartes 4 (acte 18), d'après lequel Sérilly et De Camps avaient transcrit cette bulle, est en déficit aux Archives nationales. Ce déficit est signalé, dès 1630 environ, dans un inventaire sommaire du trésor des Chartes de Dupuy.

4836. — 8 janvier 1309, Villingen.

Conrad, comte de Furstenberg, chanoine de Constance, renonce, en faveur des Hospitaliers de Villingen, aux droits qu'il tenait, depuis la mort de son frère Gebhard, sur l'église de Pfohren (Pforen) et au droit de présentation à celle-ci.

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, 20 sp. 64 (orig.). — Texte : *Fürstemberg. Urkundenbuch*, II, 35.

Der wart gegeben ze Vilingen, do man zalt von Gottes gebúrte drúzehenhúndert jar in dem núnden jar, an der mitevochen nach dem zwo̊lften tag.

4837. — 8 janvier 1309, Villingen.

Henri II et Conrad, frères, comtes de Furstenberg, donnent, avec l'assentiment des comtes Conrad et Gebhard, leurs cousins, aux Hospitaliers de Villingen, qui avaient accueilli dans leur maison leur frère Frédéric, le domaine de Pfohren (Phorren) et le droit de présentation à l'église de cette localité. (V. plus haut, n° 4836.)

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, 20 sp. 64 (orig.). — Analyse : Riezler, *Gesch. von Donaueschingen*, dans *Schriften d. hist. Vereins Donaueschingen*, 1872, 67. — Texte : *Fürstemberg. Urkundenbuch*, II, 33.

Dirre brief wart gegeben und geschach och das ze Vilingen, do man zalte von Gottes gebúrte drúzehenhvndert jar und in dem núnden jare, an der mittevochen nach dem zwelften tage.

4838. — 10 janvier 1309, Villingen.

Verena, femme d'Henri II, comte de Furstenberg, renonce, en faveur des Hospitaliers de Villingen, pour elle et ses hoirs, à ses droits sur Pfohren et au patronage de l'église de ce lieu. (V. plus haut, nos 4836 *et* 4837.)

Source : Carlsruhe, Arch. du gr.-duché de Bade, 20 sp. 64 (orig. scellé). — Texte : *Fürstemberg. Urkundenbuch*, II, 36.

Dor wart gegeben ze Vilingen, do man zalt von Gottes gebúrte drúzehenhundert jar in dem núnden jar, an dem fritag nach dem zwo̊lftentag.

4839. — 12 janvier 1309, Bonfont.

Le pape Clément V charge l'évêque de Toulouse de mettre fin au débat soulevé par le prieur de S. Sauveur et le commandeur de Castelsarrasin relativement au droit de sépulture, qu'ils contestaient au prieur du Mont Carmel de Castelsarrasin.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Rome, Arch. du

Vatican, reg. 56, f. 37 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 335 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Analyse: *Reg. Clementis pp. V*, IV (Rome, 1886), 53, n° 3848.

[Clemens, etc.], venerabili fratri .. episcopo Tholosano, [salutem, etc.]. Ex parte dilectorum filiorum .. prioris et conventus ordinis S. Marie de Montecarmeli de Castro Sarraceni, tue diocesis, fuit expositum coram nobis quod, licet idem ordo ex indulto sedis apostolice liberam habeat sepulturam, ita quod eorum devotioni et extreme voluntati qui apud fratres dicti ordinis eligerent sepeliri nullus absistat, tamen .. prior monasterii S. Salvatoris, per priorem soliti gubernari, ordinis sancti Benedicti, et .. preceptor Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani de dicto Castro, predicte diocesis, pretextu ejusdem consuetudinis, que dicenda est potius corruptela, predictos priorem et conventum dicti ordinis S. Marie de Montecarmeli pro sua voluntate compellunt ut corpora parochianorum ipsorum prioris S. Salvatoris et preceptoris, cum decedunt, qui apud ecclesias eorumdem prioris et conventus ordinis S. Marie de Montecarmeli in voluntate ultima eligunt sepulturam, dictis priori et preceptori presentare procurent, et ea postmodum sic representata redimant pro certa pecunie quantitate secundum conditionem et facultates cujuslibet hujusmodi defunctorum, contra canonicas sanctiones, in ipsorum prioris et conventus ordinis Carmelitorum non modicum prejudicium et gravamen. Quare pro parte ipsorum fuit nobis humiliter supplicatum ut providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, partibus convocatis, audias causam, et, appellatione remota, debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, eisdem priori S. Salvatoris et preceptori et ordinibus eorumdem ab apostolica sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis, et per que effectus presentium impediri valeat vel differri. Dat. apud monasterium Bonifontis, Convenarum diocesis, ii idus januarii, [pontificatus nostri] anno iv.

4840. — 26 janvier 1309, Florence.

Le podestat et les magistrats de la seigneurie de Florence mandent aux officiers des péages et gabelles de n'exiger ni péage ni gabelle de Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, à l'occasion de son séjour à Florence.

Source: Florence, Arch. d'état, carteggio de la Seigneurie, I, f. 84 *b* (copie contemp.).

Petrus, domini Ugolini de Bittonio, potestas, Simon, domini Bonifacii de Gracanis de Perusio, capitaneus et deffensor, priores artium et vexillifer justitie civitatis et populi Florentini, probis viris universis et singulis pedageriis et gabellatoribus et officialibus, quomodocunque et per quoscunque deputatis ad quecunque pedagia et gabellas exigendum vel ad alias exactiones faciendum tam apud januas civitatis Florentine quam apud terram Podii Boniczi et alibi ubicunque in fortia Florentina et ponti et capiti lige communis predicti Podii Boniczi, salutem et amorem sinceram. Cum reverendus pater et dominus, dominus frater Folchus de Villereto, Dei gratia sancte mansionis beati Johannis Jerosolimitani magister dignissimus, intendat infra quindecim dies proxime futuros a civitate Florentina recedere, ad quam venit cum ampla sua et honorabili comitiva et cum suis et sue comitive equis, bestiis, salmis, arnensibus atque rebus, et cupiamus ipsum et comitivam suam in civitate ac fortia Florentina, sicut excellentiam suam decet, integre honorari, placet nobis,

et volumus et mandamus vobis et vestrum cuilibet, sub pena librarum quingentarum Florenorum, quod ipsum dominum magistrum et suam comitivam et eorum familiares et famulos, cum omnibus bestiis, equis, salmis, arnensibus et rebus eorum, permictatis libere pertransire, nullam ab eis vel eorum aliquo infra tempus predictum gabellam vel pedagium nullamque rem vel pecuniam exigentes. Mandamus etiam universis et singulis civibus et districtualibus Florenis, et aliis in Florentina fortia constitutis, quod ipsos dominum magistrum et comitivam suam tractetis et recipiatis curialiter et honorifice, sicut decet, hec mandata nostra taliter impleturi quod vestram inde possimus obedientiam commendare, et contra vos procedere non cogamur. Data Florentie, die XXVI januarii, VII indictione.

4841. — 27 janvier [1309][1], Pise.

Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, s'excuse auprès de Philippe IV le Bel, roi de France, de ne pas avoir tenu celui-ci au courant des préparatifs de la croisade qu'il organise, et lui donne sur ces préparatifs des détails circonstanciés.

Source : Paris, Arch. nat., M. 1, n° 11 (orig.).

Excellentissimo principi suo carissimo domino Philippo, Dei gracia Francorum regi illustrissimo, frater Fulco de Vilareto, eadem gracia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, se ipsum et ordinem cum perpetuo et promptissimo famulatu. Magestatis regie litteris cum debita reverentia in civitate Pisana susceptis et diligentissime intellectis, vehementer noster stupuit animus, audiens nos serenitate(m) regia(m) inconsulta(m) ordinationem assumpsisse negocii Terre Sancte, nec ei procedendi in ipso seriem intimasse ; cujus rei, clementissime rex, promptam nobis se offert excusatio, quam regia mansuetudo propter bonitatis sue influentiam admitere clementer dignetur et velit. Novit enim ille, bone rex, qui scrutator est cordium, nos usque nunc credidisse firmiter regiam claritudinem de omnibus et singulis, negotium particularis transmarini passagii tangentibus, plene informatam extitisse per dominum nostrum summum pontificem, tanquam illam cum qua idem dominus noster sepe palpaverat negotium et ordinaverat antedictum, cui etiam in litteris, prelatis ubique terrarum et nobis per eum missis super comissione et indulgentiis ejusdem negotii, fundamentum ipsius attribuit et principium, ipsamque specialem fatetur et predicat promotricem. Et profecto cum ea egisse credebamus merito quicquid cum dicto domino nostro ordinatum et actum fuerat in negotio supradicto, potissime cum in omnibus et singulis initis secum, teste Deo, beneplacitum regium semper retinendum duxerimus, significandumque post dicessum ipsius de curia seriatim, nedum viva voce, ymo in scriptis, per circumspectum virum dominum Guillelmum de Plasiano quecumque super eodem negocio significari sibi poterant et debebant, eo quod ad ipsam personaliter, quod moleste gessimus, nequivimus accedere, ad maritimam festinare habentes ex mandato dicti domini nostri iter nostrum ad fabricari faciendum ibidem galeas et vasa alia passagio neccessaria antedicto. Tenemus siquidem, piissime rex, pro firmo, ne dicamus istud set nec aliquod aliud grande aut mediocre factum, per aliquem fidelem inchoari debere, quin ad regalem vestram munificentiam, tanquam ad lucernam ardentem, que orthodoxorum plebem duxit, regit et illuminat, specialem habeat pro succursu

[1]. Cette date est certaine ; la veille Foulques de Villaret se trouvait à Florence. (V. plus haut, n° 4840.)

et deliberatione recursum. Et nos presertim, qui ipsius homo sumus ligius et de suo dominio oriundus, — nec mente pro Deo concipiat quicquid sibi dicatur quod aliquo tempore intentionis fuerimus nec erimus, concedente Domino, ad liberalitatem non recurrendi regiam super modo et forma procedendi, Deo auxiliante, in ipso negotio tempore oportuno, sine cujus consilio, favore ac subsidio scimus nos insuficientes cum hiis omnibus etiam, que a domino nostro recipimus ad perficienda, quod meste refferimus, preparatoria passagii supradicti, ad que non absque magnis sumptibus, laboribus, curis et vigiliis viriliter hactenus processimus, — de exuberanti affectione confisi, quam regia clemencia ad Terre Sancte recuperationem et ad Crucifixi ulciscendum opprobrium gerere noscitur, et ad celerius prospicientes subsidium, quo indigent reliquie plebis catholice transmarinarum partium, jam titubantis et hesitantis galearum armamentum illius tortuosi Babilonici colubris, quod, anno preterito complere nequiens, remis et aliis echarciis earumdem galearum sibi tantum defficientibus, conatibus reassumere totis intendit, ut fide dignorum de ipsis partibus veniencium publica tenet assertio et testatur. Facimus nempe, princeps serenissime, in Catalonia galeas septem, Narbone tres, Massilie sexdecim, Janue duodecim et navem unam, ultra aliam magnam, quam ibidem eminus, Pisis quatuor, Veneciis sex fabricari et fieri; et ultra has Janue de presenti armari quinque et Veneciis duas, destinandas ad partes predictas in proximo vernali tempore vel antea, si possibile fuerit; per quas galeas, cum tribus quas habemus ibidem, et aliis que per reges illarum partium armari poterunt, ab insultibus, Deo faciente, ipsius colubris prefati tueantur Christicole, et via vetita Machometicolis precludatur portantibus donec ad adventum dicti assumpti passagii, quem reges et ceteri incole partium ipsarum cum singultibus et suspiriis exposcunt magna instancia festinari. In nundinis partium Yspaniarum et alibi quam plures equos emi fecimus, et in (partibus) partibus Sicilie, Apulie, Provincie et Catalonie carnes salsas, vinum, oleum, caseos, legumina aliaque victualia et arma, et biscocium fieri in non modica quantitate, multosque armorum homines, equites et pedites retinuimus modo quo potuimus meliori, et fratres nostros cismarinos usque ad quingentorum numerum, ultra hos quos in transmarinis partibus habemus, vel majorem partem eorum apud Avinionem die certa convocavimus, quos transfretaturos ordinavit nobiscum dominus antedictus. Pro quibus omnibus, emptis jam et emendis, perfectis et perficiendis, innumerabilem ministravimus quantitatem peccunie, et ad solucionem residui nos et domum obligavimus cum effectu. Convertat igitur occulos suos placabiles ad tam pium opus regalis benignitas propter divinam reverentiam, cujus, rex, in hac parte agitur, profectioni et expeditioni ipsius dexteram suam benigne porrigens adjutricem, in animoque suo stabiliens quod non solum de peccunia sua et gente, set utique de persona nostra non dicessura ullo tempore a votis regiis et jussibus fratrum nostrorum et domus elemosinis, quas exponendas ultro ipsi sancto negocio premisimus, cum ad ipsam, duce Deo, dictis preparatoriis dispositis, redierimus pro deliberatione habenda super eo quod voluerit, tanquam dominus ordinabit et faciet, et, de inimicis suis divino intuitu triumpho obtento, metet centuplum pro impenso catholicis transmarinis subsidio, gloriamque ac coronam pulcritudinis in celis deinde consequetur. Valeat in eternum regia magnificencia, nos et ordinem suscipiens ad cuncta sua beneplacita et mandata. Datum Pisis, XXVII januarii.

4842. — 3 février 1309, Monzon.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne au « suprajunctarius » de Tarazona de con-

traindre Thérèse Gonzalès et Pierre Noves à payer à la prieure de Sigena les sommes qu'ils devaient, la première à Marie Ferrandez, et la seconde à Sancia Amat, religieuses de Sigena.

Source: Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 143, f. 101 *b* (copie contemp.).

Datum in Montesono, III nonas februarii, anno Domini MCCC octavo.

4843. — 5 février 1309, Monzon.

Le même ordonne à l'alcade d'Albalatillo de cesser d'empêcher la prieure de Sigena de réparer les moulins qu'elle possédait à Albalatillo, et d'interdire, comme il le faisait, aux paysans de faire moudre leurs grains auxdits moulins.

Source: Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 143, f. 101 *b* (copie contemp.).

Datum in Montesono, nonis februarii, anno predicto [MCCC octavo].

4844. — 6 février 1309, Villalier.

Le pape Clément V mande au grand-maître et aux frères de l'Hôpital d'assister Pierre de Pleine Chassagne, évêque de Rodez, nommé légat en Terre Sainte, et de le transporter sur leurs navires, lui, sa suite et ses bagages. — « Statum miserabilem Terre ».

Sources: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie contemp.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 56, f. 22 (copie contemp.). — Texte: *Reg. Clementis pp. V,* IV, 29, n° 3753.

Dat. apud Vilhalherium, Carcassonensis diocesis, VIII idus februarii, [pontificatus nostri] anno IV.

4845. — 7 février 1309, Monzon.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne au « suprajunctarius » d'Huesca de contraindre les habitants de Pina, de Monegrillo (de Munnigriello) et d'Alcomeire (de Alconierre) à payer à la prieure de Sigena le reste des sommes qu'ils devaient lui verser pour compte d'Artal d'Alagon.

Source: Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 143, f. 112 *b* (copie contemp.).

Datum in Montesono, VII idus februarii, anno predicto [MCCC octavo].

4846. — 8 février 1309, Monzon.

Le même défend à Guillaume de Moncada (de Montecathano), son sénéchal de

Catalogne, sur la plainte de la prieure de Sigena, de chasser à l'avenir dans les bois de Sigena.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 143, f. 112 *b* (copie contemp.).

Datum in Montesono, vi idus februarii, anno predicto [mccc octavo].

4847. — 10 février 1309, Lérida.

Le même enjoint au viguier Jacques de Cornella (de Corniliano) et à la cour de Lérida et Pallars, à la requête de la prieure de Sigena, de contraindre Pierre de Grañena (de Granyena), chevalier, demeurant à Fraga, à payer à Géralde de Grañena, religieuse de Sigena, la rente annuelle qu'il lui avait promise.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 143, f. 113 (copie contemp.).

Datum Ilerde, iiii idus februarii, anno Domini mccc octavo.

4848. — 22 février 1309, Striegau.

Henri de Rusk (Rauske), bailli de Striegau, et les consuls de cette ville exemptent les Hospitaliers de Striegau du droit de garde; en échange Helfrich de Rüdigheim (de Rudekym), grand-prieur d'Allemagne, Bohême et Pologne, donne aux habitants deux arpents de terre au Georgsberg, mais reçoit pour les troupeaux de la commanderie le droit de pâture sur les pâturages communaux.

Analyse : *Cod. dipl. Silesiæ*, VII, iv, 138, n° 3038; Vienne, Arch. de l'ordre Teutonique, ms. 327 (analyse de Schwandner, xviii[e] s.)[1].

4849. — 25 février 1309, Barcelone.

Blanche, reine d'Aragon, ordonne au bailli, aux justiciers et jurés de Morella d'observer et de faire observer la donation du treizième à Villores, faite par Jacques II, roi d'Aragon, à la prieure et aux religieuses de Sigena.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 290, f. 69 *b* (copie contemp.).

Blancha, etc., fidelibus suis bajulo, justiciis et juratis Morelle, presentibus et qui pro tempore fuerint, et universis aliis officialibus domini regis et nostris, ad quos presentes pervenerint, salutem et gratiam. Cum dominus rex predictus ex certa scientia dederit et concesserit venerabilibus priorisse et conventui monasterii de Sexena imperpetuum totam partem suam et jus, quam et quod habet et accipit, et habere et accipere debet in tertio decimi quod ecclesia habet et accipit in loco de Villores et terminorum suorum cum carta sua, ut continetur in ea, idcirco donationem et concessionem hujusmodi gratam habentes, mandamus vobis

1. Il a été impossible de retrouver d'après quelle source Schwandner a rédigé cette analyse.

quatinus ipsam eidem priorisse et conventui inviolabiliter observetis et observari penitus faciatis, prout in carta per dictum dominum regem eis facta plenius continetur. Datum Barchinone, v kalendas marcii, anno quo supra [MCCC octavo][1].

4850. — 25 février 1309, Florence.

Les magistrats de Florence prient Jean Melegario, grand-prieur de Pise, de nommer Hugues de Monte S. Savino à la commanderie de Monte S. Savino.

Source : Florence, Arch. d'état, carteggio de la Seigneurie, I, f. 105 (copie contemp.).

Religioso et venerabili viro domino fratri de Melegar[io], domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in provincia Pisana priori, priores artium et vexillifer justitie civitatis et populi Florentini, salutem et prosperos cum gratia divina successus. Cum in mansione vestra Sancti Johannis de terra nostra Montis S. Savini rectorem poni expediat, de quo ejusdem terre universitas contentetur, et nos ad complacendum universitati predicte multipliciter teneamur, et quadam illius terre custodie necessitate cogamur, vos ex corde rogamus quatenus, ob gratiam vestri, fratrem Ugonem de Monte predicto mansionis ejusdem loci preficere gubernationi velitis, eamque sibi de gratia speciali conferre, preces nostras in hac parte sic efficaciter ad exauditionis gratiam admittentes quod vobis exinde dignas exolvere gratias valeamus, et idem frater Ugo apud vos preces ipsas gaudeat exaudiri. Data Florentie, die XXV februarii, VII indictione.

4851. — 28 février 1309, Prenzlau.

Valdemar, margrave de Brandebourg, de Lusace et de Landsberg, donne à Ulrich Schwabe et aux Hospitaliers de Nemerow le droit de patronage des églises d'Arnswald et de Freienstein.

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig., fragm. de sceau, et copie du 15 juillet 1361). — Analyse : Kletke, *Reg. hist. Neomarchicæ*, I, 70. — Texte : *Meklenburg. Urkundenbuch*, V, 446; Riedel, *Cod. dipl. Brand.*, I, II, 263.

Nos Wolderamus, Dei gratia Brandenborgensis et Lusatie et de Landesb[e]rch marchio, universis, presentia visuris seu audituris, salutem in Domino sempiternam. Quoniam labilis est memoria hominum et labitur cum tempore, necesse est, ut scripturarum testimonio com[m]endetur, quod perpetuis temporibus conservari debet inviolatum. Noverit igitur presens etas fidelium et discat felix successio futurorum quod nos, de bona voluntate nostra et maturo pociorum nostrorum vasallorum consilio, ad laudem Dei omnipotentis et beate perpetue virginis Marie, et ob honorem beati Johannis Jerosolymitani, pro salute animarum nostrarum videlicet et progenitorum, heredum nostrorum pariterque successorum, proprietates seu jus patronatus ecclesiarum civitatum Arnswolde et Vriensteyn, cum omnibus suis attinentiis, ordini sacre domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolymitani, ac religioso viro fratri Ulrico dicto Suevo, et suis fratribus ordinis ejusdem, rite

1. Même mandement à Romeo Geraldi, trésorier de la reine.

dedimus et presentibus canonice donamus, dum primum ipsos a data presentium vacare contingeret, perpetuis temporum decursibus liberaliter possidendas; renunciantes omni juri patronatus et proprietatibus, pro nobis et nostris heredibus sive successoribus, simpliciter et in totum, cum speramus in anima et corpore piis ipsorum fratrum meritis apud Deum salubriter adjuvavi. In cujus firmamentum, presentem paginam sigillorum nostrorum communimus patrocinio, districte mandantes ne aliqui hominum, sive heredes nostri vel vice heredum nobis succedentes, hanc donacionem nostram aliquatenus presumant infringere, que nobis ad laudem Omnipotentis et gloriose virginis, matris ejus, Marie, et ad utilitatem predicti ordinis et fratrum placuit donatione voluntaria confirmare, de nostra certa scientia et consensu. Testibus ad hanc donationem vocatis presentibus: domino Bussone, comite de Lindow; Hinrico et Henningo, dictis de Steghel[iz]; Henningo de Blankenburch; Conrado de Redere; Nycolao de Buok, necnon pluribus aliis satis dignis. Actum et datum in Printzelavia, anno Domini millesimo tricentesimo nono, feria sexta proxima ante dominicam « Oculi mei semper ».

4852. — 1 mars 1309.

Arrêt du parlement de Paris, portant que la juridiction de Boulbonne (Bolbone), dans la sénéchaussée de Toulouse, appartient au roi de France et à Arnaud-Guillaume et Sicre d'Ardignan (de Ardinhano), frères, et non à Bernard de Miramont (de Mira Monte), commandeur de Boulbonne.

Source : Paris, Arch. nat., X^{1a} 4, f. 110 *b* (copie, xive s.). — Analyse : Boutaric, *Actes du parl. de Paris,* II (Paris, 1867), 54, n° 3549. — Texte : Beugnot, *Les Olim,* III (Paris, 1844), 310.

Sabbati post « Reminiscere ».

4853. — 1 mars 1309.

Arrêt du parlement de Paris, en faveur du roi de France, contre le commandeur de Puysubran (de Podio Sivriano), au sujet de la justice dudit lieu.

Source : Paris, Arch. nat., X^{1a} 4, f. 111 (copie, xiv^{e} s.). — Analyse : Boutaric, *Actes du parl. de Paris,* II, 54, n° 3550. — Texte : Beugnot, *Les Olim,* III, 311.

Sabbato post « Reminiscere ». Cuillier reportavit.

4854. — 1 mars 1309.

Arrêt du parlement de Paris, en faveur du roi de France, contre le commandeur des Garrigues (de Garridiis), au sujet de la justice dudit lieu.

Source : Paris, Arch. nat., X^{1a} 4, f. 111 (copie, xive s.). — Analyse : Boutaric, *Actes du parl. de Paris,* II, 54, n° 3551. — Texte : Beugnot, *Les Olim,* III, 311.

Sabbati predicta [post « Reminiscere »]. Cuillier reportavit.

4855. — 1 mars 1309.

Arrêt du parlement de Paris, ordonnant de refaire une enquête irrégulièrement faite dans l'affaire pendante entre le bailli d'Anjou pour Charles de Valois et les Hospitaliers au comté d'Anjou, au sujet de la juridiction sur les hommes de l'ordre en Anjou, que le comte d'Anjou pretendait avoir, tandis que les Hospitaliers soutenaient que ceux-ci relevaient directement du roi.

SOURCE : Paris, Arch. nat., X[1a] 4, f. 111 *b* (copie, XIV[e] s.). — ANALYSE : Boutaric, *Actes du parl. de Paris,* II, 54, n° 3553. — TEXTE : Beugnot, *Les Olim,* III, 313.

Sabbato predicta [post « Reminiscere »]. Roga reportavit.

4856. — 5 avril 1309, Avignon.

Le pape Clément V, à la requête de Léonard, procureur des Hospitaliers en cour de Rome, qui se plaignait que Gérard Adhémar, seigneur de Montélimar, et Hugues Adhémar, seigneur de la Garde, eussent confisqué des bois destinés aux galères des Hospitaliers, que ceux-ci faisaient transporter par le Rhône, et pour lesquels ils n'avaient pas acquitté les droits de péage ou de leude, mande aux évêques de Viviers et de Valence d'exiger, sous peine d'excommunication, le libre transit de ces bois.

SOURCES : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 10, n° 42 (orig.); div. VII, vol. 1127 (copie, XVIII[e] s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 56, f. 39 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 336 (copie de Smitmer, XVIII[e] s.). — ANALYSE : *Reg. Clementis pp. V,* IV, 55, n° 3857.

[Clemens, etc.], venerabilibus fratribus Vivariensi et Valentinensi episcopis, [salutem, etc.]. Pridem nobiles viros .. comitem Sabaudie, .. dalphinum Viennensem, .. de Bays, .. de Montilio, .. de Volta, .. de Roca, .. de Rossilione et de Anco castrorum dominos, et alios in flumine Rodani pedagia seu leudas habentes, eorumque locumtenentes, ceterosque pedagiarios per partes ejusdem Rodani constitutos, monendos, rogandos attente per nostras sub certa forma litteras duximus et hortandos[1], eisque per apostolica scripta mandavimus ut lignamina, que dilecti filii .. magister et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani pro faciendis galeis et aliis vasis navigabilibus, oportunis ad passagium quod in Terre Sancte subsidium per eosdem magistrum et fratres in presenti veris tempore deliberavimus faciendum, habebant per dictum flumen Rodani facere deportari, nec non et illos qui erant ad faciendum deferri hujusmodi lignamina deputati, cum per eos seu districtum eorum aut portus fluminis prelibati transirent, aut si per ipsos aliqua forent ex predictis lignaminibus arrestata, illa etiam permitterent libere, sine pedagii, leude, portulagii seu exactionis alterius prestatione, transire, ipsisque nobilibus et aliis supradictis aperte prediximus quod, si secus facerent, nos ad denuntiationem excommunicationis a canone promulgate, quam propterea incurrebant, et ad supponendum terras ipsorum ecclesiastico interdicto, aliasque contra eos et easdem terras precederemus, prout nobis expediens videretur. Verum, prout ex dilecti filii fratris Leonardi, procuratoris in Romana curia Hospitalis ejusdem, conquestuosa insinuatione didicimus, nobiles viri Gerardus Ademarii de Montilio et Hugo Ade-

1. Il s'agit ici d'une bulle de Clément V, du 20 mars 1309 : « Miserabilis Terra Sancta » (SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 56, f. 34 (copie contemp.). — TEXTE : *Reg. Clementis pp. V,* IV, 47, n° 3825).

marii de Gardia castrorum domini, quamvis ad eos dicte nostre littere pervenissent, in predictam tamen excommunicationis sententiam incidere non verentes, in eorum districtu fluminis antedicti, ratione pedagii sive leude, quod ibidem asserunt se habere, quedam lignamina, que dicti magister et fratres ad opus galearum et vasorum predictorum faciebant per idem flumen Rodani deportari, presumpserunt in divine majestatis offensam, nostrum et apostolice sedis contemptum animarumque suarum periculum, ac dispendiosum impedimentum passagii memorati, temere arrestare, que adhuc retinent arrestata, pro transitu dictorum lignaminum certam pecunie summam ab eisdem magistro et fratribus, seu deputatis ab eis ad hujusmodi lignamina deferenda, extorquere seu exigere molientes. Cum autem ex impedimentis hujusmodi gravius pungamur in intimis, quo dictum negotium, quod nostrum specialiter reputamus, specialius insidet cordi nostro, fraternitati vestre in virtute sancte obedientie per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus vos, vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, absque mora qualibet, eosdem Gerardum et Hugonem ex parte nostra moneatis, et attentius inducatis ut dicta lignamina taliter arrestata statim post hujusmodi monitionem relaxent, eaque transire libere per eorum districtum et portus fluminis sepedicti, sine pedagii, leude seu portulagii vel cujusvis alterius exactionis prestatione, permittant, nullum super hujusmodi lignaminibus, ad opus deferendis predictum, eisdem magistro et fratribus, quinimmo nobis, impedimentum de cetero illaturi. Alioquin eosdem Gerardum et Hugonem pronuntietis ex tunc in dictam excommunicationis sententiam, latam a canone, incidisse, ac terras et loca eorum supponatis ecclesiastico interdicto, ipsosque nichilominus tandiu singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicatos, ac terras et loca eorum predicta subjacere hujusmodi interdicto publice nuntietis, et faciatis per vestras et alias ecclesias vestrarum civitatum et diocesium, et loca alia de quibus expedire videritis, publice nuntiari, dictosque excommunicatos ab omnibus artius evitari, donec ipsi meruerint super hiis ab eadem sede absolutionis beneficium obtinere. Dat. Avinione, nonis aprilis, [pontificatus nostri] anno IV.

4857. — 10 avril 1309, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, ordonne à ses officiers de poursuivre et d'arrêter Maffeo Basilego (Bacileccus), qui, chargé par Thomas Muntano, commandeur de Troja et de Crepacorde (Crepicordium), du transport d'une assez forte quantité de grains appartenant à cette maison, l'avait détournée et vendue.

SOURCE : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 168, f. 244 (copie contemp.).

Datum Neapoli, anno Domini millesimo CCCVIIII, die X aprilis, VII indictionis, regnorum nostrorum anno XXV.

* 4858. — 17 avril 1309, Avignon[1].

Le pape Clément V exempte l'ordre de l'Hôpital de la juridiction de l'ordinaire.

SOURCES : Alcala de Henarès, Arch. gén. centr., ordre de S. Jean, langue d'Aragon, *Cartul.*

1. Cette bulle peut être attribuée à Clément V ou à Clément VI (quelques bullaires l'ont placée sous le pontificat de ce dernier). L'itinéraire de ces deux papes ne contredit ni l'une ni l'autre de ces hypothèses ; dans le

magno, II, p. 76 (copie, fin xive s., avec attribution à Clément VI); Harlem, Arch. com., L. 42, f. 42 (bullaire, fin xve s.); Lyon, Arch. du Rhône, langue d'Auvergne, H. 29, n° 11 (vidimus de l'official de Vienne, du 12 juillet 1346), H. 22, f. 214 (copie d'A. de Naberat, xviie s.) et f. 253 (avec attribution à Clément VI); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1118 (bull. XP.), f. 335 (copie, xvie s., avec attribution à Clément VI), vol. 1121 (bull. Rub.), f. 32 et 118 (copies, xvie s., avec attribution à Clément VI); Paris, Arch. nat., MM. 11, f. 10 (bullaire, xve s.); Bibl. nat., lat. 9001, f. 124 (copie d'A. de Naberat, xviie s.); Poitiers, Arch. de la Vienne, gr.-prieuré d'Aquitaine, H[3], liasse 2, n° 15 (cah. de copies de bulles, copie xve s.); S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne liasse sans titre (copie, xviiie s., avec attribution à Clément VI), et bulles, n° 246 (vidimus de l'official de Saragosse, de 1387); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 154 (vidimus de l'official de Toulouse, du 29 octobre 1369), et collectanea, n° 239 (vidimus du doyen de S. Agricole d'Avignon, du 12 janvier 1402); Sigena, Arch. du monastère (orig.).

Clemens, etc., ad perpetuam rei memoriam. Licet ecclesie ac hospitalia et alia pia loca ecclesiastica, per universum orbem diffusa, sedi apostolice, que super illa obtinet principatum, disponente Domino sint subjecta, sedes tamen eadem non nulla ex ipsis ecclesiis, hospitalibus et aliis piis locis eorumque personis, prout expedit, specialiter sibi subdit, ea ab aliorum ordinariorum quorumlibet eximens potestate, ac statuens ipsa fore libera ac exempta. Quamvis igitur, prout petitio dilectorum filiorum magistri et fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani nuper nobis exhibita continebat, ipsum Hospitale, cum prioratibus, preceptoriis, domibus, ecclesiis et aliis membris suis, eidem Hospitali mediate seu immediate subjectis, ubilibet constitutis, abolim reputatum fuerit et adhuc etiam reputatur communiter fore a juridictione quorumlibet judicum ordinariorum exemptum, ac soli immediate dicte sedi apostolice subjacere cum personis degentibus in eisdem, iidem tamen magister et fratres nobis humiliter supplicarunt ut, ad vitandum cujuslibet molestie et inquietationis materiam, que ipsis contra libertatem exemptionis ejusdem posset inferri, et ut quelibet propter ea tollatur contra eos occasio malignandi, et ut ipsi magister et fratres, qui contra hostes fidei Christiane hactenus exposuerunt et exponunt jugiter se et sua, possint hostes ipsos in ultra marinis partibus et alibi liberius impugnare, prefatum Hospitale, cum suis prioratibus, preceptoriis, domibus, ecclesiis et aliis membris et personis predictis, pro incremento boni status dictorum Hospitalis et membrorum, ac pace et tranquillitate personarum degentium in eisdem, eximere totaliter auctoritate apostolica dignaremur, nos igitur, premissis omnibus diligenter attentis, volentes ipsorum magistri et fratrum ac membrorum et personarum eorumdem paci et tranquillitati salubriter providere, ipsaque prerogativa specialis favoris communis hujusmodi supplicationibus inclinati, magistrum et fratres predictos ac sorores et donatos, qui in eorum ingressu obedientiam et votum solemne fecerunt et emiserunt, commuentes et conversantes secundum regulam Hospitalis ejusdem, ac ipsum Hospitale, cum eorum prioratibus, preceptoriis, domibus, grangiis, ecclesiis, oratoriis, cappellis et aliis membris suis, presentibus et futuris, ab omni ordinaria juridictione, dominio ac superioritate qualibet omnium et singulorum patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum et aliorum quorumlibet judicum et officialium ordinariorum ecclesiasticorum, plene, de specialis dono gratie, cum moderatione subscripta eximimus et totaliter liberamus, illaque in jus et proprietatem beati Petri et sedis ejusdem ac sub eorum speciali et immediata protectione suscipientes et nostram, decernimus Hospitale, cum ejus prioratibus, preceptoriis, domibus, grangiis, ecclesiis, oratoriis et aliis membris hujusmodi, et personas predicta soli et immediate sedi apostolice subjacere, quodque locorum ordinarii in magistrum, fratres et Hospitale, preceptorias, domos, grangias, ecclesias, oratoria et alia membra et personas hujusmodi,

doute, nous l'avons placée sous le pontificat Clément V; il semble bien cependant que le style général du document doive plutôt faire pencher la balance en faveur de celui de Clément VI.

utpote prorsus exemptas, non possint auctoritate ordinaria excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententias promulgare, vel alias etiam, ratione delicti vel quasi, seu contractus vel quasi, aut rei de qua agitur, ubicumque committeretur delictum vel quasi, seu iniretur contractus vel quasi, aut res ipsa consisteret, potestatem seu juridictionem aliquam quomodo libet exercere, felicis recordationis Innocentii pape quarti, predecessoris nostri, circa exemptiones edita, que incipit « Volentes », et aliis constitutionibus apostolicis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. Decernimus insuper quaslibet excommunicationum, suspensionum et interdicti sententias, et quoscumque processus quasvis penas et sententias continentes, quas et quos contra magistrum et fratres ac Hospitale necnon prioratus, preceptorias, domos, grangias, ecclesias, oratoria et alia membra et personas predicta contra tenorem et formam exemptionis hujusmodi quomodo libet promulgari et haberi contingerit, irritos et inanes. Volumus tamen quod magister et fratres predicti unam marcham auri in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli singulis bienniis camere apostolice solvere teneantur ad indicium precepte a nobis hujusmodi libertatis, quodque per presentem exemptionem et alia supradicta libertatibus, privilegiis et immunitatibus aliis magistri et fratrum et Hospitalis predictorum nullum prejudicium generetur. Quinimo volumus quod illa in sua plena remaneant firmitate ; per premissa tamen aut eorum aliquod diocesanum et quibusvis aliis, quoad procurationes in locis dicti Hospitalis recipi consuetas et quoad juridictionem omnimodam in ecclesiis parochialibus, quantum ad ea que curam animarum concernunt, etiamsi cura hujusmodi per fratres Hospitalis ejusdem excerceatur, necnon quoad visitationem et procurationem debitas, nullum volumus prejudicium generari. Nulli ergo, etc. Dat. Avinione, xv kalendas maii, pontificatus nostri anno IV.

4859. — 1 mai 1309, Barcelone.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne à Guillaume de Moncada (de Montecathano), son sénéchal de Catalogne, de relâcher dix-sept hommes qu'il avait enlevés en pillant les terres de la commanderie de Torrente, sous prétexte que le commandeur avait fait fustiger un Sarrasin, coupable de vol, ce que les autres commandeurs faisaient dans les cas analogues.

Source : Barcelone Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 143, f. 250 *b* (copie contemp.).

Datum Barchinone, kalendis madii, anno Domini MCCC nono.

4860. — 14 mai 1309, Avignon.

Le pape Clément V prie Jacques II, roi d'Aragon, de ne pas empêcher la concentration dans ses états des Hospitaliers qui se préparaient au passage d'outremer, en les mandant auprès de sa personne pour combattre le roi de Grenade.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, bulles, liasse 25, n° 37 (orig.).

Clemens, etc., carissimo in Christo filio Jacobo, regi Aragonum illustri, salutem, etc. Dum sollicitudinem diligentem, affectionem plenam ac studium efficax, que dilectus filius frater Fulco, magister Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani, circa Terre Sancte subventionem, tamquam Deo devotus et filius devotionis,

impendit, diligenter attendimus, plenis in Domino gaudiis exultamus, eique gratiarum exsolvimus actiones, tantoque libentius proinde prefatum magistrum favoribus apostolicis presertim circa dicte Terre negocium prevenimus, quanto inter cetera desideria cordis nostri liberationem Terre predicte ferventiori desiderio affectamus. Ex parte siquidem ipsius magistri fuit nuper expositum coram nobis quod ipse circa negocium passagii per nos ordinati, ad cujus executionem nostra solerter vacat intentio, prout a nobis receperat in mandatis, diligenter intentus, universis prioribus et fratribus dicti Hospitalis districte mandavit ut se equis, armis et aliis necessariis ad dictum passagium communirent, essentque ad transfretandum in co[n]stituto eis ad hoc termino preparati; et quia solum de ipsius ordinis fratribus hujusmodi passagium non poterat utiliter adimpleri, plures ex diversis regnis et partibus strenuos conduxit ad magna stipendia bellatores, eis ad preparationem necessariorum pecuniarum summas non modicas persolvendo. Verum, licet ipsius magistri circa hujusmodi prosecutionem negocii jugiter laboret intentio, quia tamen tu tam dictis fratribus quam aliis infra tui regni limites constitutis nuper districte mandasti ut se ad veniendum tecum contra regem Granate preparare curarent, nec equos aut arma extra regnum tuum extraherent, hujusmodi pia dicti magistri intentio prepeditur, quod est valde contrarium votis nostris. Cum igitur ex tali mandato negocio dicte Terre, quod nostris insistit precordiis, obstaculum grave proveniat, ac timeatur gravius proventurum ex eo quod vicini reges, videlicet Castelle, Portugallie et Majoricarum, qui circa negotium regni Granate tecum confederati dicuntur, mandatum ipsum, si forte procederet, de facili traherent in exemplum, in eorum regnis et terris mandata similia faciendo, nos, attendentes quod, si dicti fratres et alii stipendiarii regnorum et terrarum predictorum ab hujusmodi passagio totaliter subducantur, idem magister non posset dictum passagium juxta nostrum et suum desiderium prosecutione utili ad effectum ducere peroptatum, magnificentiam tuam rogamus et hortamur attente quatinus tu, tamquam devotionis et obediencie filius, premissa omnia pia meditatione recogitans, divinisque ac nostris beneplacitis te conformans, mandatum predictum circa fratres et stipendiarios prelibatos, pro divina et apostolice sedis reverentia, revocare procures, dictosque fratres et stipendiarios transfretare, ac de regno et terris tuis predictis cum equis, armis et rebus aliis ad passagium oportunis libere permictas exire, aliquam eis difficultatem seu molestiam, aut aliquod obstaculum seu dampnum in personis aut rebus eorum propter hoc nullatenus inferendo, te in hac parte taliter habiturus quod ex tuo mandato predicto nulla tam pio dicte Terre negocio prepedicio ingeratur, sed felicem, divina favente clementia tuoque cooperante favore, idem negocium sortiatur effectum, nosque celsitudinem tuam exinde possimus de devotionis affectu et obediencie promptitudine dignis in Domino laudibus commendare. Dat. Avinione, II idus maii, pontificatus nostri anno IV.

4861. — 17 mai 1309, Ruppin.

Gunther, chanoine de Magdebourg, et Jean II, damoiseau, frères, princes de Werle, ratifient aux Hospitaliers de Mirow toutes les donations que leur avaient faites leurs ancêtres et Nicolas I de Werle, leur frère.

SOURCE : Berlin, Arch. secr. d'état (orig., attaches de sceau). — TEXTE : *Meklenburg. Jahrbücher*, II, 254; *Meklenburgisches Urkundenbuch*, V, 462.

Actum in Růppin et datum ibidem, anno dominice incarnationis MCCC nono, in vigilia festivitatis pentecostes.

4862. — 25 mai 1309, Kennington.

Edouard II, roi d'Angleterre, autorise Foulques de Villaret, grand-maître des Hospitaliers, à tirer de ses états des soldats, des chevaux, des subsides, etc., pour le recouvrement de la Terre Sainte.

Source : Londres, Record office, Gall. et Rom. Rot., 2 Ed. II, membr. 4 (copie contemp.). — Extraits : Taaffe, *The history of the... order of St. John of Jerusalem*, IV, app. n° cv. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.*, II, 22; Rymer, *Fœdera*, III, 140.

Rex venerande religionis viro, et in Christo sibi karissimo, fratri Fulconi de Vilareto, magistro sancte domus Hospitalis sancti Joannis Jerusalem, salutem cum dileccione sincera. Oppressiones et angustias varias, quas Terra Sancta, Redemptoris nostri sanguine rubricata, que infidelium jugo premitur et impiorum impietate detestabili opprimitur paganorum, lugere dinoscitur incessanter, fidelis quilibet non indigne tenetur intime compassionis oculis intueri, et ad ejusdem Terre festinum succursum subsidium efficaciter impertiri. Cum igitur sanctissimus in Christo pater dominus C[lemens], divina providencia summus pontifex, vos aliosque fratres Hospitalis predicti in Terram predictam, cum certo galearum, equitum et peditum armatorum numero, ad defendendum, presertim usque ad generale passagium, terras illas, quas adhuc in illis partibus optinent Christiani, et ad inpugnandum etiam Saracenos, crucis Christi et fidei perfidos inimicos violentesque hereditatis dominice detentores, nec non ad feritatem barbaricam elidendam, transmittere ordinaverit, non est diu, et nos per suas litteras bullatas, nobis inde directas, rogaverit, sicuti vos per vestras literas similiter nos rogastis, ut fratres vestros et gentes, equos aliaque animalia, arma, aurum, argentum, ceteraque quelibet, necessaria ad transitum prelibatum, libere de regno et terris nostris extrahere et educere permittamus, nos, ob grande desiderium quod ut super negotio dicte Terre apponatur subsidium et succursus, et ob affeccionem, quam ad ordinem vestrum in intimis gerimus et habemus, nec non ut hujusmodi transitum vestrum melius et tucius facere possitis, ad honorem Dei et utilitatem populi Christiani, predictis domini pape et vestris rogatibus favorabiliter annuentes, consedimus quod fratres vestri et gentes equos aliaque animalia, aurum et argentum a regno et aliis terris nostris in subsidium negocii predicti extrahere possint hac vice de nostra gracia speciali. Datum Kenyngton., xxv die maii. Per breve de privato sigillo.

4863. — 8 juin 1309, Avignon.

Le pape Clément V transmet à Philippe IV le Bel, roi de France, une lettre du grand-maître de l'Hôpital, et se félicite des bonnes dispositions du roi pour le passage projeté.

Source : Paris, Arch. nat., J. 703, n° 170 (orig. bullé). — Analyse : Paris, Bibl. nat., coll. De Camps, vol. 39, f. 95 (copie, fin xviie s.)[1]. — Texte : Baluze, *Vitæ paparum Avinionensium*, II, col. 146; Pauli, *Cod. dipl.*, II, 22.

Clemens, etc., carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri,

1. Sur le Registre des chartes 4, n° 19, auquel cette analyse est empruntée, v. plus haut, p. 200, note 2.

salutem, etc. Nitor tue fidei postulat, et clara tue devotionis opera representant ut de prosperis auspitiis Terre Sancte possis, una nobiscum et ecclesia matre tua, relatione veridica gratulari. Re vera, fili carissime, inter cetera que in te christianissimo principe dignis in Domino laudibus attollenda recti judicii censura dijudicat, singularem affectionem tuam ad incrementa orthodoxe fidei et ipsius Terre votivam et celerem liberationem nos et ipsa ecclesia intuentes, in vocem exultationis et confessionis erumpimus, et, exultantes in Domino ac ejus beneficia confitentes, ipsi super hoc sacrificium laudis exolvimus, a quo tibi credimus pia miseratione concessum, ut, pro liberatione et defensione dicte Terre, tue caritatis ubera in opera pietatis libenter effundens, te et tua spontanea promptitudine affluenter exponas, sicut tuorum laudabilium evidentia operum clarius protestantur (*sic*). Quare, cum in te premissa concurrant, sisque fide preditus, mente preclarus, virtutibus locuples et claris operibus virtuosus, credimus et pro certo tenemus quod per hujusmodi concessa desuper ipsi Terre felicitatis auspitia gaudebit cor regium, et immensa letitia exultabit, tuaque precordia, laudande considerationis spiritu roborata, de ipsius Terre salute propinqua spem firmam et fiduciam certam assument. Ut igitur nobis tibi gratulanter ac jocunde scribentibus jocundus et gaudens agnoscas, tenorem literarum, quas dilectus filius .. magister Hospitalis sancti Joannis Jerosolimitani nobis super hiis noviter destinavit, de verbo ad verbum devotioni tue presentibus mittimus interclusum, ea omnia tibi significantes ad gaudium, ut, sicut es nostrorum et ecclesie ac Terre prefate successuum avidus, ita gaudii et leticie particeps habearis. Dat. Avinione, VIII idus junii, pontificatus nostri anno IV.

4864. — 9 juin 1309, Avignon.

Le même ordonne aux prélats de la chrétienté de prescrire des prières et de faire dire des messes quotidiennes pour faire réussir le passage en Terre Sainte préparé par les Hospitaliers.

SOURCES : Harlem, Arch. mun., L. 42, f. 76 (copie, fin XVe s.); Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 406 *b* (copie de S. Pauli, XVIIIe s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 10, n°s 43 et 44 (2 orig.).

Clemens, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris aliisque ecclesiarum prelatis et rectoribus, ceterisque personis ecclesiasticis in sacerdocio constitutis, religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, sancti Benedicti, sancti Augustini et aliorum ordinum, ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Exaurientes indesinenter amaritudinis calicem de dilatatis oppressionibus Terre Sancte, quam sauciat laceratque imaniter manus impia paganorum, ferventi desiderio ducimur ut Terra ipsa, in qua steterunt pedes Domini, ad cultum christiane religionis, exterminata ipsorum paganorum perfidia, coadunante Domino, redigatur. Propter quod, exquisitis hactenus diligenter viis et modis qualiter ad Terram ipsam possemus opem manus auxiliatricis extendere, certum equitum et peditum particulare passagium per dilectos filios magistrum et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani deliberavimus in dicte Terre subsidium faciendum. Sane inter alia, que in ipsius passagii negocio duximus ordinanda, omnibus archiepiscopis et episcopis per nostras litteras sub certa forma injunximus ut, quocienscumque eos missarum officia celebrare contingeret, infrascriptas oraciones, contra paganorum perfidiam per ecclesiam ordinatas, devotis mentibus effundere procurarent, ipsasque dici facerent in missarum

officiis per ecclesiasticas personas eis subjectas, in sacerdotio constitutas, cum personas easdem missas contingeret celebrare. Verum, sicut nuper non sine mentis turbacione percepimus, nonnulli ex eis, quos increpandos exinde fore graviter conspicimus, in effusiones oracionum hujusmodi se reddunt nimis tepidos et remissos. Cum autem devote crebreque oraciones fidelium aures divine pietatis inclinent, et ipsarum intervencione illius propiciatio facilius impetretur, multumque valeant justorum precamina penes ipsum, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes, quatenus vos miserabili statu dicte Terre, diucius depresse langoribus, gravissimis diu lacessite jacturis, et varietate multiplicis cruciatus afflicte, piis ab intimis compacientes affectibus, ut Terram ipsam, in qua Dominus et Redemptor noster pro nostra redempcione crucifigi voluit et mortis subire tormentum, de manibus inimicorum eripiat, dictumque negotium, in quo causa ejus specialiter agitur, ipsorum inimicorum depressa perfidia, prospere dirigat, toto mentis affectu erigatis ad Dominum corda vestra, et in ejus conspectu preces humiles et presertim orationes predictas, juxta predictarum litterarum nostrarum seriem, piis mentibus devotisque cordibus effundere studeatis. Speramus enim dictum negocium posse hujusmodi oracionum et precum subsidiis efficaciter adjuvari, et non minus ipsum per hec spiritualia quam temporalia suffragia promoveri, quoniam oraciones, etsi non tam aperte, utilius tamen pugnant. Nam cum certabat legifer ille, precibus mox Israel in prelio superabat, et per occultum illius agonem manifestam ipse victoriam reportabat. Sic itaque mandatum nostrum curetis effectualiter adimplere quod, preter grande premium quod exinde a Domino consequimini, nostram et apostolice sedis graciam obtineatis plenius et favorem. Tenores autem dictarum oracionum presentibus inseri fecimus, qui tales sunt: « Missa contra paganos. Oracio: « Omnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates et omnia « jura regnorum, respice in auxilium Christianorum, ut gentes paganorum, que in « sua feritate confidunt, dextere sue potencia conterantur. Secreta: Sacrificium, « Domine, quod immolamus, intende, et propugnatores tuos ab omni exuas paga- « norum nequicia, et in tue protectionis securitate constituas. Postcommunionem : « Protector noster aspice Deus, et propugnatores tuos a paganorum defende periculis, « ut, ab omnibus perturbacionibus submoti, liberis tibi mentibus serviant. » Dat. Avinione, v idus junii, pontificatus nostri anno IV.

4865. — 9 juin 1309, Avignon.

Le même renouvelle, avec quelques variantes, la bulle du 11 *août* 1308 : « *Gerentes cordi negotium* ». (*V. plus haut, n°* 4809.)

SOURCES : Lucques, Bibl. publ., ms. 988, f. 408 (copie de S. Pauli,, XVIIIe s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 10, n°s 45 et 46 (2 orig.). — MENTION : Delaville Le Roulx, *Archives de l'ordre à Malte*, 32.

Dat. Avinione, v idus junii, pontificatus nostri anno IV.

4866. — 11 juin 1309, Barcelone.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne au bailli de Villafranca de ne pas contraindre

les hommes de l'ordre de l'Hôpital à faire partie de l'expédition projetée contre le roi de Grenade, leurs privilèges les exemptant de tout droit d'ost et de chevauchée.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 144, f. 73 *b* (copie contemp.).

Datum Barchinone, III idus junii, anno predicto [MCCC nono].

4867. — 23 juin 1309.

Helfrich de Rüdigheim, grand-précepteur d'Allemagne, constitue, en faveur des Hospitaliers de Rüdigheim, une rente annuelle, destinée à assurer des prières et messes aux défunts de sa famille.

Sources : Francfort sur le Mein, Arch. munic., Johanniterbücher, 22, f. 19 (copie, XVIIe s.). — Texte : H. Reimer, *Urkundenbuch zur Gesch. der Herren von Hanau,* II, 84 (fasc. 51 des Publ. des Arch. roy. d'Etat de Prusse).

Nos frater Helffricus de Ruedickheim, magnus preceptor sacre domus Hospitalis sancti Joannis per Alemaniam et Bohemiam, ad universorum notitiam cupimus pervenire quod de pecunia, quam manutenuimus de licentia venerabilis viri fratris Folkonis de Vilareto, magistri nostri generalis, et quam frater Ruggerus de Bleychenbach, noster cognatus, manutenuit nostro de indulto, comparavimus viginti tria octalia siliginis de tribus mansis, apud dominum Siffridum, militem de Heusenstan, emptis, perpetuo eroganda nomine annue pensionis infra duo festa B. Marie assumptionis et nativitatis. Dicta quoque pensio assignari debet fratribus in Ruedickheim ad refectionem, ita quod ipsi fratres singulis annis in quatuor temporibus honorem debent exequiarum debitum impendere animabus parentum nostrorum et aliorum progenitorum vigiliis atque missis, secundum consuetum ritum fieri solitum pro defunctis. Preterea in virtute sancte obedientie precipimus et mandamus commendatori dicte domus existenti ne dictos fratres in perceptione dicte pensionis impedia(n)t quoquo modo. In cujus rei testimonium, sigillum nostre perceptorie presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCIX, decimo kalendas julii.

4868. — 11 juillet 1309, Avignon.

Le pape Clément V renouvelle la bulle du 9 juin 1309 : « Exaurientes indesinenter ». (V. plus haut, n° 4864.)

Sources : Alcala de Henarès, Arch. gén. cent., ordre de S. Jean, langue d'Aragon (orig. bullé); Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1146-7, liasse 3, n° 3 (vidimus de 1310); Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean, liasse 2 (orig. bullé). — Analyse : *Regesta Boica,* V, 156.

Dat. Avinione, V idus julii, pontificatus nostri anno IV.

4869. — 11 juillet 1309, Avignon.

Le même mande à l'archidiacre de Bologne, au prévôt d'Avignon et à Pierre de Lodi (de Laude), chanoine de Palerme, de faire rétablir dans l'église de Bordeaux

le tronc que les chanoines avaient fait enlever, et qui était destiné à procurer des ressources pour le passage en Terre Sainte préparé par les Hospitaliers. — « Exaurientes indesinenter amaritudinis ».

Sources: Dijon, Arch. de la Côte-d'Or, gr.-prieuré de Champagne, H. 1147, n° 3 (vidimus de l'official de Metz, de 1310); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviii° s.); Munich, Arch. roy. de Bavière, ordre de S. Jean in genere, liasse 2 (orig. bullé); Rome, Arch. du Vatican, reg. 56, f. 235 *b* (copie contemp.); Toulouse, Arch. de la H.-Gar., H. fonds de Malte, bulles n° 87 (orig. bullé). — Texte: *Reg. Clementis pp. V*, IV, 389, n° 4923.

Dat. Avinione, v idus julii, pontificatus nostri anno iv.

4870. — 16 juillet 1309, Valence.

Blanche, reine d'Aragon, ordonne à Arnaud Cortic, portier du roi et collecteur du monnayage de Morella et des hameaux qui en dépendaient, de verser à la prieure de Sigena la moitié du monnayage de Sigena, que le roi lui avait accordé pour la construction du dortoir du monastère; l'autre moitié dudit impôt appartenait déjà à celle-ci en vertu d'une concession antérieure du roi[1].

Source: Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 290, f. 80 *b* (copie contemp.).

Datum Valencie, xvii kalendas augusti, anno quo supra [mccc nono].

4871. — 26 juillet 1309, Avignon.

Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, donne à vie à Saxo, fils de Renaud Taccones de Sezze, la maison de S. Côme d'Aquino, au grand-prieuré de Capoue.

Sources: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviii° s., d'après les Arch. du Vatican); Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 161 *b* (copie contemp., dans une confirmation de Clément V, du 17 aout 1310); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 338 (copie de Smitmer, xviii° s., d'après les Arch. du Vatican). — Analyse: *Reg. Clementis pp V*, V, 238, n° 5782.

Noverint universi, presentes litteras inspecturi, quod nos frater Fulco de Vilareto, Dei gratia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, pensantes obsequiose placiditatis grata et accepta servitia, que nobilis vir dominus Raynaldus Tacconis de Setia, domini pape miles et magister hostiarius, amicus noster carissimus, nobis et domui nostre benivolis impendit affectibus sollicite, diligenter et provide, omni procul semota desidie labe, ac ea que impendere poterit in Romana curia imposterum continue, ob considerationem ejus quem, suis exigentibus meritis et actibus, prosequi tenemur favore et gratia, et que etiam dilectus noster Saxo, predicti domini Raynaldi filius, nobis et ipsi domui impendit et impendere potest in futurum, eidem Saxoni tanquam benemerito domum nostram S. Cosme de Aquino, prioratus Capue, cum omnibus et singulis juribus, pertinentiis et appenditiis ad ipsam domum quoquomodo spectantibus, sub responsione et tallia consuetis, annis singulis priori nostro Capue, aut ejus locum tenenti, die prima mensis maii in civitate

1. Cette concession est du 3 janvier 1303. (V. plus haut, n° 4581.)

Capue integre persolvendis, habendam, tenendam, regendam, utifruendam, ex auctoritate et potestate nobis per conventum nostrum transmarinum attributis, extantibus inde patentibus litteris, nostra et ipsius conventus bulla plumbea signatis, de consilio et assensu expresso fratrum nobis assistentium commisimus et tradidimus quandiu vixerit ac pacifice possidendam, ita tamen quod dictus Saxo dictam domum reficere, reparare, meliorare, emendare, manutenere, protegere ac augmentare in quibus comode poterit teneatur. Obeunte autem predicto Saxone, predicta domus, cum omnibus suis juribus et pertinentiis ac universis et singulis emendamentis, incrementis et melioramentis per ipsum in ea faciendis, ad nos et domum nostram plene et integre, obstaculo, contradictu et impedimento sublatis quibuscumque et quiescentibus, revertatur. Ea propter precipiendo mandamus in Christo nobis carissimo predicto priori Capue, vel ejus locum tenenti, quod dictam domum cum omnibus juribus et pertinentiis suis hinc ad octo dies post presentationem presentium eidem Saxoni, vel ejus procuratori, presentes litteras deferenti, liberaliter tradant integreque assignent. In cujus rei testimonium, bulla nostra plumbea presentibus est appensa. Dat. Avinione, die vicesima sexta julii, anno Domini millesimo trecentesimo nono.

4872. — 28 juillet 1309, Avignon.

Le pape Clément V confirme à Bertrand des Bordes, en le vidimant, un acte de Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, du 1 *septembre* 1308. (*V. plus haut, n°* 4817.)

Sources: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 56, f. 249 *b* (copie contemp.). — Analyse: *Reg. Clementis pp. V*, IV, 411, n° 4971.

[Clemens, etc.], dilecto filio Bertrando de Bordis, canonico ecclesie B. Ilarii Pictavensis, [salutem, etc.]. Gerentes ad te, ob tuarum dona virtutum, benevolentie specialis affectum, personam tuam libenter favoribus congruis attollimus, et apostolicis presidiis communimus. Dudum siquidem dilectus filius frater Fulco de Vilareto, magister Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, volens tibi gratiam facere specialem, de consilio et assensu .. S. Egidii et .. Francie, [ac] aliorum quorumdam priorum sui ordinis tunc assistentium, cum quibus tractatum super hoc habuit diligentem, domos seu grangias de Garderia prope Montem Crapellium, et de S. Quintelha, Auxitane diocesis, cum omnibus suis edificiis, prediis, vineis, pratis, ortis, viridariis, nemoribus, aquis, possessionibus, molendinis, censibus, dependitiis, decimis, redditibus, terragiis, bonis, fructibus, juribus, deveriis et pertinentiis suis spiritualibus et temporalibus universis, tibi motu proprio contulit, per te, sub certo annuo censu ordini predicto solvendo, et quibusdam conditionibus super hoc appositis, quoad vixeris retinendas, prout in instrumento publico inde confecto, dicti magistri sigillo munito, plenius continetur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, collationem hujusmodi et quecumque per eundem magistrum in hac parte acta sunt, sicut in instrumento continentur predicto, rata et grata habentes, ea auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, omnemque defectum, si quis, ex eo presertim quod in dicta collatione consensus aliorum priorum seu fratrum dicti ordinis non accessit, vel alia quacumque causa, etiamsi de illa esset in nostris litteris habenda mentio specialis, in dicta collatione fuerit, supplemus de apostolice plenitudine potestatis, tibi eadem auctoritate nichilominus concedentes quod domos seu grangias, vel alia predicta tibi per eundem magistrum collata, cum eorum juribus et

pertinentiis, quandiu vixeris teneas, habeas et possideas sub censu et conditionibus antedictis, fructusque per te, vel alium seu alios, percipias ex eisdem, et in usus tuos convertas, prout tibi videbitur expedire, ac districtius inhibentes dicto magistro ac prioribus et fratribus dicti ordinis ne collationem revocent supra dictam, seu te a domibus seu grangiis predictis amoveant, decernendo ex tunc irritum et inane quidquid contra collationem hujusmodi, aut alias contra inhibitionis nostre tenorem, per ipsos magistrum, priores et fratres ac quoscumque alios attemptatum fuerit hactenus, vel in posterum scienter aut ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus quibuscumque provisionibus et obligationibus in contrarium factis ac juramentis prestitis, aut quibuslibet statutis et consuetudinibus contrariis Hospitalis et ordinis predictorum juramento, confirmatione sedis apostolice vel quacumque firmitate alia roboratis, et quibuscumque privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis quibuscumque, et in quacumque forma verborum concessis, ex quibus tibi circa retentionem decimarum primitiarum et aliorum predictorum, aut perceptionem fructuum eorumdem posset prejudicium generari vel aliquod impedimentum afferri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis, etiamsi de propriis quorumvis personarum vel locorum nominibus, aut quecumque alia foret expressio in eisdem litteris facienda, seu quod venerabilis frater noster Bertrandus, episcopus tunc electus Albiensis, domos seu grangias supradictas cum aliis premissis, que sibi prius concessa fuerant tempore hujusmodi collationis, tibi facte de illis apud sedem apostolicam, resignarat, dictusque magister apud sedem eandem tibi contulerat domos, grangias et alia supradicta, dicteque domus seu grangie, vel earum altera, ad domum de Savinhaco vel quamcunque aliam domum seu Hospitale pertinere noscantur, seu quod domus et grangie predicte solite sunt per personas dicti ordinis gubernari, aut concedi eisdem, aut quod consueverint vel non consueverint clericis secularibus assignari, seu quod in ecclesia S. Ilarii Pictavensis canonicatum et prebandam, seu portionem ac partem accensamenti de Corcome, necnon domos de Chereseyo, de Adena, de la Moreda, de Lectora, de Pratolongo, cum ecclesiis ruralibus sine cura de Somovilla, de Lombiraco, de Castellariis et de Mazaroliis, decimas insuper episcopales de Rolhaco, et decimas bladorum et carnolagiorum de Tilheto, Pictavensis, Agennensis, Auxitane, Lectorensis et Albiensis diocesium, nosceris obtinere, et in Albiensi ecclesia sub expectatione prebende, personatus vel dignitatis, auctoritate nostra in canonicum es receptus, aut quod alia tua beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura obtines, que in presentibus habere volumus singulariter pro expressis ac si ea nominatim expressa specialiter extitissent, aut quod tecum auctoritate litterarum nostrarum duximus dispensandum quod duo beneficia ecclesiastica, etiamsi ipsa vel unum ex ipsis dignitates vel personatus aut officia fuerint, et curam animarum haberent, simul vel successive etiam in eadem diocesi, dummodo alias tibi canonice offerantur, libere recipere, et una cum predictis beneficiis ac prebenda quam in dicta ecclesia Albiensi cum dignitate seu personatu, cum cura vel sine cura, dinosceris expectare, postquam illa habueris, posse licite retinere, ac in Albiensi civitate vel diocesi beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, etiamsi dignitas vel personatus aut officium existat, quod duxeris accipiendum, auctoritate nostra expectas. Tenorem vero dicti instrumenti, ut de ipso imposterum certitudo plenior habeatur, presentibus inseri fecimus, qui talis est: « Universis, presens instrumentum, etc. (V. plus haut, n° 4817) ». Ceterum volumus et eadem auctoritate decernimus quod tenor hujusmodi sic insertus plenam fidem et probationem faciat, tam in judicio quam extra, etiam si dictum originale instrumentum nullatenus appareret, nec sit necesse illud aliquatenus exhiberi. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Avinione, v kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno IV.

4873. — 28 juillet 1309, Avignon.

Le même confirme à Guillaume des Bordes, en le vidimant, un acte de Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, du 1 *septembre* 1308, *dans les mêmes termes que l'acte précédent,* « *mutandis mutandis* » : « *Gerentes ad te* ». (*V. plus haut, n°* 4816.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 56, f. 245 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 325 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Texte : *Reg. Clementis pp. V*, IV, 404, n° 4964.

Dat. Avinione, v kalendas augusti, [pontificatus nostri] anno iv.

4874. — 4 août 1309, Lo Cap del Ayub.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne au commandeur et au prieur de Barcelone de laisser G. de Rubi (de Ruviro), lieutenant du maître des comptes de la cour d'Aragon, faire dans les registres du roi, déposés à la commanderie de Barcelone, toutes les recherches qu'il voudra, et emporter les registres chez lui.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 344, f. 10 *b* (copie contemp.).

Datum in portu capitis de Aliub, pridie nonas augusti, anno predicto [mcccix].

4875. — 8 août 1309, Avignon.

Le pape Clément V incorpore à l'Hôpital de S. Jean de Jérusalem l'hôpital S. Samson de Constantinople à Corinthe.

Sources : Lyon, Arch. du Rhône, langue d'Auvergne, H. 22, f. 218 (copie d'A. de Naberat, xviie s.); Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Paris, Arch. nat., S. 5042, n° 2 (orig.), M. 1, n° 12 (vidimus de l'official de Paris, du 7 octobre 1336); Bibl. nat., lat. 9001, f. 125 (copie d'A. de Naberat, xviie s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 56, f. 211 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 340 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Analyse : Mannier, *Command. du gr.-prieuré de France,* 575. — Texte : Pauli, *Cod. dipl.,* II, 394 ; *Reg. Clementis pp. V*, IV, 342, n° 4807.

Clemens, etc., dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, salutem, etc. Inter cetera que nostris desideriis ingerunter, illud votive appetimus ut miserabili statui Terre Sancte possit in diebus nostris per cooperationis nostre ministerium salubre remedium provenire. Ideoque vos, qui dicte Terre negotium tanquam athlete Christi viriliter assumpsistis, prerogativa prosequimur benivolentie specialis, et que suppliciter postulatis a nobis, presertim in ejusdem Terre favorem, libenti animo exaudimus. Cum itaque, sicut ex petitione tua, fili magister, nuper accepimus, dilecti filii magister et fratres hospitalis S. Sansonis Constantinopolitani, in civitate Corinthiensi existentis, se ipsos cum hospitali predicto et omnibus eorum bonis ad vestrum ordinem se transferre, eique incorporari desiderent et uniri, suosque propter hoc procuratores et nuntios ad sedem apostolicam duxerint destinandos, et ex hujusmodi incorporatione et unione succursui dicte Terre pluribus ex causis, propter aptitudinem loci, in quo

dictum hospitale consistit, divina favente clementia, commodum provenire possit, nos, vestris et ipsorum votis in hac parte benignius annuentes, predictos magistrum et fratres ejusdem hospitalis S. Sansonis, cum hospitali et bonis eorum predictis, tam spiritualibus quam temporalibus, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica vestro incorporamus ordini et unimus, eis transferendi se cum hospitali et bonis predictis ad vestrum ordinem supradictum, vobisque recepiendi eosdem cum hospitali et bonis prefatis potestatem liberam concedentes, ac statuentes auctoritate predicta ut dicti magister et fratres ejusdem hospitalis S. Sansonis sepedicti vestri ordinis gestare habitum, ipsumque ordinem profiteri et servare perpetuis futuris temporibus, vosque de ipsis ac hospitali et bonis predictis curam et sollicitudinem, sicut de aliis membris, gerere debeatis. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. Avinione, vi idus augusti, pontificatus nostri anno iv.

4876. — 8 août 1309, Avignon.

« *Bulla quod fratres ordinum Predicatorum et Minorum in suis predicationibus et confessionibus fideliter et diligenter exponant populis indulgentias Hospitalis, et eos inducere* (sic) *ad elemosinas et grata subsidia conferenda.* »

Analyse : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1120 (bull. D), f. 2 (xvie s.), et vol. 1119 (bull. C), f. 2 (xvie s.); Paris, Bibl. nat., lat. 13824, f. 6 *b* (xvie s.).

Dat. Avinione, vi idus augusti, pontificatus nostri anno iv.

4877. — 24 août 1309, Malchow.

La ville de Malchow exempte les Hospitaliers d'Allemagne de tous droits de péage et tonlieu à Malchow.

Source : Berlin, Arch. secr. d'état, ordre de S. Jean (orig., traces de sceau). — Texte : *Meklenburg. Jahrbücher*, II, 255 ; *Meklenburg. Urkundenbuch*, V, 479.

Universis et singulis Christi fidelibus, in perpetuum presens scriptum visuris, consules civitatis Malchow ceterorumque universitas burgensium ibidem, in omnibus causis licitis quicquid poterint et honestis. Quoniam in negotiis et tractatibus rite gestis plerumque ad testimonia recurritur scripturarum, ideo tenore presentium litterarum recognoscimus et publice profitemur quod, in causa quam prelibati magister [et fratr]es sacre domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Alamania, Marchia et Slavia contra nos [conqueren]do moverunt dudum, et titulo super theolonio nostrorum pontium et semitarum indebite ab eisdem [magistro et frat]ribus recepto et sepius requisito, talis est ordinata compositio inter nos, ex parte una, et fratrem Hynricum dictum de Wesenberg, commendatorem in Myrowe, habentem super eo speciale mandatum a magistro sui o[rdini]s, ex altera: religioso viro nobili domino fratre Bernardo de Slavia, ordinis fratrum Majorum, necnon honorabili viro domino Gherardo, sanctimonialium in Malchow preposito, mediantibus et ad hoc operam prestantibus studiosam, dimisimus et dimittimus ac nunciamus eosdem magistrum et fratres per presentes, ac omnem eorundem familiam ab omni theolonio nostrorum pontium, semitarum et transitu civitatis Malchow in perpetuum liberos et solutos et aliis generibus molestie quibuscunque. Et quia prefati magister et fratres ab omni inpetitione theolonii et

perturbationum ubique terrarum dinoscuntur verissime fore exempti, et speciali prerogativa gaudeant libertatis, eosdem jure suo, tanquam vasallos nobilium dominorum nostrorum de Werle, favorabiliter perpetue curabimus promovere, et suis libertatibus a sede apostolica indultis perpetuis temporibus summa diligentia honorare. In hujus rei observantiam et memoriam sempiternam, et ne aliquod dubium in [poste]rum oriatur, ad utilitatem predictorum magistri et fratrum et cautelam, sigillum civitatis Malchow super premissis [libertat]ibus duximus apponendum. Datum et actum Malchow, anno dominice incarnationis MCCCIX, [in] die beati Bartholomei apostoli; presentibus consulibus ibidem, Eyler, Vitko Rothe, Bernardo Ranze, Johanne Dytmari, Hensone pellifice, Lamberto advocati, necnon Johanne Rusove; domino Henrico, priore in Myrowe; fratre Henrico, dicto de Kyrisz; fratre Johanne de Angermûnde; fratre Bernardo de Regusede; fratre Herburdo de Brandenborg; fratre Hugone, et aliis quam pluribus, tam clericis quam laycis fide dignis. Datum anno et die predictis.

4878. — 30 août 1309, Avignon.

Le pape Clément V ordonne à François, archevêque de Crète, nommé légat du S. Siège en Romanie et pays voisins, de n'exiger aucune contribution pécuniaire (stipendia) des Hospitaliers. — « Cum dilecti filii ».

SOURCE : Malte, Arch. de l'ordre, div. I, vol. 10, n° 79 (orig.).

Dat. Avinione, III kalendas septembris, pontificatus nostri anno IV.

4879. — 5 septembre 1309, Marseille.

Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, confirme l'acte de Jean de Villiers, son prédécesseur, du 21 *août* 1286. (*V. plus haut*, III, *n°* 3940.)

SOURCES : Manosque, Arch. munic., livre des privil., f. 94 *b* (copie, comm. XIVe s.); Marseille, Arch. des B.-du-Rh., H. 673 (cartul. de Manosque), f. 9 *b* (copie, XIVe s.). — TEXTE : Isnard, *Livre des privil. de Manosque*, 159.

Datum Massilie, anno Domini MCCCIX, die quinto septembris.

4880. — 11 septembre 1309, Naples.

Robert d'Anjou, roi de Naples, ordonne à ses maîtres des ports et procureurs dans le Principat et la Terre de Labour, à la requête de Barral de Baux, lieutenant de Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, au grand-prieuré de Capoue, d'assurer l'exécution du bail emphythéotique, consenti par feu Guy d'Angerano, grand-prieur de Capoue, à divers habitants de Nocera, de terres sises à « Alla Vannara », au territoire d'Angri.

SOURCE : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 195, f. 35 (copie contemp.). — ANALYSE : Dr. L. Barthélemy, *Inv. chron. et anal. des chartes de la maison de Baux*, 274, n° 945.

Data Neapoli, per magistros rationales magne regie curie, anno Domini MCCCVIIII, die XI septembris, VIII indictionis.

4881. — 13 septembre 1309, Barcelone.

Pons de Gualba, évêque de Barcelone, accorde des indulgences particulières aux fidèles qui visiteront l'église de la commanderie de Villafranca del Panades, ou qui contribueront à l'enrichir.

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, 17 arm. de Villafranca, sac U, n° 519 (orig.).

Pontius, miseratione divina Barchinonensis episcopus, universis Christi fidelibus per Barchinone civitatem et diocesem constitutis, ad quos presentes pervenerint, salutem et bonis operibus habundare. Splendor paterne ecclesie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementissima ipsius magestatis benignitate sperantium, tunc precipue benigno favore prosequitur cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adjuvatur. Cupientes igitur ut ecclesia sive capella, que sub invocatione beati Johannis Baptiste in domo Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani in Villa Francha de Penitensis, nostre diocesis, opere non modico, de auctoritate nostra et licentia speciali noviter construitur et edificatur, congruis honoribus a Christi fidelibus jugiter frequentetur, et frequentantes pro temporali labore perpetue quietis munimine gratulentur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam seu capellam diebus festivitatum ipsius beatissimi Johannis Baptiste et decollationis ejusdem, aut per ipsarum festivitatum octabas, causa devotionis et orationis accesserint annuatim, pro unaquaque de ipsarum festivitatum et octabarum, necnon et omnibus illis qui ad edificationes ipsius ecclesie seu capelle manus porrexerint adjutrices, aut suas duxerint elemosinas largiendas seu et transmittendas, aut in extremis positi quicquid suarum legaverint facultatum, aut lapides, calcem, arenam, trabes vel alia quevis neccessaria in personis propriis aut in animalibus suis aportaverint, ac [cunc]tis etiam qui neccessitate dicti operis suis p[le]bibus diligenter exposuerint, nec non et aliis quibuscunque fidelibus qui ad opus jamdictum tam pium et neccessarium consilium et auxilium prebuerint optimum, quadraginta dies de injunctis eis legittime penitentiis per gratiam Sancti Spiritus misericorditer relaxamus, omniumque orationum et bonorum, que in capella et domo predictis fuerint et Deo propitio deinde uberius fient, eos perpetim participes fieri volumus et consortes, presentibus quatenus opus tangunt hujusmodi usque ad consumationem ejusdem operis tantum, in ceteris vero perpetuo duraturis. In quorum omnium testimonium, presentem paginam sigilli nostri episcopalis appensione fecimus roborari. Datum Barchinone, idus septembris, anno Domini millesimo ccc nono.

4882. — 24 septembre 1309, Le Grozeau.

Le pape Clément V charge Pierre de Pleine Chassagne, évêque de Rodez, et Raymond de Pins, chanoine de Bazas, légats du S. Siège, de faire remettre à Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, les revenus de la manse de l'église de Nicosie, déposés entre les mains de l'ordre du Temple, et les sommes provenant des biens du Temple, déposés entre les mains d'Amaury, seigneur de Tyr, pour être affectés au payement du passage projeté en Terre Sainte. Les biens du Temple seront administrés par le grand-maître de l'Hôpital.

Source : Rome, Arch. du Vatican, instr. miscell., année 1308, à la date du 24 septembre (copie

contemp.). — Analyse : Gr. Palmieri et abbé P. Calmet, *Varia docum. quæ Ruthenensem et Vabrensem diœceses respiciunt* (Rome, 1896), 10 (à la date erronée du 24 septembre 1308).

Clemens, etc., venerabili fratri Petro, episcopo Ruthenensi, apostolice sedis legato, et dilecto filio magistro Raymundo de Pinibus, canonico Vasatensi, capellano nostro, dicte sedis nuncio, salutem, etc. Dudum ecclesia Nicosiensis pastore vacante, felicis recordationis Bonifacius papa VIII, predecessor noster, dum adhuc viveret, venerabili fratri nostro episcopo Nimociensi, et dilecto filio H[enrico], archidiacono ipsius ecclesie Nicosiensis, curam et administrationem ipsius ecclesie duxit in spiritualibus et temporalibus committendas. Demum vero nos, dicto episcopo curam et administrationem hujusmodi exercente, ad apicem summi apostolatus assumpti, dum Lugduni cum nostra curia moraremur, dilecto filio Thome de Murro, canonico Meldensi, curam et administrationem commisimus supradictas. Verum subsequenter venerabili fratri Johanni[1], episcopo Portuensi, et dilecto filio nostro Petro de Columpna, sancte Romane ecclesie diacono cardinali, ut expensarum eis incumbentium possent onera facilius supportare, de alicujus subventionis auxilio providere volentes, quibusdam discretis dedimus nostris litteris in mandatis ut fructus, redditus et proventus ac obventiones quoscumque dicte Nicosiensis ecclesie, undecumque extunc in antea provenirent, per se vel per alium seu alios fideliter colligere et exigere procurarent, ac medietatem illorum eidem episcopo Portuensi, reliquam vero medietatem eidem cardinali integraliter assignare. Cumque postmodum apud Pessacum, Burdegalensis diocesis, x kalendas marcii, pontificatus nostri anno secundo (20 février 1307), ex certis et rationalibus causis, omnes et singule commissiones, sub comende vel custodie aut cure vel guardie aut administrationis titulo, nomine vel vocabulo, seu quocumque modo perpetuo, vel ad vitam, sive ad certi temporis spacium per nos quibuscumque personis cujuscumque ordinis, dignitatis aut status, etiam dicte Romane ecclesie cardinalibus, de quibuscumque patriarchalibus, archiepiscopalibus vel episcopalibus ecclesiis ac monasteriis, propriis destitutis pastoribus, facte, per nos auctoritate apostolica ex certa scientia revocate, cassate et anullate fuissent, illasque decrevissemus nullam extunc habere roboris firmitatem, eidem episcopo predictas ipsius Nicosiensis ecclesie, pastore vacantis, sicut ad presens vacare dinoscitur, curam et administrationem, in spiritualibus et temporalibus auctoritate litterarum nostrarum exercendas, usque ad apostolice sedis beneplacitum de novo duximus committendas, [et] eidem episcopo Nimociensi exigendi et recipiendi interim quoscumque fructus, redditus et proventus dicte ecclesie Nicosiensis, ad mensam archiepiscopalem Nicosiensem spectantes, necnon contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, plenam et liberam per alias nostras litteras concessimus potestatem. Nichilominus per alias litteras mandantes eidem ut totam pecuniam, percipiendam ex fructibus memoratis, fratri Jacobo de Molay, magistro generali domus milicie Templi Jerosolimitani, vel deputando ab ipso, nostro et ecclesie Romane nomine assignare curaret. Cum itaque postmodum quinquaginta novem milia quingenti bisancii albi ad fratrem Aymonem de Monteavio, tunc marescallum domus predicte, necnon et ad Bochinum Clarii de Bardorum, et Petrum Bernardi de Peruciorum societatibus, cives et mercatores Florentinos, quatuor milia et octingentos et octuaginta unum in una manu, et in alia manu tria milia quadringentos et viginti tres et dimidium bisanciorum alborum de Cipro bonorum et legalium, videlicet a Bochino tres partes et Petro predictis quartam partem bisanciorum ipsorum, prout nobis sufficienter constat, de fructibus et redditibus predictis pervenerit, nos, volentes ut eadem summa bisan-

1. Jean II Minius, cardinal-évêque de Porto de 1302 à 1312.

ciorum in Terre Sancte subsidium convertatur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus predictas bisanciorum summas de bonis domus et ordinis Templi predictorum, que dilectus filius nobilis vir Amalricus, dominus Tiri, de nostro mandato custodiri facit, si dilecto filio fratri Fulconi, magistro Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, solute non fuerunt, recipere studeatis, ipsaque recepta ipsi magistro pro parte solutionis pecunie, per nos pro secundo anno passagii, quod per eundem magistrum et fratres ipsius Hospitalis mandavimus fieri in dicte Terre subsidium, persolvende, integraliter assignare. Reliqua vero bona domus et ordinis predictorum per custodes, ad ipsorum deputatos custodiam, juxta mandatum predicto domino Tiri per litteras nostras factum, custodiantur diligentia oportuna, ab eodem insuper magistro Hospitalis ejusdem recongnitionem plenariam, ipsius magistri sigillo munitam, de assignatione dicte pecunie recepturi. Et nichilominus prefatum marescallum ejusdem domus Templi, ac mercatores ad restituendum prefatas bisanciorum summas, easque, prout receperunt easdem, reponendum et reintegrandum inter bona predicta, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, et etiam per captionem et retentionem personarum ipsorum mercatorum et distractionem bonorum ipsorum, prout expedire videritis, compellendo. Quod si forte dictus episcopus Nimociensis marescallo et mercatoribus supradictis, absque mandato nostro vel ipsius magistri Templi seu deputati ab eo, de quibus vobis volumus plene constare, dictas bisanciorum summas assignasset, vel forte alias dicte bisanciorum summe non possent exigi ab eisdem, aut ipsi solvende non essent, illas a dicto episcopo integraliter exigatis, ipsum ad solvendum vobis eas auctoritate nostra modo simili conpescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Si vero alias bisanciorum summas prefatus magister Hospitalis, ut predicitur, recepisset, faciatis vobis recongnitionem plenariam de ipsis, modo quo supra exprimitur, integraliter exhiberi. Nos enim vobis et cuilibet vestrum exequendi predicta, necnon et de hiis que receperitis ex predictis, finem et quitationem plenariam, et omnia alia et singula que circa premissa fuerint oportuna, faciendi vobis, plenam vobis et cuilibet vestrum concedimus tenore presentium potestatem, illam in premissis diligentiam et sollicitudinem impensuri quod prudenciam vestram exinde commendare non immerito valeamus; quicquid autem super premissis duxeritis faciendum nobis per vestras patentes litteras, harum seriem continentes, studeatis fideliter intimare. Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam, Vasionensis diocesis, VIII kalendas octobris, pontificatus nostri anno IV[1].

4883. — 22 octobre 1309, Almeria.

Jacques II, roi d'Aragon, demande à Pierre de Solers, châtelain d'Amposte, de lui céder, pour nourrir l'armée qu'il avait levée contre le roi de Grenade, le biscuit préparé pour les Hospitaliers, puisque l'expédition d'outre mer avait été ajournée par le S. Père à l'année suivante[2].

SOURCE : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 344, f. 109 (copie contemp., mauv. état).

Datum in obsidione civitatis Almerie, XI kalendas novembris, anno Domini MCCC nono.

1. Une seconde bulle, du même jour, fut adressée aux mêmes destinataires ; de même teneur au début, elle les charge de s'enquérir des sommes perçues par l'évêque de Nicosie pendant que l'archidiacre régissait le diocèse et pendant l'administration personnelle de l'évêque, sans préjudice de la demande faite par le S. Père au grand-maître de l'Hôpital pour obtenir le même renseignement, et de les faire remettre audit grand-maître. Une troisième bulle, de teneur analogue, concerne plus spécialement les biens du Temple.

2. Ce mandement est suivi, dans le registre, d'un mandement du même jour adressé au trésorier du roi,

4884. — 27 octobre 1309, Le Grozeau.

Le pape Clément V exhorte Philippe IV le Bel, roi de France, à venir pécuniairement en aide au grand-maître de l'Hôpital pour rendre possible le passage projeté en Terre Sainte.

SOURCES : Paris, Bibl. nat., fonds franç. 21028 (collection Sérilly), f. 313 (copie, XVIIe s.); coll. De Camps, vol. 39, f. 96 (copie, fin XVIIe s.)[1]. — TEXTE : Baluze, *Vitæ paparum Avinionensium*, II, col. 129; Pauli, *Cod. dipl.*, II, 20.

Clemens, etc., carissimo in Christo filio Philippo, regi Francorum illustri, salutem, etc. In eterninates perpetuas, ubi fures non effodiunt nec furantur, ubi erugo nec tinea demolitur, thesaurizare, dilectissime fili, incomparabiles tibi thesauros indeficientis beatitudinis cupimus, ut, sicut in orbe terrarum latius diffunduntur tui culmina principatus, sceptrumque prepotens regni tui stabilius clementie divine roboratur auxilio, sic in regno celesti thronus tuus locum obtineat celsiorem, et clariori diademate glorie coroneris. Habet siquidem, carissime fili, firma fiducia spei nostre, et de Salvatoris nostri miseratione confidimus, quod illius summi boni donum gratissimum, quod omnem delectationem transcendit, et ultra quod desiderabilius excogitari non potest, ad quod tua suspirat intentio, benignius ex divine miserationis abundantia consequeris, in Redemptoris nostri figuratam gerens in intimis passionem, et Terre Sancte, in qua Salvator ipse redemptionis nostre mysterium consummavit, condolens afflictionibus et pressuris, illi munificentie regalis impendes auxilium, et in succursum ipsius diffundes tuorum munerum largitatem. Sane, dilectissime fili, a memoria regia non credimus excidisse quod dudum celsitudinem tuam per litteras apostolicas affectione paterna rogavimus, et cum multa instantia fuimus exhortati, ut illud pecuniarum Deo gratum auxilium, quod in Terre Sancte subsidium et succursum in presenti passagio exhibendum tue obtulerat munificentia largitatis, dilecto filio magistro Hospitalis sancti Johannis Hierosolymitani liberaliter exhiberes. Sed quia nondum in hac parte desiderium mentis nostre potuimus obtinere, angit nos Terre predicte calamitas ut, sicut Terra ipsa miserabilibus afflictionibus premitur incessanter, et diris persecutionibus continue laceratur, nostraque precordia sevis proinde vexationibus colliduntur, sic pro eodem obtinendo subsidio diligentius insistamus, illudque cum instantia opportune sollicitudinis postulemus. Quesumus igitur, carissime fili, tuamque celsitudinem iterato rogamus et obsecramus per viscera misericordie Dei nostri quatinus, considerans attentius et discutiens sollicite in scrutinio mentis tue quod, per hujusmodi exhibitionem subsidii, gratiam tibi vendicabis Altissimi, salutis tue procurabis augmentum, dicte Terre doloribus utilia medicamenta prestabis, in conspectu ejusdem matris ecclesie redderis acceptior, et in populis gentium attolletur laudum preconiis nomen tuun, de illo tam celeriter quam liberaliter magistro memorato pia benignitate studeas providere, ne forte prefatum passagium, quod sub spe hujusmodi subsidii inceptum fuisse dignoscitur, irreparabilia, dicto cessante subsidio, sicut idem magister ante pluries oretenus, et post suum recessum a nobis apostolatui nostro scripsit per literas suas, et, ut credimus, ad idem tibi facit per alias suas literas speciales, incurrere valeant nocumenta; quin immo passagium ipsum ad honorem et gloriam regis regum, cujus

lui enjoignant de négocier avec le châtelain d'Amposte la cession de ce biscuit.

1. Ces copies sont empruntées au registre des chartes 4, acte 17. (V. plus haut, p. 200, note 2.)

agitur in hac parte negotium, per hujusmodi prestationem auxilii felicibus dirigatur auspiciis, et laudabilibus successibus prosperetur. Speramus enim quod tu, qui negotium dicti passagii geris in intimis cordis tui, circa predictum subsidium exhibendum sic pro reverentia Salvatoris prudenter et salubriter providebis quod anxiis mentis nostre desideriis satisfiet, et eamdem matrem ecclesiam dictamque Terram, que hujusmodi auxilium desideranter expectant, jucunditate multiplicis letitie renovabis. Et ut de indigentia prefati magistri quoad dictum passagium certitudinem habeat regia celsitudo, scire te volumus quod, licet camera nostra foret exhausta non modicum, tamen dicti passagii consummationem felicem volentes indigentie nostre preferre, quinquaginta milia florenorum auri de camere predicte pecunia, quamvis antea predicto magistro de tota illa summa pecunie, in qua tenebamur pro solutione anni presentis, per nos fuisset integre satisfactum, ad opus dicti passagii fecimus mutari; absque qua necessaria ad dictum passagium per dictum magistrum haberi non poterant ullo modo, sed oportebat remanere dictum passagium imperfectum. Preterea scire te volumus quod dictus magister sic tarde in ultimo suo adventu ad nostram accessit presentiam, quod ad te venire non potuit, tibi ordinationem prefati passagii relaturus; et nisi celeriter intemperiem aeris, quam merito formidabat, mare ingrediendo personaliter prevenisset, dictum passagium quoad presentem annum omnino inutile extitisset; propter quod dictum magistrum habeat celsitudo regia excusatum. Ut autem vasorum navigabilium et gentium, quas secum ducit magister predictus, habere possis certitudinem pleniorem, illa tibi duximus transmittenda in quadam cedula, de scriptura, quam idem magister nobis transmisit, transumpta, presentibus interclusa, prout in eadem cedula poteris intueri. Ecce insuper quod dilectos filios Petrum, abbatem monasterii S. Medardi Suessionensis, et Guillelmum Petri, ordinis Predicatorum, doctorem in theologia, capellanum nostrum, latores presentium, propter hoc ad tuam presentiam duximus destinandos; quibus, vel eorum alteri, super his que circa premissa tibi ex parte nostra retulerint, adhibeas plenam fidem. Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam, Vasionensis diocesis, VI kalendas novembris, pontificatus nostri anno IV.

4885. — [14 novembre 1309-13 novembre 1310][1].

Le même confirme à Sanche de Farges, damoiseau, son maître d'hôtel, la concession des maisons de Cap Cornau et de Conchias en Gascogne, que Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, lui avait faite. (*V. plus haut, n°* 4786.)

Sources: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 221 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75 f. 345 (copie de Smitmer, XVIIIe s.). — Analyse: *Reg. Clementis pp. V*, V, 315, n° 6062.

[Clemens, etc.], dilecto filio Sanctio de Fargiis, domicello, magistro hostiario et familiari nostro, [salutem, etc.]. Devotionis et familiaritatis tue grata sinceritas promeretur ut, personam tuam favore benivolo prosequentes, illam apostolico presidio muniamus. Cum itaque, sicut oblata nobis tua petitio continebat, frater Fulco de Villareto, domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister, auctoritate et potestate per conventum ipsius domus transmarinum attributis eidem, domos

1. La date manque dans le registre. Le scribe a noté en marge que la pièce, envoyée à la chancellerie pour être datée, ne lui avait jamais été rendue, et qu'il avait dû laisser la date en blanc.

de Capite Cornali et de Concias in Vasconia, Adurensis diocesis, ad ipsum Hospitale spectantes, cum omnibus grangiis, membris, juribus, pertinentiis et dependenciis suis, quecunque et ubicunque sint, per te quandiu vixeris habendas, tenendas, regendas, utifruendas et possidendas, contulerit et concesserit generose, prout in patentibus litteris, dicti magistri plumbea bulla munitis, plenius continetur, nos, tuis supplicationibus inclinati, collationem et concessionem easdem ratas et gratas habentes, illas auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem defectum, si quis in collatione et concessione hujusmodi habitus extitisset, de apostolice plenitudine potestatis. Tenorem autem dictarum litterarum, ut de ipsis inposterum certitudo plenior habeatur, presentibus fecimus annotari, qui talis est: « Frater Fulco de « Villareto, etc. (V. plus haut, n° 4786). » Dat. ..... anno v.

4886. — 22 novembre 1309, Le Grozeau.

Le même, par considération pour Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, accorde à Hugues de Moyreriis, neveu de celui-ci, un canonicat prébendé, vacant ou à vaquer, de l'église de Mende, avec dispense d'âge. — « Ut tua et »[1].

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 207 *b* (copie contemp.). — Analyse : *Reg. Clementis pp. V*, V, 297, n. 5991.

Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam, Vasionensis diocesis, x kalendas decembris, [pontificatus nostri] anno v.

4887. — 26 novembre 1309.

Thierry d'Aelst, juge de la Bétuwe, certifie que Renaud I, comte de Gueldre, a témoigné qu'Henri Wellekijn et Elisabeth, femme de celui-ci, avaient donné sans condition leurs biens aux Hospitaliers d'Arnheim.

Source : Arnheim, Arch. de la prov. de Gueldre, fonds S. Jan, n° 8 a (orig.).

Datum anno Domini MCCC nono, feria quarta post Katerine virginis.

4888. — 3 février 1310.

Othon V, comte de Ravensberg[2], *renonce à ses prétentions contre la commanderie d'Herford.*

Source : Munster, Arch. roy. d'état, command. de Herford, n° 5 (orig.).

Datum et actum anno Domini MCCCX, in crastino purificationis beate Marie virginis.

1. Même bulle aux prieurs de S. Eminie et de Langogne et au sacristain de l'église de Lyon.

2. Il fut comte de 1306 à 1328; il avait été précédemment chanoine d'Osnabrück.

4889. — 6 février 1310.

Helwic de Randesacker, commandeur de Wurtzbourg, lieutenant en Franconie et Thuringe d'Helfrich de Rüdigheim, grand-commandeur d'Allemagne, et les Hospitaliers de Wurtzbourg certifient qu'à l'occasion de l'entrée dans l'ordre d'Henri, fils d'Henri Meigelin, chevalier, reçu par Pierre, commandeur de Biebelrieth, diverses conventions sont intervenues, en faveur des Hospitaliers de Wurtzbourg, entre ledit commandeur et Louis, curé de Grünsfeld, à l'occasion de vignes sises au Morsberg.

Source: Wurtzbourg, Arch. roy., cartul. 140, f. 233 *b* (copie, xvi[e] s.).

Nos frater Helwicus de Randesacker, gerentes vices magni preceptoris per Franconiam et Thuringiam necnon commendator, ceterique fratres sacre domus Hospitalis sancti Johannis Herbipolensis tenore presentium constare cupimus universis quod fratri Petro, commendatori de Bibelriet, exstitit indultum persone receptio a fratre Helphrico, magno preceptore, de cujus elemosina edificare deberet turrim in Bibelriet inchoatam. Verum cum dictus frater Petrus fratrem Heinricum, natum quondam Heinrici militis dicti Meigelin, ad ordinem nostrum receperit ut est moris, qui, inquam, frater Heinricus inter cetera nomine elemosine contulit tria jugera vinearum, sita an dem Morsberge, quas recognoscentes honestum virum dominum Ludewicum, rectorem ecclesie in Grunssvelt, pro lxx libris Hallensium comparasse, idem Ludewicus faciens ordini nostro predicto et fratri Petro memorato gratiam specialem, talem videlicet quod, post mortem amborum videlicet Ludwici et Petri, fructus dictarum vinearum pro refectione fratrum infirmorum domus Hospitalis predicti Herbipolensis ministrentur, profitentes quod, si prelibatus frater Petrus mortuo Ludwico in perceptione fructuum vinearum predictarum per magistrum, qui pro tempore fuerit, vel per nos vel successores nostros impediri contigerit quoquo modo, quod absit, et ipso vero mortuo fructus dictarum vinearum predictis fratribus infirmis negligeremus ministrare, ex tunc dicte vinee ad heredes predicti Ludwici devolvantur, contradictione qualibet non obstante. Insuper nos frater Helwicus recognoscimus quod de nostra voluntate ac licentia procedit speciali quod dictus frater Petrus fruatur vineis predictis, et quod fructus memorati fratribus infirmis ministrentur, ut est pretactum. Et ego Ludwicus predictus confiteor omnia premissa de mea mera et libera procedere voluntate, et in ejus testimonium sigillum meum presentibus appendisse. Et nos frater Helwicus ceterique fratres premissi profitemur sigillum domus nostre, quo uti solemus, una cum sigillo fratris Helwici antedicti, presentibus fore appensa in evidentiam premissorum. Datum anno Domini mcccx, feria sexta post purificationem beate Virginis gloriose.

4890. — 1 mars 1310, Avignon.

Le pape Clément V *accorde à Bertrand, fils de Raymond Bernard de Fumel, chevalier, et alors frère de l'Hôpital, du diocèse d'Agen, jusqu'à la quatrième génération, la jouissance des dîmes qu'il percevait dans les paroisses de Rouets, de Savignac (Savinhacum) et de Ladignac (Landinhacum); elles feront ensuite retour à l'évêque d'Agen. — « Personam tuam tue ».*

Sources: Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviii[e] s.); Rome, Arch. du

Vatican, reg. 57, f. 32 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 348 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Analyse : *Reg. Clementis pp. V*, V (Rome, 1887), 39, n° 5233.

Dat. Avinione, kalendis martii, [pontificatus nostri] anno v.

4891. — 12 mars 1310, Paris.

Philippe IV le Bel, roi de France, mande à son sénéchal de Beaucaire d'obliger les Hospitaliers du château de S. Maurice à prêter à Raymond Gaucelin d'Uzès, chevalier, l'hommage qu'ils devaient au roi avant que celui-ci eût échangé avec Raymond Gaucelin la baronnie de Lunel et une partie du château de S. Maurice. (*V. plus haut*, III, *n°* 3435.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 892 (copie, xvie s.).

Philippus, Dei gratia Francorum rex, senescallo Bellicadri aut ejus locumtenenti, salutem. Mandamus vobis quathenus Hospitalariis castri S. Mauricii prestare homatgium faciatis, pro et de hiis que ibi habent, dilecto et fideli nostro Raymundo Gaucelini Ucecie, militi nostro, prout nobis, ante factum excambium inter nos et dictum militem, factum de baronia Lunelli et pertinentiis ejusdem et de parte dicti castri S. Mauricii et pertinentiarum ejusdem, quam olim habebamus, faciebant et facere consueverant, cum in dicto excambio et ratione excambii dictum militem quicquid juris ibi habebamus, exceptis ressorto et superioritate, dicamur transtulisse, cum tamen de premissis, vocato procuratore nostro et aliis evocandis, legitime vobis constet. Datum Parisiis, die duodecima martii, anno Domini millesimo trecentesimo nono.

4892. — 18 mars 1310, Avignon.

Le pape Clément V défend à maître Guillaume de Balet, chanoine de S. Astier au diocèse de Périgueux, et à Jean de Bologne, clerc de sa chambre pontificale, de molester les Hospitaliers pour défaut de paiement de la dîme imposée aux Hospitaliers au royaume de Naples, en considération des dépenses qu'ils font pour le passage en Terre Sainte.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 45 (copie contemp.). — Texte : *Reg. Clementis pp. V*, V, 57, n° 5284.

[Clemens, etc.], dilectis filiis magistris Guillelmo de Balaeto, canonico ecclesie de S. Astero Petragoricensis diocesis, et Johanni de Bononia, camere nostre clerico, [salutem, etc.]. Ex parte dilectorum filiorum .. magistri et fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani fuit nuper expositum coram nobis quod, licet pro parte Hospitalis ejusdem collectoribus decime imposite dudum ecclesiis et personis ecclesiasticis regni Sicilie citra Farum et circumadjacentium partium, a sede apostolica deputatis, de dicta decima pro redditibus et proventibus domorum et locorum Hospitalis ipsius, consistentium in regno et partibus prelibatis, prout ad eam tenebantur, fuerit integraliter satisfactum, vos tamen ipsos, pretextu mandati per nostras sub certa forma litteras vobis facti de inquirendo super decimis ab ecclesiis, monasteriis et personis ecclesiasticis, tam religiosis quam secula-

ribus, regni et partium eorumdem, de suis proventibus non solutis ac de certis aliis faciendis, que in ipsis nostris litteris explicantur, satagitis cogere ad solvendum vobis vel alteri vestrum tam de redditibus et proventibus domorum et locorum predictorum decimam, de cujus solutione vobis non ostenderint apodissas, quam residuum decimarum ipsarum, quas eos pretenditis integraliter non solvisse. Cum enim sit eis difficile, sicut dicunt, invenire apodissas omnes, factas eis super solutione qualibet ab eis facta de decima prelibata, ex eo presertim quod ex fratribus ipsis, quibus apodisse hujusmodi facte fuerant, aliqui decesserunt, nonnulli vero degunt in partibus transmarinis, et aliqui in remotis partibus aliis commorantur, supplicaverunt humiliter per nostram eis providentiam super hoc de oportuno remedio benigniter provideri. Nos itaque, considerantes quod magister et fratres predicti in prosecutione passagii, quod per eos in Terre Sancte subsidium faciendum duximus, gravibus fatigantur laboribus et sumptibus distrahuntur, et propterea volentes eis in hac parte sinum nostre munificentie reserare, discretioni vestre mandamus quatenus hujusmodi residuum decimarum ipsarum, quodcumque extiterit, per fratres eosdem de predictorum domorum et locorum proventibus et redditibus forsitan non solutum, quod per vos ad presens exigi nolumus, minime repetatis, nec ipsos super illo aut super solvendis illis decimis ex predictis, de quarum solutione nequeunt apodissas ostendere, aliquatenus molestetis. Et si processus aliqui per vos, premissorum occasione, facti fuerint contra eos, illos revocare sine difficultate curetis, illis ex fratribus ipsis, qui excommunicationis sententiam, per vos generaliter aut specialiter promulgatam, forsitan incurrerunt, absolutionis beneficium juxta formam ecclesie impensuri. Volumus tamen quod, visis quaternis collectorum predictorum, in quibus contineri dicuntur solutiones hujusmodi decimarum, si illos habere poteritis, necnon apodissis et instrumentis ac juribus aliis, que fratres predicti vel aliqui eorum super hoc coram vobis exhibere potuerint, aliisque scripturis, per quas super hiis poteritis informari, de predicto residuo vos plenius informetis, illudque nobis curetis fideliter intimare..... Dat. Avinione, xv kalendas aprilis, [pontificatus nostri] anno v.

4893. — 21 mars 1310.

Arrêt du parlement de Paris, défendant au commandeur et aux Hospitaliers de Renneville (de Renevilla) d'exercer aucune juridiction à Renneville, et les condamnant à restituer au roi les produits de la basse justice et des exploits perçus depuis l'année 1282.

Source : Paris, Arch. nat., X^1a 4, f. 144 (copie, xive s.). — Analyse : Boutaric, *Actes du parl. de Paris,* II, 67, n° 3711. — Texte : Beugnot, *Les Olim,* III, 442.

Sabbati post « Reminiscere ». Cuiller reportavit.

4894. — 21 mars 1310.

Arrêt du parlement de Paris, défendant au commandeur et aux Hospitaliers de Boulbonne (Balbona) d'exercer aucune juridiction sur le lieu d'Aignes (de Anhanis),

et les condamnant à restituer au roi les produits de la basse justice et des exploits perçus depuis l'année 1282.

SOURCE : Paris, Arch. nat., X[1a] 4, f. 144 *b* (copie, XIV[e] s.). — ANALYSE : Boutaric, *Actes du parl. de Paris,* II, 67, n° 3712. — TEXTE : Beugnot, *Les Olim,* III, 443.

Sabbato post « Reminiscere ». Cuiller reportavit.

4895. — 23 mai 1310, Avignon.

Le pape Clément V approuve la taille levée pour cinq ans par le grand-maître de l'Hôpital sur les maisons de l'ordre et destinée à rembourser les sommes qui lui avaient été prêtées pour secourir la Terre Sainte.

SOURCE : Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 74 (copie contemp.). — TEXTE : *Reg. Clementis pp. V,* V, 105, n° 5384.

[Clemens, etc.], venerabili fratri Berengario, episcopo Tusculano, [salutem, etc.]. Cum, sicut intelleximus, dilectus filius .. magister Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani pro perficiendo passagio, quod per ipsum magistrum et fratres Hospitalis ejusdem in Terre Sancte subsidium duximus ordinandum, non modicam receperit mutuo pecunie quantitatem, et pro ipsa restituenda quandam talliam quinquennio duraturam, que viginti milium florenorum auri summam anno quolibet non excedit, super prioratibus et domibus ipsius Hospitalis in cismarinis partibus, de consilio procerum suorum sibi tunc assistentium, fieri ordinarit, annis singulis ejusdem quinquennii, certo ad hoc statuto termino, persolvendam, et ad ipsam talliam necnon et responsiones, que de fructibus, redditibus et proventibus domorum et locorum Hospitalis ejusdem, consistentium citra mare, ipsi magistro et conventui Hospitalis predicti in ultramarinis partibus consueverunt annis singulis destinari, ac etiam obventiones, percassia, servitia et bona mortuariorum, ad ipsum magistrum in predictis partibus cismarinis spectantia, recipienda et colligenda ipsius magistri nomine per idem quinquennium, dilectum filium fratrem Draconem, tunc priorem prioratus de S. Egidio, specialiter deputarit, dando per suas litteras universis prioribus, viceprioribus, preceptoribus, fratribus et sororibus Hospitalis ejusdem, aliisque suis subditis in eisdem cismarinis partibus firmiter in mandatis ut eidem priori, ejusdem magistri nomine, de hujusmodi tallia, responsionibus, percassiis, servitiis et bonis per sepedictum quinquiennium respondeant integre, per priorem ipsum eidem magistro ad opus dicti passagii destinandis, dictus prior nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse, sicut asserit, hujusmodi talliam, responsiones, obventiones, percassia, servitia et bona integraliter sine apostolice sedis auxilio posse colligere non confidat, providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, in favorem dicti passagii ejusdem prioris in hac parte supplicationibus annuentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus eidem priori, aut illi vel illis quos ipse ad hoc duxerit deputandos, prefati magistri nomine, facias auctoritate nostra, per te vel alium seu alios, de hujusmodi tallia, responsionibus, obventionibus, percassiis, servitiis et bonis, juxta ipsius magistri ordinationem, super hoc habitam, ab eisdem prioribus, viceprioribus, preceptoribus, fratribus et sororibus ac subditis prelibatis per dictum quinquennium integraliter responderi, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstante si predictis vel eorum aliquibus a sede apostolica sit

indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, etc., usque: mentionem. Dat. Avinione, x kalendas junii, [pontificatus nostri] anno v.

4896. — 24 mai 1310.

Les jurés et échevins de Zitava échangent un bâtiment, dans lequel habitait le balistarius (armbrutschütze), et qui était contigu à la commanderie des Hospitaliers (Cruciferi), contre un bâtiment voisin de l'école et appartenant aux Hospitaliers.

Source : Zitava, Arch. munic. (orig. scellé). — Texte : Carpzow, *Analecta factorum Zittaviensium* (1716), I, 137; Kohler, *Cod. diplom. Lusatiæ superioris*, I (Goerlitz, 1856), 195.

Datum et actum anno Domini MCCCX, dominica qua cantatur « Vocem jucunditatis ».

4897. — 30 mai 1310, Digne.

Robert d'Anjou, roi de Naples, requiert Hugues Stacca, vice-prieur de S. Gilles et procureur du grand-prieur, d'exécuter intégralement les conventions intervenues, le 22 *octobre* 1307, *à l'occasion d'Orange, entre l'ordre de l'Hôpital et le roi Charles II.* (*V. plus haut, n*° 4756.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., B. reg. 2, f. 111 *b* (copie, milieu xive s.).

Anno incarnationis .. millesimo trecentesimo decimo, die penoltimo madii, octave indictionis, apud Dignam.

4898. — 8 juin 1310, Avignon.

Le pape Clément V accorde à Raymond Bernard de Fumel la commanderie de Sauvagnas, vacante par la mort de Bertrand de Savignac, sans préjudice de celle de S. Nexans, dont il jouissait déjà.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 83 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 353 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Analyse : *Reg. Clementis pp. V*, V, 118, n° 5428.

[Clemens, etc.], dilecto filio fratri Raymundo Bernardi de Fumello, militi Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, preceptori domus ejusdem Hospitalis de Salvanhano, Agennensis diocesis, cubiculario nostro, [salutem, etc.]. Dum grata et accepta obsequia, que nobis et apostolice sedi hactenus impendisse et jugiter impendere nosceris fideliter et devote, aliaque multiplicia tue merita probitatis, nobis utique per familiarem experientiam non ignota, diligenter attendimus, apostolico te favore dignum conspicimus et prerogativa gratie specialiter attollendum. Volentes itaque horum consideratione ad personam tuam dexteram nostre liberalitatis extendere tibique gratiam facere specialem, domum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani de Salvanhano, Agennensis diocesis, quam quondam Bertrandus de Savinhaco, miles dicti Hospitalis, preceptor ejusdem domus, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum, tenebat dum viveret, tibi cum omnibus juribus,

et pertinentiis suis apostolica auctoritate concedimus, per te, prout idem Bertrandus tenebat eandem, dum, ut premittitur, viveret, retinendam, decernentes irritum et inane si secus super hoc a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum est hactenus, vel contigerit imposterum attemptari. Non obstantibus quod in dicta domo per .. magistrum vel alias personas dicti Hospitalis preceptor poni et amoveri consuevit pro sue libito voluntatis, aut quibuscumque statutis et consuetudinibus, contrariis dicti Hospitalis juramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate vallatis, seu si eidem magistro, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata sit sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, et ad id compelli non possint, sive quod de domibus et locis dicti Hospitalis, ad eorum dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et quibuslibet aliis dicte sedis privilegiis, indulgentiis et litteris generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressam vel totaliter non insertam affectus hujusmodi nostre gratie impediri valeat vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum debeat in presentibus fieri mentio specialis, sive quod domum ipsius Hospitalis S. Naxentii, Petragoricensis diocesis, nosceris obtinere. Nos enim tecum ut dictas domos insimul licite retinere valeas, qualibet ejusdem sedis constitutione contraria, ac statutis, consuetudinibus, privilegiis, indulgentiis et litteris supradictis nequaquam obstantibus, eadem auctoritate, de uberioris dono gratie, dispensamus. Nulli ergo, etc. Dat. Avinione, vi idus junii, [pontificatus nostri] anno v.

4899. — 15 juin 1310, Cantorbéry.

Edouard II, roi d'Angleterre, demande, pour l'expédition qu'il se préparait à entreprendre en Ecosse, des prêts d'argent, de céréales et de bétail au grand-prieur d'Angleterre, aux maîtres de l'Hôpital de Chippenham, de Great Carbrooke (Kerebrock) et de Battisford (Batesford).

Source : Londres, Record office, Rot. litt. claus., 3 Ed. II, membr. 5 dorso (copie contemp.). — Analyse : *Calendar of the close rolls, Edward II*, I, 261-7.

Donné à Cantirbir., le xxv jour de juin.

4900. — 4 juillet 1310, Zitava.

Frère Hermann, évêque « Brysirynensis », ajoute quarante jours d'indulgence, en faveur des fidèles qui assisteront aux offices ou prédications dans les églises paroissiales ou couvents dépendant de l'Hôpital, aux indulgences précédemment concédées par Jean IV de Dražic, évêque de Prague, et par l'archevêque de Mayence[2].

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, F. xlvi, n° 6 (orig. scellé).

Frater Hermannus, divina miseracione Brysirynensis episcopus, universis Christi fidelibus, presentes litteras visuris, salutem et fructuosam in Domino cari-

1. Même bulle à Bertrand, évêque d'Albi et chambrier du pape, à l'abbé de S. Maurin (diocèse d'Agen) et à l'archidiacre de Montaut (Montaldensis).

2. Il faut rapprocher de cet acte une concession

tatem. Cum bonorum addicio laudabilis et condigna censetur per plurimos, quia, quanto fructum salutis parturit uberem, tanto devociores ejus efficit assequaces, nos igitur litteras venerabilis domini Johannis, Pragensis episcopi, super statutis ac sanxionibus reverendi domini archiepiscopi Maguntinensis intuentes, inter cetera vidimus hoc statutum quod quicunque in loco, ubi vivus sacramenta recepit ecclesiastica, se in morte sepeliri disponit, quadraginta dies habet indulgencie ab ipso domino archiepiscopo pro suorum relevamine peccatorum, — quibus quidem XL diebus reverendus episcopus Pragensis adjunxit alios XL dies, — eisdem videlicet indulgenciis nos, de omnipotentis Dei confisi misericordia, eciam quadraginta dies adjungimus ex nostre officio potestatis. Insuper de eadem Dei clemencia presumentes, omnibus vere penitentibus, qui in ecclesiis parrochialibus vel claustris fratrum Cruciferorum Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani missas vel predicaciones audiverint, de qualibet missa et quolibet sermone quadraginta dies indulgencie misericorditer impartimur. Datum in Zytavia, anno Domini millesimo CCC decimo, IIII nonas julii. Preterea eidem indulgencie nostre unam karenam addimus graciose.

4901. — 8 juillet 1310, Westminster.

Edouard II, roi d'Angleterre, accorde des lettres de rémission à Thomas Ellot, de Keepwick, qui, laissé pour mort après avoir été pendu, avait été sauvé par les Hospitaliers de S. Jean de Lee.

SOURCE : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 4 Ed. II, pars 1, membr. 26 (copie contemp.). — ANALYSE : *Cal. of the patent rolls, Edward II* (1307-1313), 265.

Rex omnibus ballivis et fidelibus suis, ad quos, etc., salutem. Sciatis quod, cum Thomas Ellot, de Kepewyk. juxta Hexildesham, nuper coram Johanne de Vaus et sociis suis, justiciariis ad gaolam de Hextildesham infra libertatem archiepiscopi Eboracensis de Hextildesham deliberandam assignatis, pro quibusdam feloniis, unde coram eisdem justiciariis convictus fuit, suspensus, et post suspensionem illam a furca tanquam mortuus depositus extitisset, et corpus ejus ad cimiterium ecclesie S. Johannis de Leye, pro eo quod nomen ipsius Johannis in rotulo fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerusalem in Anglia inventum fuit, juxta privilegium eisdem fratribus concessum, ad sepeliendum delatum, idemque Thomas ibidem vivus repertus fuisset, et postmodum ea occasione regnum Anglie abjurasset, sicut ex testimonio accepimus fidedigno, nos, caritatis intuitu, et ob specialem devocionem, quam ad beatum Thomam, gloriosum Christi martirem, cujus translacionis die inde sumus requisiti, pro eodem gerimus et habemus, volentes prefato Thome gratiam facere specialem, perdonavimus ei abjuracionem predictam et quicquid ad nos ulterius pertinet in hac parte, et firmam pacem nostram ei inde concedimus. In cujus, etc. Teste ut supra [apud Westmonasterium, VIII die julii].

4902. — 20 juillet 1310, Utrecht.

Guy de Hainaut, évêque d'Utrecht, mande aux habitants d'Harlem et de

d'indulgences, émanée de l'archevêque de Nazareth et de l'évêque de Wurtzbourg, et confirmée à la requête d'Henri, commandeur de Zitava, par Jean IV de Dražic, évêque de Prague. Cette concession, du 13 juin 1310, aujourd'hui perdue, a été analysée par Erben-Emler (*Reg. Boh. et Moraviæ,* II, 1215, n° 2779).

Monster de mettre les Hospitaliers de S. Catherine d'Utrecht en possession des biens et maisons, sis à Harlem et à Monster, que Gérard de Tetrode, chanoine de N.-D. d'Utrecht, avait donnés à l'ordre pour construire un oratoire.

Source : Utrecht, Arch. prov., S. 327 (cartul. d'Harlem), f. 15 (copie, xvi[e] s.).

Guydo, Dei gratia episcopus Trajectensis, viris providis et discretis balivis, scabinis, consulibus totique communitati opidi de Harlem et parrochie de Monsteramboch in Noertholland, salutem in eo qui est omnium vera salus. Cum discretus vir magister Gherardus de Tetrode, canonicus ecclesie B. Marie Trajectensis, domos suas, areas et mansiones, in Harlem sitas, ac etiam bona sua, que habebat in parrochia de Monsteramboch predicta, religiosis viris commendatori et fratribus sacre domus Hospitalis beati Johannis Jerosolimitani et sancte Katherine in Trajecto contulerit, pure et simple, propter Deum, ad construendum in eisdem bonis oratorium ut ibidem per eosdem fratres cultus divinus ad gloriam Salvatoris ominum per horarum ecclesiasticarum observationes et missarum celebrationem augmentetur, et nos eamdem donationem et collationem pie factam ratificaverimus et confirmaverimus, prout in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur, universitatem vestram benigne requirimus et in Domino exhortamur quatinus prefatos commendatorem et fratres, et viros approbatos in predictis bonis, sibi in puram elemosinam collatis per magistrum Gerardum canonicum predictum, in possessionem eorumdem, cum ad vos venerint, defendatis, et per vestros subditos in eisdem defendi et tueri faciatis, ut eisdem bonis sicut aliis eorum possessionibus et bonis uti et frui valeant libere et quiete, eosdem benigne recipiendo honeste et curialiter pertractando, quia pro certo et indubitanter speramus quod adventus eorumdem fratrum, quoad honorem omnipotentis Dei et salutem animarum vestrarum, vobis erit utilis, proficuus et saluber. Datum Trajecti anno Domini MCCC decimo, feria secunda post Margarete[1].

4903. — 21 juillet 1310.

Edouard II, roi d'Angleterre, autorise l'aliénation en main morte de soixante acres de terre à North-Petherton (Northpederton), données par Hugues de Reyne et Julienne, femme de celui-ci, au grand-prieur et aux Hospitaliers d'Angleterre, en échange d'une quantité égale de terres, que ceux-ci recevaient d'eux au même lieu.

Source : Londres, Record office, Rot. litt. pat., 4 Ed. II, pars 1, membr. 22 (copie contemp.). — Analyse : *Cal. of the patent rolls, Edward II* (1307-1313), 271.

Teste ut supra [apud Westmonasterium, XXI die julii].

4904. — Août 1310, Naples.

Robert d'Anjou, roi de Naples, ordonne au vice-maître justicier du royaume et aux juges de la grande cour de faire une enquête avant de faire droit dans la cause pendante entre Jacques, commandeur de Naples, agissant au nom de cette comman-

1. La fête de sainte Marguerite, employée ici comme élément de date, se célébrait le 13 juillet.

derie, et les héritiers de feu Matthieu Rufuli de Ravello, au sujet d'une somme d'argent réclamée par celui-ci à ceux-là.

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 195, f. 33 *b* (copie contemp.).

Data Neapoli, anno Domini millesimo CCCX, die augusti (*sic*)[1], VIII indictionis.

4905. — 17 août 1310, Le Grozeau.

Le pape Clément V confirme à Saxo, clerc, fils de Renaud de Sezze, chevalier et maître de l'hôtel du pape, les maisons de S. Côme d'Aquino et de S. Léonard de Sezze, que Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, lui avait concédées. (*V. plus haut, n°* 4871.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 161 *b* (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f 338 (copie de Smitmer, XVIIIe s.). — Analyse : *Reg. Clementis pp. V,* 238, n° 5782.

[Clemens, etc.], dilecto filio Saxoni, nato dilecti filii Raynaldi de Setia, militis et magistri hostiarii nostri, clerico Terracinensis diocesis, [salutem, etc.]. Tua et tuorum devotio exigit ut, personam tuam speciali benivolentia prosequentes, votis tuis in hiis que digne possumus favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis ex parte tua petitio continebat quod dilectus filius frater Fulco, magister Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, considerans grata et accepta servitia que dilectus filius Raynaldus de Setia, miles et magister hostiarius noster, pater tuus, sibi impendit hactenus et impendere poterit in futurum, domos S. Cosme de Aquino et S. Leonardi de Setia, Terracinensis diocesis, ad Hospitale ipsum spectantes, cum appenditiis, juribus et pertinentiis eorumdem, tibi, ex potestate et auctoritate sibi per conventum suum transmarinum tradita, ad vitam tuam contulit et concessit, prout in patentibus litteris inde confectis, ipsius magistri Hospitalis plumbea bulla munitis, plenius continetur. Nos itaque ejusdem Raynaldi, a nobis hujusmodi gratiam suppliciter implorantis, ac tuis supplicationibus inclinati, collationem et concessionem hujusmodi ratas et gratas habentes, illas auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, ac supplemus omnem defectum, si quis forsitan extitit in eisdem, de apostolice plenitudine potestatis. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est : « Noverint universi, etc. (V. plus haut le texte, n° 4871) ». Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam, Vasionensis diocesis, decimo sexto kalendas septembris, [pontificatus nostri] anno V.

4906. — 1 septembre 1310, Le Grozeau.

Le même, à la requête de Paul de Pietra Rubbia (de Petra Rubea), procureur de Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, nomme Johannet Moneta de Voltaggio (de Vultabio), neveu de Paul de Pietra Rubbia, chanoine de l'église de Monza.

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, XVIIIe s.); Rome, Arch.

1. Peut-être faut-il dater cet acte du 8 août; le scribe en ce cas, trompé par la similitude de chiffre, aurait oublié de répéter le chiffre VIII, qui servirait ainsi au jour du mois et à l'indiction.

du Vatican, reg. 57, f. 146 *b* (copie contemp.). — Analyse : *Reg. Clementis pp. V*, V, 218, n° 5699.

Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam, Vasionensis diocesis, kalendis septembris, [pontificatus nostri] anno v.

4907. — 24 septembre 1310, Le Grozeau.

Le même confirme à Jacques de Lavegia, bourgeois de Plaisance, la concession de la maison de Montale, près de Plaisance, à lui faite par Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital. (*V. plus haut, n°* 4792.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 229 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 341 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Texte : *Reg. Clementis pp. V*, V, 328, n° 6092.

[Clemens, etc.], dilecto filio Jacobo de Lavegia, civi Placentino, [salutem, etc.]. Tue devotionis exigentibus meritis, nec non et consilio dilecti filii nobilis viri Othonis de Grandissono, militis nostri, nobis pro te servitore suo apostolicam in hac parte gratiam implorantis, inducimur ut petitionibus tuis, quantum cum Deo possumus, annuamus. Sane, sicut ex tenore tue petitionis accepimus, dilectus filius magister Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani domum de Montali prope Placentiam, ad dictum Hospitali spectantem, tibi de gratia speciali concessit, prout in ejusdem magistri super hoc confectis litteris, sua plumbea bulla munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Tuis itaque ac dicti nobilis supplicationibus inclinati, concessionem hujusmodi ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor vero litterarum ipsarum talis est : « Noverint universi, etc. (V. le texte plus haut, n° 4792) ». Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam, Vasionensis diocesis, viii kalendas octobris, [pontificatus nostri] anno v.

4908. — 27 septembre 1310, Le Grozeau.

Le même confirme à Arnaud de Noalhan, damoiseau, du diocèse d'Agen, la concession de la maison de S. Romain près de Casteljaloux, au diocèse d'Agen, que Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, lui avait faite, le 20 *juin* 1308. (*V. plus haut, n°* 4800.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1127 (copie, xviiie s.); Rome, Arch. du Vatican, reg. 57, f. 144 (copie contemp.); Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 75, f. 343 (copie de Smitmer, xviiie s.). — Texte : *Reg. Clementis pp. V*, V, 214, n° 5677.

[Clemens, etc.], dilecto filio nobili viro Arnaldo de Noalhano, domicello, Agennensis diocesis, [salutem, etc.]. Clara tue devotionis et nobilitatis merita, quibus te reddis in conspectu nostro multipliciter generosum, nostrum instanter sollicitan animum ut de te, tanquam de fideli et devoto filio, propensius cogitantes, petitionibus tuis, quantum digne possumus, favorabiliter annuamus. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod dilectus filius frater Fulco de Villareto, magister Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, domum de S. Romano prope

Castrum Gelozium, Agennensis diocesis, ad dictum Hospitale spectantem, cum appenditiis, juribus et pertinentiis suis, tibi de consilio, voluntate ac expresso assensu fratrum ejusdem Hospitalis peribi tunc assistentium, et auctoritate et potestate sibi per conventum suum transmarinum super hoc, ut asseruit, attributis, quamvis tu alias de consilio, voluntate, assensu, auctoritate et potestate hujusmodi fidem facere nequeas, ad vitam tuam contulit et concessit, prout in patentibus litteris inde confectis, dicti magistri plumbea bulla munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, collationem et concessionem hujusmodi ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem defectum, si quis ex quacumque causa forsitan extitit, de apostolice plenitudine potestatis. Tenor vero litterarum ipsarum talis est: « Noverint universi, etc. (V. plus haut le texte, « n° 4800) ». Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam, Vasionensis diocesis, v kalendas octobris, pontificatus nostri anno v[1].

4909. — Octobre 1310.

Echange de biens entre Guillaume de S. Croix, chevalier, seigneur de Longepierre, frère d'Henri d'Antigny, seigneur de S. Croix, et Ithier de Nanteuil, grand-prieur de France. Le grand-prieur cède la moitié de plusieurs meix sis à S. Bonnet, à S. Eugène, à Bosjean et dans la forêt de la « Chaignaye ». Il reçoit en échange quatre-vingts journaux de terre en plusieurs pièces près de l'Hôpital de la Racineuse (de la Racenouse), les deux tiers des dîmes de Glairans (Glaairans), un bois « ad barram de Mervans » et la justice de la Racineuse.

Source : Mâcon, Arch. de Saône et Loire, ancien H. 465, n° 16 (orig.).

Datum .. anno Domini millesimo trecentesimo decimo, mense octobris.

4910. — 27 octobre 1310, Barcelone.

Jacques II, roi d'Aragon, mande à Guillaume de Moncada (de Montecathano), aux habitants de Fraga et au « suprajunctarius » d'Huesca de mettre fin aux querelles pendantes entre les habitants de Fraga et les hommes de Sigena à Candasnos (Campus Asinorum).

Source: Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 145, f. 177 (copie contemp.).

Datum Barchinone, vi kalendas novembris, anno Domini mcccx.

4911. — 5 décembre 1310.

Jacques de Danemark, commandeur d'Utrecht, et Gérard de Cologne, commandeur d'Arnheim, en échange de l'église de Spankeren avec droit de patronage, d'une

1. Même bulle aux évêques d'Agen et de Vaison, et à l'abbé de S. Sever (diocèse d'Aire).

maison au château de Nienbeck (qui prendra le nom d'Ile S. Jean) et d'une rente annuelle de cinquante livres, assise sur le moulin de l'Ile S. Jean, que Renaud I, comte de Gueldre, avait donnés à l'ordre, s'engagent à entretenir dans la maison de l'Ile S. Jean deux prêtres, appartenant à l'ordre, pour y célébrer l'office divin selon les intentions du comte.

SOURCE : Arnheim, Arch. de la prov. de Gueldre, fonds S. Jan, n° 9 A (orig. scellé)[1].

Universis, quibus presentis scripti tenor oblatus fuerit aut ostensus, frater Jacobus de Deynemarken, commendator sacre domus Hospitalis beati Johannis Jerosolimitani in Trajecto, et magister Gherardus de Colonia, commendator domus Hospitalis predicti in Arnhem, salutem in filio Virginis cum noticia veritatis. Noverint universi, tam presentes quam futuri, quod, cum illustris vir dominus Reynoldus, comes Ghelrie, ad honorem omnipotentis Dei, beate Marie Virginis, beati Johannis Baptiste et omnium sanctorum, pro anime sue et animarum predecessorum et successorum suorum remedio et salute, in meram elemosinam, pure et simpliciter propter Deum nobis contulerit jus patronatus ecclesie de Spankeren et ipsam ecclesiam cum omnibus suis attinentiis, et etiam mansionem in castro suo nunc dicto Nyenbeyke, quod de cetero Insula B. Johannis Baptiste nuncupabitur, et cum hoc etiam nobis contulerit quinquaginta librarum redditus annuatim, grosso regio Turonensi pro sedecim denariis computato, ex dicta Insula et molendino suo ibidem recipiendos, promittimus bona fide quod in dicta mansione ponemus et habebimus semper duos fratres nostri ordinis presbiteros, qui ibidem divina officia, prout dictus dominus comes ordinabit, secundum consuetudinem ordinis nostri celebrabunt et observabunt. Et si quid de redditibus ecclesie de Spankeren et L librarum predictarum, necnon de hiis que ibidem in elemosinam Dominus concesserit elargiri, salvis dictorum fratrum ibidem commorantium expensis, supermanserit, id ad meliorationem domus Insule predicte et ad ejusdem reddituum ampliationem exponetur, ut ibidem ad divini cultus augmentationem, redditibus dicte domus crescentibus, multiplicari valeat numerus sacerdotum, nec id alias aut ad aliquos alios usus nostri ordinis convertetur. Preterea volumus quod, si fratres ibidem pro tempore commorantes, vel aliquem eorum contingeret, quod absit, non esse ad voluntatem ipsius domini comitis vel heredum ejus, tunc illi vel ille, ad requisitionem domini comitis predicti vel ejusdem heredum, deberent aut deberet a loco illo per suum superiorem ammoveri, et loco ammotorum vel ammoti alii vel alius pro voluntate ipsius domini comitis vel heredum ejus restitui et remitti ; obligamus nos insuper per presentes quod bona quecunque, que amplius a data presentium curti nostre, que dicitur Vallis B. Johannis, advenerint vel donari contigerit, quoquomodo cedent et divertentur de cetero ad usus et ad meliorationem domus Insule B. Johannis predicte, nec ad aliquos alios usus nostri ordinis convertentur, curte Vallis B. Johannis predicta, cum fratribus et bonis suis que nunc habet, sub potestate commendatoris Hospitalis Trajectensis predicti, quicunque pro tempore fuerit, et dominio remanente. In qua curte quatuor fratres tantummodo, quorum unus adminus erit presbiter, reservabimus et ponemus, promittentes cum hoc bona fide quod quanto citius poterimus omnia premissa per bullam nostri superioris procurabimus confirmari. In cujus rei testimonium et evidentiam, nos frater Jacobus et magister Gherardus, commendatores predicti, sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum anno Domini MCCC decimo, in vigilia beati Nycholai episcopi.

1. Les deux sceaux subsistent : 1° sceau du commandeur d'Utrecht, ovale, très détérioré, portant deux figures de saints ; 2° sceau du commandeur d'Arnheim, ovale, portant au centre un vase de fleurs.

4912. — 11 décembre 1310, Alcira.

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne à son viguier de Tortose de veiller à ce que les Hospitaliers de Tortose entretiennent à Remolins le mur de la ville, qui est limitrophe de leurs jardins; faute d'entretien de ce mur, une partie de Tortose avait été inondée.

Source : Barcelone, Arch. de la cour. d'Aragon, reg. 145, f. 221 *b* (copie contemp.).

Datum Algezire, III idus decembris, anno Domini MCCCX.

SUPPLÉMENT

70.

La règle de Raymond du Puy ayant été confirmée et vidimée par le pape Boniface VIII, le 7 avril 1300 (Voir plus haut, III, nº 4496), le vidimus du texte latin, quoique en général un peu abrégé, contient quelques leçons meilleures que celles du texte que nous avons publié. Nous donnons ici les principales :

p. 63, 2ᵉ col., l. 34	*au lieu de* : quisquam	*lisez* :	cujusquam
35	*au lieu de* : doceat	*lisez* :	deceat
64, 2ᵉ col., l. 24	*au lieu de* : magistri	*lisez* :	magister
l. 45	*au lieu de* : fornicacionem	*lisez* :	lapsum carnis
66, 2ᵉ col., l. 6	*après* : commissos	*ajoutez* :	pro aliquo facinore
l. 37	*après* : procurationem	*ajoutez* :	in obedientia
67, 2ᵉ col., l. 1	*au lieu de* : uti ut supra scripsimus	*lisez* :	ut supra diximus
l. 4	*après* : precipimus	*ajoutez* :	et ex imperio imponimus
l. 6	*après* : magister	*ajoutez* :	et Hospitalis.
l. 19	*après* : personam	*ajoutez* :	venientes rebellando
l. 20	*au lieu de* : cum	*lisez* :	eos

98 *bis*. — 8 février 1133[1].

Extraits du testament d'Armengaud VI, comte d'Urgel, relatifs aux Hospitaliers et aux Templiers.

SOURCE : Barcelone, collect. Miret y Sans (copie, début XIVᵉ s.). — TEXTE : Miret y Sans, *Investigacion historica sobre el vizcondado de Castellbó* (Barcelone, 1900), 368.

..... Dimito Hospitalis de Iherusalem in omnibus castellis meis in singulis unum hominem de melioribus. Dimito ad ipsam Cavalleriam de Iherusalem, ubicumque moriar, totum meum meliorem guarnimentum, cavallum scilicet atque armas. Item dimito ipsi Cavallerie ipsum dominium meum de Calcinas, et ipsum decimum meum quod habeo in Guardia, et redimat illud de C solidos..... Facta est scriptura presentis testamenti anno ab incarnacionis domini nostri Ihesu Christi MCXXXII, VI idus febroarii, regnante Ludovico rege anno regni sui XXII[2]. Sig(*Croix*)num Ermengaudi, Dei gracia Urgellensis comitis et marchionis, qui presens testa-

1. Villanueva, dans ses *Memorias de los condes de Urgell* (*Viage literario a las iglesias de España*, XI, 42), a connu cet acte et l'a correctement daté ; M. Miret y Sans (*loc. cit.*, 129) le place à tort en 1132.

2. Il y a ici une erreur évidente dans le calcul des années du règne de Louis VI.

mentum scribi jussi, et scriptum propria manu firmavi, et subscriptis testibus firmare rogavi. Sig(*Croix*)num Arnaldi, comitis Palariensis. Sig(*Croix*)num domini Petri, Urgellensis episcopi. Sig(*Croix*)num Arnaldi Berengarii de Anglerola. Sig(*Croix*)num Berengarii Aroilli de Anglerola. Sig(*Croix*)num Raimundi Arnaldi. Arnaldi, fratris ejus. Sig(*Croix*)num Gauceran de Pinos. Sig(*Croix*)num Bernardi de Taus. Sig(*Croix*)num Kalol. Sig(*Croix*)num Raimundi Bernardi de Sero. Sig(*Croix*)num Poncium Bernardi, fratris ejus. Sig(*Croix*)num Raimundi Arnaldi de Rialb. Sig(*Croix*)num Arnalli de Pons. Sig(*Croix*)num Borballi, sacriste sedis. Sig(*Croix*)num Bernardi Petri de Alentorn. Sig(*Croix*)num Arnalli de Sanaugia. Gueraldus, divina .... Urgellensis archidiaconus, die et anno quo supra scripsit, sig(*Croix*)numque hujus .. inpressi[t]. .. Sig(*Croix*)num G. Rubei, notarii sedis Urgellensis, qui hec translatum scripsit.

128 *bis.* — 13 février 1139-43, Latran.

Le pape Innocent II donne la bulle: « *Quam amabilis Deo* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 130.)

Sources : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1124, pars II, 244, n° 65 (analyse, XVIII° s., d'après la bulle orig., auj. perdue, d'Innocent II et le bullaire E., f. 15, auj. perdu., des Arch. de Malte); Palerme, Bibl. comm., ms. Qq. H. 12, f. 67 (copie d'A. Amico, XVII° s.) et f. 321 (copie, XVIII° s.). — Texte : Kehr, *Papsturkunden in Sizilien*, dans *Nachrichten der k. Gesellschaft der Wissensch. zu Göttingen, philol.-histor. Klasse*, 1899, p. 311.

Dat. Laterani, idibus februarii.

140 *bis.* — 13 mai 1141.

Extraits du testament de Pierre, vicomte de Castellbó, relatifs aux Hospitaliers et aux Templiers.

Source : Seo d'Urgel, Arch. episcop., parch. 234 (orig.). — Texte : Miret y Sans, *Investigacion historica sobre el vizcondado de Castellbó*, 372 (avec reproduction photographique).

..... alodium quod habeo a Merengs dimito ad Hospicium de Iherusalem et ad Cavalaria Templi Domini per mediatem. .. Actum est hoc testamentum III idus madii, anno CXLI post M ab incarnacione Domini, anno V[1] regnante rege Ludovicos.....[2].

158 *bis.* — 24 mars [1144], Latran.

« *Lucius II*[3] ... *bulla* ... *de septima parte penitentie injuncte et de diversis privilegiis* ». (*V. plus haut*, I, *n*° 130.)

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1119 (bull. C), f. 6 (analyse, XVI° s.). —

1. Il y a ici une erreur, la 5° année du règne de Louis VII à partir de la mort de Louis VI (1 avril 1137) ne commençant qu'en août 1141.

2. L'acte se termine par l'énumération des témoins.

3. Cette bulle, assignée par le rédacteur de l'analyse au pape Lucius III, ne saurait être attribuée à ce

Analyse : Kehr, *Papsturkunden in Malta*, dans *Nachrichten der k. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen, philolog.-histor. Klasse*, 1899, p. 388.

Dat. Laterani, ix kal. aprilis, [pontificatus nostri anno ....][1].

193.

Cette bulle peut être datée plus exactement du 15 *juillet* 1151-1152, *l'année* 1152 *semblant être la date certaine. Elle doit donc prendre sa place sous le n°* **202** *bis.*

202 *bis.*

Il convient de placer ici le n° **193**, *et d'ajouter aux sources l'indication suivante :*

Analyse : Paris, Bibl. nat., lat. 13824, f. 11 *b* (xvie s.).

294 *bis*[2]. — 6 août 1160-1, 1173-4 ou 1176, Anagni.

« *Alexander III mandat observari quasdam treugas et impositiones, ab archie-* « *piscopo Narbonensi, de consilio et assensu comitum Tholosani et Rutenensis, vice-* « *comitis Biterrensis et aliorum principum, in favorem Hospitalis Hierosolymitani* « *factas, inter quas est prestatio annualiter fratribus ipsis facienda de uno sextario* « *frumenti pro unoquoque aratro, sub pena anathematis dictarum treugarum viola-* « *toribus dictasque prestationes impedientibus aut aliter contradicentibus. — Sicut* « *sacra* ».

Source : Malte, Arch. de l'ordre, div. VII, vol. 1124, pars i, p. 10, n° 32 (analyse, xviiie s., d'après la bulle orig. d'Alexandre III, n° 43, auj. perdue, des Arch. de Malte). — Analyse : Kehr, *Papsturkunden in Malta*, dans *Nachrichten der k. Gesellschaft der Wissensch. zu Göttingen, philolog.-histor. Klasse*, 1899, p. 392.

Dat. Anagnie, viii idus augusti.

297 *bis.* — 1 décembre 1161, Terracine.

Le pape Alexandre III confirme à Gautier, grand-prieur d'Angleterre, la possession de S. Croix de Winchester.

Analyse : Londres, Musée Britannique, fonds de Harley, ms. 1616, f. 2 (fin xive s.).

« M[ement]o quod Alexander papa tercius confirmavit domum S. Crucis extra

pontife. Kehr la restitue à Lucius III. C'est une répétition de la bulle d'Innocent II : « Quam amabilis Deo ». (V. plus haut, I, n° 130.)

1. Les mots imprimés entre crochets sont une addition due au rédacteur de l'analyse.

2. Il se peut que cette bulle ait été rendue en faveur des Hospitaliers, mais il y a les plus grandes chances pour qu'elle concerne les Templiers et qu'on soit en présence d'une erreur du rédacteur de l'analyse. Nous savons, en effet, qu'Alexandre III promulgua, le 3 juin

« Wynton, fundatam per bone memorie Henricum, episcopum Wyntonensem[1], « Waltero, priori Jerosolimitani Hospitalis in Anglia, prout Innocencius, Lucius, « Eugenius et Adrianus confirmaverunt. Et bulla confirmacionis dicti Alexandri est « de data : « Terracine, kalendis decembris », ac predicta tamen bulla non ponitur « annus pape nec annus domini nostri Jhesu Christi ».

297 *ter.* — [Vers 1162-1179][2].

Le prieur de Dunstaple propose à Raoul de Dina, prieur de l'Hôpital en Angleterre, de ratifier l'accord intervenu entre lui et les Hopitaliers au sujet des églises de Marston et d'Eversolt.

Sources : Windsor, Arch. capit. du collège, XV, 7, 2 (orig.)[3]; Oxford, Bibl. Bodléienne, ms. Ashmole, n° 1125, f. 4 *b* (copie d'Ashmole, XVIIe s.).

C[onrad], prévôt de la cathédrale de Spire, et E[ckhard], chanoine de Spire, juges délégués par le S. Siège, confirment la sentence arbitrale rendue par maître C[onrad] de Marbourg, prédicateur, qui rejette les prétentions de l'ordre de l'Hôpital, représenté par Conrad de Heimbach, précepteur de l'Hôpital en Allemagne, contre l'Hôpital S. François de Marbourg.

Source : Marbourg, Arch. roy., Ordre Teutonique (orig. scellé)[2]. — Texte : A. Wyss, *Hessisches Urkundenbuch,* I (Leipzig, 1879), 23 (tome 3 des publ. des Arch. roy. d'état de Prusse).

Acta sunt hec anno Domini MCCXXXII, die secundo intrante augusto.

1. Il régna de 1166 à 1189.
2. Parmi les neuf sceaux appendus à cet acte figure celui de Conrad de Heimbach. Il est rond, représentant une tête de saint Jean-Baptiste avec la légende : ✠ CVRAD'. MAGIST'. DE. HEIENBA. Il a été reproduit par Wyss, *Hessisches Urkundenbuch,* pl. n° 2.

2046 *bis*. — [3-30] avril 1233, Corbeil[1].

Maître Robert de Villeneuve le Roi, chefecier de l'église N.-D. de Corbeil, termine par un arbitrage la contestation soulevée entre l'abbaye de S. Victor de Paris, le prieuré de S. Jean en l'Ile de Corbeil, l'abbaye de S. Antoine de Paris et les habitants du Vieux Corbeil, relativement aux dîmes des terres et vignes d'Etiolles et du Vieux Corbeil, dont il règle la perception.

Source : Paris, Arch. nat., LL. 1450 (cartul. de S. Victor), f. 198 *b* (copie, xiii[e] s.).

Actum apud Corbolium, anno Domini mccxxxiii, mense aprili[2].

2119 *bis*. — 13 août 1235, Pérouse.

Le pape Grégoire IX mande à l'évêque de Viterbe-Toscanella de défendre aux Templiers, Hospitaliers et autres religieux de son diocèse d'accorder la sépulture ecclésiastique aux personnes hérétiques ou suspectes d'hérésie et aux usuriers. — « Hinc est quod ».

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 18, f. 61 (copie contemp.). — Texte : L. Auvray, *Reg. de Grég. IX*, II, col. 139, n° 2728.

Dat. Perusii, idibus augusti, [pontificatus nostri] anno ix.

2195 *bis*. — 1 avril 1238, Marseille.

Pons de Bauduel (de Boudolio) et Raymond Bouquier (Boquerius) reconnaissent avoir reçu de Jean de Manduel (de Mandolio)[3] une commande de quatre-vingt et une livres quatorze sous de royaux coronats, employés en deux balles de canevas, trois besants et seize carats de besants d'Acre nets de droits, qu'ils étaient chargés de porter en Syrie sur le Faucon, navire de l'Hôpital, et de faire valoir au mieux des intérêts communs.

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rhône, B. 1509, n° 80 (copie notariée). — Texte : L. Blancard, *Doc. inédits sur le commerce de Marseille au moyen âge*, I (Marseille, 1884), 120.

..... Anno incarnationis ejusdem mccxxxviii, indictione ii, kalendis aprilis..... Actum fuit hoc ante domum quondam Guillelmi Aicardi.....

2276 *bis*. — 28 juin 1241, Ludgershall.

Henri III, roi d'Angleterre, prie André Polin, grand-prieur de France, de se

1. Cet acte, rédigé suivant le style de pâques, pourrait être attribué également à l'année 1234 (1-22 avril); mais comme il fut confirmé en juin et août 1233, l'année 1234 doit être écartée.

2. Cet arbitrage fut ratifié par Guillaume d'Auvergne, évêque de Paris, le 4 juin 1233, et par Gérard, prieur de l'Hôpital de Corbeil, en août 1233. (Paris, Arch. nat., LL. 1450, f. 198 *b* et 199.)

3. Les Manduel étaient des commerçants et banquiers de Marseille au xiii[e] siècle.

substituer au maître du Temple en France, au cas où ce dernier ne pourrait effectuer un paiement de quatre cents livres Sterling, dues par le roi à Gaucher de Châtillon.

Source : Londres, Record office, anc. corresp., II, 74 (orig.).

H[enricus], Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitanie et comes Andegavensis, dilecto sibi in Christo fratri .., priori Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Francia, salutem. Dilectum nobis in Christo fratrem .., magistrum milicie Templi in Francia, rogamus nostris patentibus litteris ut domino Gualchero de Chastilone sine dilatione habere faciat quadringentas libras Sterlingorum, et nos eidem magistro solvi faciemus annuatim centum libras Sterlingorum donec ei de ipsis quadringentis libris fuerit plenarie satisfactum. Quia vero de voluntate predicti magistri nobis in hac parte non constat, et nollemus quod dictus Gualcherus pro defectu prefate pecunie dampnum incurreret, dilectionem vestram attente precamur quatinus, si predictus magister prefatas quadringentas libras memorato Gualchero habere non fecerit, vos ei ipsas sine dilatione habere faciatis, sicut nos diligitis; et nos solvemus vobis singulis annis centum libras Sterlingorum quousque dicte quadringente libre vobis plenarie sint solute, sicut predictum est. Tantum itaque super predicto negocio faciatis quod penes vos saltem preces nostre efficaciam habeant, et quod nos debeamus alias in vestris negociis cum uberrimis gratiarum accionibus favorabiliter exaudire. In cujus rei testimonium, has litteras nostras vobis mittimus patentes. Teste me ipso, apud Lutegareshale, xxviii die junii, anno regni nostri xx[v].

2281 *bis*. — [1242-1272][1].

Extraits des statuts synodaux de Nîmes concernant les Templiers et les Hospitaliers.

Source : Avignon, Bibl. publ., ms. 2599, f. 47 *b* (copie, xive s.). — Texte : Martène, *Thes. novus anecd.*, IV, col. 1060.

xiii..... Quod si Templarii vel Hospitalarii, vel alii regulares quicunque et exempti excommunicatos vel nominatum interdictos recipere presumpserint ad divina vel ad ecclesiasticam sepulturam, aut celebrare in ecclesia antedicta ultra dictam penam, ecclesie, in quibus presumpserint, subjiciantur interdicto, salvis privilegiis Hospitalariorum, quibus a sede apostolica est indultum ut semel in anno ad ecclesiastica officia admittantur in ecclesia interdicta, ita tamen quod tunc sepeliantur ibi corpora defunctorum, sicut hec omnia in Lateranensi concilio et in decreto Alexandri pape III continentur. Illi autem qui scienter in ecclesiis interdictis presumunt divina officia celebrare ab officiis suis et beneficiis ecclesiasticis sint suspendendi.

2289 *bis*. — 16 août 1242, Marseille.

Guillaume de Paris donne reçu à Jean de Manduel (de Mandolio)[2] *de quarante*

1. Cette approximation est donnée par le fait que Raymond II Amalric, évêque de Nîmes (1242-1272), est mentionné comme ayant chargé Pierre de Sampson de l'élaboration des statuts synodaux de Nîmes. Mais il semble que, d'après les quelques renseignements qu'on a sur Pierre de Sampson, la confection de ces statuts doive plutôt se placer vers la fin de l'épiscopat de Raymond II Amalric, entre 1260 environ et 1272. (*Hist. litt. de la France,* XXI (Paris, 1847), 232.)

2. V. plus haut, p. 279, note 3.

livres de royaux coronats, employées en cent soixante besants d'Acre, qu'il était chargé de porter en Syrie sur le S. Jean, navire de l'Hôpital, et de faire valoir au mieux de ses intérêts et de ceux du prêteur.

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rhône, B. 1510, n° 94 (copie notariée contemp.). — Texte : L. Blancard, *Doc. inédits sur le commerce de Marseille au moyen âge*, I, 153.

.... Anno incarnationis ejusdem MCCXLII, indictione XV, XVII kalendas septembris... Actum est hoc in domo Petri de Sallono, in qua moratur Januarius notarius[1].

2300 *bis.* — 19 août 1243, Marseille.

Jean de Manduęl (de Mandolio) donne procuration à Pons de Bauduel (de Baudolio) pour liquider une commande de cent soixante besants d'Acre, confiée à Guillaume de Paris, qui devait la porter en Syrie sur le S. Jean, navire de l'Hôpital. (V. plus haut, n° 2889 bis.)

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rhône, B. 1510, n° 96 (orig. notarié). — Texte : L. Blancard, *Doc. inédits sur le commerce de Marseille au moyen âge*, I, 155.

.... Anno incarnationis ejusdem MCCXLIII, indictione I, XIIII kalendas septembris... Actum est hoc in domo Petri de Sallono, in qua moratur Januarius notarius[2].

2330 *bis.* — 27 août 1244, Marseille.

Jacques Bénet (Benedictus) reconnaît avoir reçu de Jean de Manduel en commande du drap pour une valeur de vingt-six livres de royaux coronats, et deux cent soixante-dix-sept besants et demi Sarrazinas d'Acre, valant soixante-quatorze livres, qu'il était chargé de porter à Acre sur la Griffonne, navire de l'Hôpital, et de faire valoir au mieux de ses intérêts et de ceux du commanditaire.

Source : Marseille, Arch. des B.-du-Rhône, B. 1511, n° 101 (orig. notarié). — Texte : L. Blancard, *Doc. inédits sur le commerce de Marseille au moyen âge*, I, 162.

.... Anno incarnationis ejusdem MCCXLIIII, indictione II, VI kalendas septembris... Actum fuit hoc in domo quondam Gillelmi Aicardi.

2372 *bis.* — 7 juillet 1245, Le Déluge.

Thierry de Nussa, grand-prieur d'Angleterre, ratifie la convention intervenue entre les Hospitaliers du Déluge et l'abbaye de S. Magloire de Paris relativement à des dîmes au Déluge.

Source : Paris, Arch. nat., S. 1160, n° 14 (vidimus du prévôt de Paris, du 8 juillet 1347).

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, frater Terricus

1-2. On a des actes de ce notaire marseillais de 1210 à 1243.

de Nussa, fratrum Hospitalis Jerusalem prior humilis in Anglia, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos, inspecta et intellecta composicione inter viros religiosos abbatem et conventum S. Maglorii Parisiensis, ex parte una, et dilectos nostros fratrem Guillelmum de Uptona, capellanum, magistrum nostre domus de Dilugio, et fratres ejusdem domus, ex altera, inita super omnibus decimis quas habebant et habere consueverant dicti abbas et conventus apud Diluvium, apud Pampuce et apud Marinas, dictis magistro et fratribus de Diluvio ad perpetuam admodiacionem datis et concessis pro viginti novem sextariis bladi, videlicet decem et septem sextariis hibernagii et duodecim sextariis avene ad mensuram de Briis, dictis abbati et conventui S. Maglorii ab eisdem fratribus nostris Diluvii singulis anni[s] in grangia sua decimaria de Briis solvendis, secundum formam et tenorem scriptorum inter ipsos super composicione predicta mutuo confectorum, nos, ipsam composicionem, de assensu et voluntate fratrum nostrorum nobiscum apud Diluvium existencium, approbantes et ratam habentes, eamdem presentis scripti tenore confirmamus. In cujus rei testimonium et memoriam, presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Actum in domo nostra Dilugii, anno gratie MCCXL quinto, mensis julii die septimo; presentibus et consentientibus fratre Johanne de Vallibus, fratre Thoma de Alneto, fratre Eustachio de Rochefort, fratre Henrico de Codeham, fratre Johanne Taillepast; domino Roberto d'Ottune; Roberto, cappellanis (*sic*) de Marcocys; Richardo Giffart, clerico, et pluribus aliis ad hoc testificandum evocatis.

2465 *bis*. — 25 mars 1248, Marseille.

Giraud de Casaulx (de Casalibus) donne procuration à Bernard Esquirol (Scurolus) et à Thomas Gras pour poursuivre la restitution d'une commande de trois cents livres de safran, faite à Marseille à Elie Audibert (Audebertus), et destinée à être portée en Syrie sur la Griffonne, [navire de l'Hôpital].

SOURCE : Marseille, Arch. munic., II., reg. du notaire Amalric, f. 24 *b*, n° 178 (notule orig.). — TEXTE : L. Blancard, *Doc. inéd. sur le commerce de Marseille au moyen âge,* I, 338.

Eodem die et loco [anno MCCXLVIII, indiccione VI, VII kalendas aprilis. .. Actum Massilie, juxta tabulas campsorum].

2466 *bis*. — 1 avril 1248, Marseille.

Guillaume Odet, commandeur de la Comtesse, navire de l'Hôpital, et Pons de Caunes, frère de l'Hôpital, son compagnon, agissant au nom de l'ordre, font à Guidalotto Guidi, Barthélemy Aldobrandini de Sienne et Cie une lettre de change de cinq cents livres de monnaie mêlée, payable en quatre cents livres Tournois à Marseille, le 1 août 1248. Cette somme était destinée à réparer le navire. Ils hypothèquent le navire en garantie de la somme prêtée, et s'engagent à ne quitter le port de Marseille qu'après avoir acquitté la lettre de change.

SOURCE : Marseille, Arch. munic., II., reg. du notaire Amalric, f. 46 (notule orig.). — TEXTE : L. Blancard, *Doc. inéd. sur le commerce de Marseille au moyen âge,* I, 403.

Eodem die [kalendas aprilis, MCCXLVIII]. Ego frater W[illelmus] Odetus, pre-

ceptor navis Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani que dicitur Contessa, et ego frater Poncius de Caunis, socius ejusdem W[illelmi] Odeti, fratres domus predicti Hospitalis, ambo confitemur et recognoscimus vobis Guidaleto Guidi et Bartolomeo Aldebrandini de Sena, stipulantibus et recipientibus nomine vestro et conpanhie vestre, nos habuisse et recepisse nomine dicte domus et pro ea, ex causa permutacionis seu cambii, a vobis, pro aptanda et reficienda dicta nave, D libras monete miscue modo curribilis in Massilia, renuncians inde exceptioni non numerate et non tradite nobis pecunie; pro quibus D libris promitimus vobis per stipulacionem, nomine dicte domus Hospitalis et pro ea, vobis dare et solvere infra Massiliam CCCC libras Turonensium prima die mensis augusti proxime venturi, et, si a dicto termino in antea aliquos sumptus, vel expensas, vel dampna, vel gravamina vos vel vestri faceritis vel incurreretis litigando inde in jure vel extra, totum illud promictimus vobis et vestris, nomine dicte domus Hospitalis et pro ea, in solidum ressarcire, et de sumptibus et dampnis et gravaminibus promitimus vobis et vestris credere vestro solo sacramento absque testibus et alia probacione; obligantes inde vobis et vestris pro omnibus predictis, nomine dicte domus et pro ea, dictam navem cum omni sarcia et apparatu suo; promictentes vobis per stipulacionem dictam navem non extrahere de portu Massilie donec vobis satisfactum fuerit plenarie de omnibus supradictis; renunciantes inde induciis XX dierum et IIII mensium, et omni alii dilacioni et juri et excepcioni per que contra predicta venire possemus. Actum Massilie, in domo Hospitalis Jherosolimitani. Testes: frater W[illelmus] de Garda; frater Robertus de Gloucester, preceptor navis Hospitalis que dicitur Falconus; Bernardus Boniaudus; Jacobus Tresmesallas; Petrus Morerii; Poncius Gauterius. Factum fuit, etc.

2466 *ter.* — 1 avril 1248, Marseille.

Robert de Glocester, commandeur du Faucon, navire de l'Hôpital, agissant au nom de l'ordre, fait aux mêmes une lettre de change de cinq cents livres de monnaie mêlée, dans les mêmes termes que la lettre de change précédente, cette somme étant destinée à réparer le navire. (*V. plus haut, n°* 2466 bis.)

Source: Marseille, Arch. munic., II., reg. du notaire Amalric, f. 46, n° 345 (notule orig.). — Texte: L. Blancard, *Doc. inéd. sur le commerce de Marseille au moyen âge*, I, 405.

Eodem die [kalendas aprilis, MCCXLVIII] et in eadem domo [Hospitalis Jherosolimitani Massilie]. .. Testes: suprascripti proxime, et frater W[illelmus] Odetus, et frater Poncius de Caunis. Factum fuit, etc.

2467 *bis.* — 7 avril 1248, Marseille.

Frère Bertrand de la Coste, compagnon de Pons Fouque, commandeur du navire de l'Hôpital la Griffonne, fait, en son nom et en celui de Pierre Fouque, à Bruneto Turpini, à Rénier Rollandi et à Bonaventure Martini de Sienne une lettre de change de cinq cents livres de monnaie mêlée, payable en quatre cents livres de Tournois au 15 août suivant, avec hypothèque sur le navire, l'armement, le gréement et le nolis de celui-ci.

Source: Marseille, Arch. munic., II., reg. du notaire Amalric, f. 54, n° 396 (notule orig.). —

Texte : L. Blancard, *Doc. inéd. sur le commerce de Marseille au moyen âge*, II (Marseille, 1885), 19.

vii idus aprilis. Ego frater Bertrandus de Costa, consocius fratris Poncii Fulconis, preceptoris navis Hospitalis Jherosolimitani que dicitur Grifona, gerens vices dicti preceptoris in hac parte, confiteor et recognosco vobis Bruneto Turpini et Rainerio Rollandi et Boneventure Martini, Senensibus, me habuisse et recepisse, nomine dicti preceptoris dicte navis et nomine dicte domus Hospitalis, ex causa permutationis seu cambii, a vobis, tradentibus pro vobis et consociis vestris, D libras monete miscue modo curribilis in Massilia, renuncians, etc.; pro quibus D libris monete miscue promicto vobis per stipulacionem vobis dare et solvere, vel consociis vestris et utrique cui mandaveritis, CCCC libras Turonensium in festo assumtionis beate Marie mensis medii augusti proxime venturi, et, si a dicto termino in antea aliquos sumptus, vel expensas, vel dampna, vel gravamina vos vel vestri faceretis vel incurreretis pro petendo debito supradicto, totum illud promito vobis et vestris et utrique vestrum in solidum, ressarcire, credendo, etc.; obligans inde vobis et vestris, pro dictis CCCC libris Turonensium et pro aliis supradictis, dictam navem que dicitur Grifona, cum omni sarcia et apparatu suo et naulo percipiendo; promitens vobis per stipulacionem me effecturum et curaturum quod dictus frater Poncius Fulco rata habebit omnia supradicta, et quod contra non veniet. Actum Massilie, in domo dicti Hospitalis Jherosolimitani. Testes: frater Berengarius, tesaurarius dicte domus; frater Robertus de Glaucester, preceptor navis Falconis; frater W[illelmus] Odetus, preceptor navis que dicitur Contessa; Bertrandus Augerius; frater Poncius de Caunis. Factum fuit, etc.

2467 *ter*. — 17 avril 1248, Marseille.

Guillaume Aubin, R. Auriol, Ulrich Naulasque, Etienne Imbert et Rolland Barrillier nolisent leur navire la Bonaventure à Fouchier Guérin, chevalier de Guy VI, comte de Forez, et à Guillaume Lombard, frère de l'Hôpital, pour le transport à Chypre du comte de Forez et de la suite de celui-ci.

Source : Marseille, Arch. munic., II., reg. du notaire Amalric, f. 75, n° 549 (notule orig.). — Texte : L. Blancard, *Doc. inéd. sur le commerce de Marseille au moyen âge*, II, 90.

xv kalendas madii. Nos W[illelmus] Albinus et R. Aurioli et Olricus Naulasque et Stephanus Imberti et Rollandus Barrilarius, bona fide et sine omni dolo, locamus seu nauleiamus tibi domino Feucherio Guarino, militi domini Guidonis, Dei gracia comitis Forensis, et tibi fratri W[illelmo] Lumbardo, fratri domus Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani, quos confitemur esse procuratores in hac parte domini comitis supradicti, stipulantibus et recipientibus procuratorio nomine pro dicto comite, quandam navem nostram novam, que est adhuc in scare navium Massilie, que dicitur Bonaventura; hanc autem navem, cum omni sarcia et apparatu suo, locamus seu nauleiamus vobis ad scare factum et per vos dicto domino comiti, ad navigandum de Massilia apud Ciprum vel alibi ubicunque dominus rex Francie et alii barones applicare voluerint ultra mare, in passagio sancti Johannis Babtiste proxime venturo, precio seu naulo DCCCCLXXV marcharum Sterlincorum bonorum et legalium, ad racionem XIII solidorum et IIII denariorum pro singulis marchis, promittentes vobis per stipulacionem dictam navem habere munitam et paratam de omni sarcia et apparatu suo ad dictum viagium faciendum hinc ad festum predictum sancti Johannis proxime venturum, et habere in dicta nave V vela cotoni

bonas et novas, scilicet I velum ad artimonum et I ad arborem de medio et I terssairolum de proa et II velonos, et duas arbores predictas, artimonum scilicet et arborem de medio, bonas et sanas et fornitas de omni sarcia pertinente et sufficientia, et XVI ancoras; item XX gumenas novas; item XX gropiales de XXX passis utrumque eorum; item unam peciam supercham de amanto; item unam ostam sopercham de artimono; item establarias fornitas de restibus et de aliis ad LX equos, et, si plus erunt, ad plus; item botas et aquam, ad equos et ad personas que in dicta nave erunt in dicto passagio sufficienter; item XLI marinarios, et, si plus necessarii essent in dicta nave, illud plus esset ad cognicionem dicti fratris W[illelmi] et W[illelmi] Albini; item promictimus vobis facere estivare et collocare in dicta nave vinum et cibos et alias res que vehentur in dicta nave, et pro predictis omnibus obligamus vobis omnia bona nostra presencia et futura; renunciantes inde excepcioni doli et condicioni sine causa, et omni alii dilacioni et juri, et excepcioni per que contra predicta venire possemus. Et nos predicti Foucherius Garrinus et frater W[illelmus] Lumbardi, predicti, dicta pacta et convenciones, prout superius dictum est, admitentes, procuratorio nomine pro dicto domino et tanquam principales persone pro nobis in solidum, promictimus vobis predictis dominis dicte navis dare et solvere vobis, pro loquerio seu naulo dicte navis, dictas DCCCCLXXV marchas Sterlincorum, prout superius dictum est, per terminos infrascriptos, scilicet hinc ad diem jovis proxime venturam CCC marchas, et residuas DCLXXV marchas antequam dicta navis ducatur ad insulam Massilie; obligantes inde vobis, procuratorio nomine pro dicto comiti, omnia bona dicti domini comitis et nostra presentia et futura, tanquam principales persone, uterque nostrum in solidum; renunciantes excepcioni doli et condicioni sine causa et nove costitutionis beneficio « de duobus reis ». Actum Massilie, in domo Hospitalis sancti Johannis, in tesauraria. Testes : Raimundus de Girona; Imbertus de Maschone; Marcellus de Montebrisono; frater Bernardus de Costa; frater W[illelmus] Odetus; frater Roberti; frater Poncius de Caunis. Factum fuit inde unum instrumentum dicto Fulcherio, item aliud dominis dicte navis.

2481 *bis.* — 23 juillet 1248, Marseille.

Robert de Glocester, commandeur du Faucon, navire de l'Hôpital, et Jacques Ciboule, frère de l'Hôpital, compagnon de Robert de Glocester, empruntent à Guidalotto Guidi, Barthélemy Aldobrandini et Cie de Sienne six cents livres de monnaie mêlée, remboursables le 1 août en quatre cent quatre-vingts livres Tournois, pour armer le navire, avec affectation de celui-ci comme garantie du remboursement de la somme empruntée.

Source : Marseille, Arch. munic., II., reg. du notaire Amalric, f. 145 *b*, n° 1003 (notule orig.). — Texte : L. Blancard, *Doc. inéd. sur le comm. de Marseille au moyen âge*, II, 295.

X kalendas augusti. Ego frater Robertus de Gloucestre, preceptor navis Hospitalis Jherosolimitani que dicitur Falconus, et ego frater Jacobus Cebolla, consocius dicti fratris Roberti, confitemur et recognoscimus vobis Guidaloto Guidi et Bartolomeo Aldebrandini de Sena, stipulantibus et recipientibus nomine vestro et conpanhie vestre, habuisse et recepisse, nomine dicte domus et pro ea, scilicet pro aptanda dicta nave et pro emenda sarcia et apparatu ejusdem navis in medio mense madii proxime preterito, et pro negociis aliis dicte navis faciendis, DC libras

monete miscue modo curribilis in Massilia, renuncians, etc.; pro quibus DC libris dicte monete promitto tibi per stipulacionem dare et solvere vobis CCCCLXXX libras Turonensium in prima die mensis augusti proxime venturi, et omnes expensas et dampna et interesse, que pro dicto debito petendo etc., promitto vobis per stipulacionem, etc., credendo, etc., et pro predictis CCCCLXXX libris Turonensium in dicto termino solvendis, et pro omnibus predictis, obligo et trado vobis in pignore dictam navem que dicitur Falconus, cum omni sarcia et apparatu suo, promittens vobis per stipulacionem dictam navem non extrahere de portu Massilie donec vobis de predictis sit plenarie satisfactum. Actum Massilie, in domo Hospitalis Jherosolimitani. Testes: frater Berengarius, prior dicte domus; frater W[illelmus] Odetus; frater Rostagnus Rufus; Stephanus Amatus; Bernardus Boniaudus; Bertolomeus Lumbardus. Factum fuit, etc.

2485 *bis.* — 3 octobre 1248, Lyon.

Le pape Innocent IV renouvelle la bulle d'Alexandre III, du 26 *août* 1180: « *Si discrimina que* ». (*V. plus haut,* I, *n°* 590.)

SOURCE: Poszony, Arch. du chap., capsa Cruciferorum 1, fasc. 1, n° 6 (orig. bullé). — TEXTE: F. Knauz, *Monum. ecclesiæ Strigoniensis,* I (Gran, 1874), 378.

Dat. Lugduni, v nonas octobris, pontificatus nostri anno VI.

2594 *bis.* — 4 avril 1252, Valence.

Jacques I, roi d'Aragon, et Pierre d'Alcala, châtelain d'Amposte, règlent pour les colons de Cullera le droit de pacage sur les terres dépendant de ce territoire.

SOURCE: Madrid, Bibl. de l'académie de l'Histoire, ms. I. 10, f. 4 *b* (copie, fin XVe s.).

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, et nos frater Petrus de Alcalano, castellanus Emposte, per nos et nostros damus et assignamus vobis populatoribus de Cullaria et vestris imperpetuum medium millanarium boalarii in termino de Cullaria, extra terram que vobis fuit soguerata(?) pro vestris jovatis, in quo boalario totum bestiarium de Cullaria et omnium alqueriarum et terminum ejusdem pascat libere et franche et sine omni servicio et quelibet alia exactione et demanda et servitute. Et aliquod bestiarium aliorum hominum qui non sint populatores de Cullaria et sui termini non pascat in dicto boalario sine voluntate vestra. Dat. Valencie, secundo (??) nonas aprilis, anno Domini MCC quincagesimo secundo. Signum ✝ Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani. Testes sunt: Uguetus de Cervilione et Eximinus Petri; Egidius de Rada; G[uillelm]us de Aquilione; Franciscus Garçes de Roda. Sig✝num Petri Andree, qui, mandato domini regis, et frater Petrus de Alcanano, castellanus, hec scribi fecit, loco, die et anno prefixis.

2809 *bis.* — 13 avril 1256, Latran.

Il convient d'ajouter aux sources de cette bulle une analyse conservée aux Archives de Malte (div. VII, *vol.* 1124, *pars* I, *p.* 4, *n°* 2, *analyse du* XVIIIe *s., d'après la bulle originale n°* 26, *auj. perdue, des mêmes Archives). Kehr, dans une étude sur les bulles pontificales de Malte* (Papsturkunden in Malta, *dans* Nachrichten der k. Gesellschaf der Wissench. zu Göttingen, philolog.-histor. Klasse, 1899, *p.* 397) *s'est efforcé de l'attribuer à Alexandre III, c'est-à-dire au* 13 *avril* 1166-7 *ou* 1178-9; *mais, pour arriver à ce résultat, il a dû admettre que la date donnée par le rédacteur de cette analyse « Dat. Laterani, idibus aprilis* [1161, *pontificatus sui anno secundo*] » *était erronée, et il a fait porter l'erreur sur les mots ajoutés par le rédacteur du* XVIIIe *siècle, et imprimés entre crochets. Il me semble hors de doute, puisque erreur il y a, que l'erreur se restreint à la date d'année «* 1161 ». *L'unanimité des nombreuses sources qui placent cette bulle au* 13 *avril* 1256 *est un argument péremptoire pour rejeter l'hypothèse de Kehr.*

2844 *bis.* — 1257.

Eberhard et Conrad, échansons d'Erbach, certifient que Bernard Eisemann (Ysemann) a vendu au procureur des Hospitaliers de Mosbach le tiers de la grosse et menue dîme de Rehbach (Rebach).

TEXTE : D. Schneider, *Historie und Stamm-Tafel des Hoch-Gräflichen Hauses Erbach* (Francfort sur le Mein, 1736), Urkunden zum zweiten Satz, 11, n° IV.

Datum anno Domini MCCLVII.

2876 *bis.* — 31 mai 1257, Viterbe.

Le pape Alexandre IV charge le prieur des Frères Prêcheurs, le doyen et l'archidiacre de Waterford, à la requête de l'archevêque de Dublin, de révoquer les aliénations de biens faites au détriment de l'église de Dublin en faveur des Cisterciens, des Templiers, des Hospitaliers, des autres ordres religieux, des clercs séculiers ou des laïques.

SOURCE : Dublin, Arch. archiep., reg. « Crede mihi » (copie, vers 1275). — TEXTE : J. T. Gilbert, *Crede mihi* (Dublin, 1897), 18.

Alexander, etc., dilectis filiis .. priori fratrum Predicatorum, .. decano, et .. archidiacono Waterfordensi, salutem, etc. Venerabilis .. Dublunensis archiepiscopus nobis significare curavit quod nonnulli predecessorum suorum domos, decimas, redditus, terras, possessiones et quedam alia bona Dublunensis ecclesie nonnullis religiosis Cisterciensis, Templariorum, Hospitalariorum et quorundam aliorum ordinum, ac secularibus clericis et laicis, quibusdam eorum ad vitam, aliquibus vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, datis super hoc literis, adjectis penis et interpositis juramentis, accedente nichilominus consensu capitulorum eidem ecclesie (concesserunt), in gravem et enormem ipsius ecclesie lesionem, quorum aliqui dicuntur super hiis

in communi forma confirmationis literas a sede apostolica impetrasse. Quia vero nostrum est lesis ecclesiis subvenire, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus ea que de bonis prefate ecclesie per concessiones hujusmodi alienata inveneritis illicite vel distracta, non obstantibus literis predictis, juramentis, confirmationibus et consensibus supradictis, ad jus et proprietatem ipsius ecclesie studeatis legitime revocare, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstante indulgentia, qua tibi, fili prior, vel ordini tuo a sede apostolica dicitur esse concessum quod de causis inviti minime teneamur que vobis a sede committitur eadem. Testes autem, etc. Dat. Viterbii, II kalendas junii, pontificatus nostri anno III.

2928 *bis*. — [Après 19 août][1] 1259.

Le commandeur de l'Hôpital du saint roi Etienne à Gran certifie que Pierre, prévôt de S. Georges de Gran, a donné au chapitre de Gran une terre à Ebed.

Source: Gran, Arch. du chap., privil., tiroir 27, fasc. 2, n° 16 (orig., lacs de soie). — Extraits: Fejer, *Cod. dipl. Hung.*, IV, II, 522. — Texte: Knauz, *Monum. eccl. Strigon.*, I, 456, et *Cod. dipl. primat. eccl. Strig.*, II (Gran, 1866), 78.

Nos frater L., magister domus Hospitalis sancti Regis de Strigonio, et totus conventus ejusdem loci significamus omnibus, per presentes memorie commendantes, quod, cum in vigilia sancti Regis secundum judicium venerabilis patris B[enedicti], Dei gracia archiepiscopi Strigoniensis, Abraam, prepositus, Valentinus, cantor, Farcasius, sacerdos S. Laurentii, Petrus, villicus fabrorum, et Lazarus, quondam villicus, debuissent prestare sacramentum in nostra ecclesia contra Ambrosium, Jacobum et Zuup de Musla super eo quod Petrus, quondam prepositus S. Georgii, adhuc vivens porcionem terre sue, quam habebat in terra Ebed, contulerit et donaverit pro anime sue remedio capitulo Strigoniensi cum omnibus suis pertinenciis, tandem partes adverse pro bono pacis, in loco sacramenti, receptis una marca argenti et dimidia ab eodem capitulo, predictam terram, secundum quod prefatus P[etrus] prepositus ordinaverat, reliquerunt capitulo antedicto perpetuo possidendam. Datum anno Domini MCC quinquagesimo nono.

Au dos: Littere contra nobiles de Musla super terra magistri Petri in villa Ebed.

2964 *bis*. — [18 octobre 1260-21 février 1265][2].

R. de Manby, grand-prieur d'Angleterre, prie Nicolas d'Ely, chancelier d'Angleterre, d'annuler la saisie des biens meubles et immeubles de Jourdain de Kylmeswrthy, reconnu innocent d'une accusation d'homicide.

Source: Londres, Record office, anc. corresp., VI, n° 185 (orig.).

Venerabili viro et amico, si placet, in Christo karissimo, magistro N[icholao],

1. La teneur de l'acte indique qu'il fut rendu soit la veille de la fête de saint Etienne de Hongrie, qui se célèbre le 20 août, soit immédiatement après.

2. Nicolas d'Ely fut chancelier du 18 octobre 1260 au 5 juillet 1261, et du 12 juillet 1263 au 21 février 1265. L'acte se place donc entre ces dates extrêmes.

Eliensi archidiacono[1], domini regis cancellario, suus merito frater R. de Manneby, sancte domus Hospitalis Jerusalem prior humilis in Anglia, cum prona recomendacione sui ipsius, salutem in Ihesu Christo. Cum dilectus homo noster Jordanus de Kylmeswrthy, lator presencium, de quodam homicidio fuit arrectatus, ac super eodem secundum ecclesiastice libertatis et legum consuetudinem purgatus, innocens merito reputetur, reverencie vestre humiliter duximus suplicare et devote quatinus litteras domini regis, in forma debita conceptas, vicecomiti seu custodi pacis in comitatu Devonensi, secundum quod moderna requirunt tempora, pro terra et bonis mobilibus ejusdem Jordani, propter hoc arestatis, deliberandis, ob honorem Dei et ecclesiastice libertatis reverenciam, eidem J[ordano], si place[t], concedere velitis. Valete semper in Domino.

3042 *bis*. — 3 décembre 1262, Orvieto.

Le pape Urbain IV charge les prieurs de Colp et de Newtown et le doyen de Ferns d'examiner la plainte de l'archevêque de Dublin, qui reprochait aux Hospitaliers d'Irlande de l'empêcher d'exercer les droits de visite et de procuration dans l'église de Stacsithen.

Source : Dublin, Bibl. de l'archevêché, registrum Alani, f. 13 *b* (copie, vers 1530). — Texte : *Chartæ, privilegia, immunitates...* (1171-1395), publ. par la Irish record commission, 1889, p. 30.

Urbanus, etc., dilectis filiis de Colp [et] de Novo Loco juxta Trum prioribus, Midensis diocesis, et decano Fernensi, salutem, etc. Venerabilis frater noster archiepiscopus Dublinensis sua nobis conquestione monstravit quod prior et fratres Hospitalis Jerosolimitani in Ibernia ecclesiam de Stacsithen, Dublinensis diocesis, [ejusdem] archiepiscopi jurisdiccioni subjectam, temere occupantes et usibus propriis applicantes, quominus dictus archiepiscopus in ea visitacionis officium exercere et procuracionem, racione visitacionis debitam, recipere posset, presumunt contra justiciam impedire; propter quod idem archiepiscopus ecclesiam ipsam auctoritate ordinaria supposuit ecclesiastico interdicto. Set dicti prior et fratres in predicta ecclesia sic interdicta scienter divina officia celebrare presumunt, quoddam altare ibidem construendo de novo, in ipsius archiepiscopi prejudicium et gravamen. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audiatis causam, et eam infra annum post recepcionem presencium judicio, vel, si de parcium voluntate processerit, concordia terminare curetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. ; alioquin ipsam, ex tunc instructam vel non instructam, ad examen sedis apostolice remittatis, prefixo eisdem partibus termino peremptorio competenti, quo per se vel procuratores ydoneos cum omnibus actis, juribus et munimentis suis, hujusmodi causam contingentibus, compareant coram nobis, facture et recepture super hoc quod ordo dictaverit racionis. Diem vero prefixionis hujusmodi, et quicquid super hoc duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras, harum seriem continentes, studeatis fideliter intimare. Quod si non omnes, etc. Dat. apud Urbemveterem, III nonas decembris, pontificatus nostri anno II.

1. Il fut nommé archidiacre d'Ely en 1249, consacré évêque de Worcester le 26 septembre 1266, transféré au siège de Winchester le 24 février 1268, et mourut à Waverley le 12 février 1280.

3053 *bis.* — 13 février 1263, Orvieto.

Le pape Urbain IV charge les prieurs de Colp et de Newtown et le doyen de Ferns d'examiner la plainte de l'archevêque de Dublin, qui reprochait aux Hospitaliers d'Irlande de l'empêcher d'exercer le droit de visite et de procuration dans l'église de Kilhill.

Source : Dublin, Bibl. de l'archevêché, registrum Alani, f. 13 (copie, vers 1530). — Texte : *Chartæ, privilegia, et immunitates*... (1171-1395), publ. par la Irish record commission, 1889, p. 30 (à la date erronée du 13 février 1262).

Urbanus, etc., dilectis filiis de Colp et de Novo Loco juxta Trum prioribus, Midensis diocesis, et decano Fernensi, salutem, etc. Venerabilis frater noster archiepiscopus Dublinensis sua nobis conquestione monstravit quod prior et fratres Hospitalis Jerosolimitani in Hibernia, quominus idem archiepiscopus ecclesiam de Kilhele et alias ecclesias parochiales Dublinensis diocesis, ejusdem archiepiscopi jurisdiccioni subjectas, quas idem prior et fratres in usus proprios se obtinere asserunt, visitare valeat et procuraciones, racione visitacionis debitas, recipere in eisdem contra justiciam impedire presumunt, in ipsius archiepiscopi prejudicium et gravamen. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audiatis causam, et eam infra unum annum post recepcionem presentium judicio, vel, si de parcium voluntate processerit, concordia terminare curetis, (et) facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, etc. (Le reste de l'acte est semblable à la fin de celui du 3 décembre 1262. V. plus haut, n° 3042 *bis*.) Dat. apud Urbemveterem, idus februarii, pontificatus nostri anno II.

3065 *bis.* — 28 juillet - 1 septembre 1263, Klingnau et Olten.

Louis, comte de Frohbourg[1], *donne en précaire à Henri de Toggenburg, commandeur de Bubikon, et à Bérenger de Laufen (Lofen), vice-prieur de l'Hôpital en Allemagne, son château d'Arbourg au diocèse de Constance, et son domaine de Nieder-Bipp au diocèse de Bâle (ce dernier soumis à l'usufruit de sa mère), mais il excepte de cette donation ses biens à Knuttwyl (Chnuttwyle). Il se réserve la jouissance, sa vie durant, des biens qu'il avait donnés, à charge par l'ordre de l'Hôpital de payer un cens récognitif annuel de dix livres de cire aux Hospitaliers de Thunstetten.*

Sources : Aarau, Arch. d'état, command. de Leuggern, n° 18 (orig. scellé), et cartul. de Leuggern, f. 364 *b* (copie de 1535); Fribourg, Bibl. cant., L. 44, f. 379 *b* (cartul. de Leuggern, de 1536). — Texte : M. Hergott, *Geneal. diplom. illustris gentis Habsburgicæ*, II, 381.

Acta sunt hec publice, primo apud Clignowa, Constanciensis dyocesis, v kalendas augusti, secundario vero apud Olton, Basiliensis dyocesis, v kalendas septembris, anno Domini MCCLXIII, pontificatum sedis apostolice tenente domino Urbano papa quarto, presentibus, etc. .. In cujus rei evidentiam, presens desuper conscribi fecimus instrumentum, et fratribus memorate sacre domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani tradidimus, sigillis nostri videlicet et prefati nobilis viri Walteri, domini de Clinggen, fideliter communitum. Ego Waltherus, dominus

1. Louis le Jeune, 4e fils de Louis, comte de Frohbourg, de la ligne de Waldenbourg (1237 environ-1280 environ).

de Clingen, in testimonium facte donationis cum traditione secreta et quod dicti fratres ipsum castrum Arburch in sua custodia tenent et potestate, ac possident non vi, non clam, non precario, pacifice, notorie et quiete, ad peticionem parcium sigillum meum duxi presentibus appendendum. Datum kalendis septembris, anno Domini supradicto.

3117 *bis.* — [22 février 1265 - 29 novembre 1268][1].

Le pape Clément IV ordonne au prévôt de Passau de protéger les Hospitaliers d'Autriche contre les vexations auxquelles ils étaient en butte. — « Sub religionis habitu[2] ».

Source : Prague, Arch. du gr.-prieuré de Bohême, G. xl, command. de Fürstenfeld, n° 30 (dans un ordre d'exécution de M., prévôt de Passau, du 11 novembre, sans date d'année, écriture du xviie s.).

3308.

Nous donnons ici le texte de la lettre d'Hugues Revel, d'après une copie de Raybaud; celui-ci l'avait transcrite et insérée dans l'histoire du grand-prieuré de S. Gilles qu'il avait rédigée et qui est restée manuscrite (Aix, Bibl. Méjanes, ms. 339, *p.* 112, *copie,* xviiie *s.).*

Frater Hugo Revel, Dei gratia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, carissimis sibi in Christo fratri Faraudo de Barrassio, ejusdem domus priori S. Egidii, et universis fratribus per prioratum ipsum constitutis, salutem et sincerum amorem. Quibus conqueri debeamus et ostendere nostri cordis vulnera, puncturas et angustias, non videmus, nisi illis quos super nostris doloribus moveri viscerali cognovimus pietate. Quantum laboris diu est sustinuerimus [in] Terra Sancta, quot damnorum congeries in rebus passi fuerimus et personis, non est necesse scribere; que fere omnia ad vestram audientiam credimus devenisse. Qui labores, que damna nondum cessare videntur, imo de die in diem multipliciter augmentantur. Et quia ultra modum imminet periculum, quidquid contingeret ulterius volumus quod proinde domum nostram, et nos, et alios fratres qui citra insistimus periculo et labori, deberetis habere totaliter excusatos. Vobis enim priori et majori parti aliorum vestrorum bene credimus patuisse qualiter, ab octo annis citra, nichil sustentationis in toto regno Jherosolimitano percepimus, et qualiter quecumque habebamus extra portas Accon inimicorum manibus sunt submissa; quia licet Castrum Peregrini, Tyrus, et civitas Sydonis sint adhuc sub Christianorum manibus, tamen extra muros nichil percipiunt Christiani, nec in locis aliis preter in Herito, quod habet treugas, et parum boni colligitur in eodem; in Acconense civitate multas et immensas et irrationabiles expensas nos oportuit facere annis plurimis in egressibus soldani perfidi

1. La transcription de la date de la bulle n'étant pas donnée dans l'ordre d'exécution, et cet ordre d'exécution n'étant pas susceptible de fournir des éléments chronologiques, il faut, pour déterminer la date, s'en tenir aux caractères paléographiques du document, qui accusent une écriture du xiiie siècle, et permettent d'attribuer la bulle à Clément IV.

2. Le texte est le même, sauf les modifications nécessaires, que celui de la bulle de Grégoire X du 5 juillet 1272 (V. plus haut, III, 270, n° **3458**).

Babilonis, et in hoc ultimo ejus egressu in duplo et plus quam in duplo expensas facere compulsi fuimus largiores quantum ex quo nobilis civitas Antiochie subiit periculum captionis, tota marchia et fronteria Sarracenorum conversa est super castra nostra Cratum et Margatum et etiam super Beldam, ubi expensas nimias facere nos oportet ; et nulla alia loca christianitati extra maritimam remanent preter Cratum et Margatum, que cordi sunt soldano nimium memorato, et locis minatur plurimum prenotatis ; et si nos doloribus et angustiis procellimur, ambigere non debetis, quoniam in iis locis ultra decem millia hominum viventium de victualibus domus nostre fuerant, cum presentes fecimus annotari, preter CCC fratres nostre domus qui in iis locis sunt memoratis ; et unde poterimus trahere has expensas, nisi Deus nostri voluerit miserari, presentialiter non videmus, maxime quia in guerra sunt ipsa castra, soldano non habente cum[1] treugas, sicut dicit ; et illi vestrum qui citra mare fuerunt bene sciunt aliqua sustentationis citra mare recipere nos non posse, et preterea quia planities Armenie, unde solebamus habere sustentationis aliquid, ex pestilentia siccitatis et pre timore soldani gentibus vacuata. Ea autem que nobis veniunt de partibus transmarinis vos prior et multi vestrum bene scire potestis, cum de Hispania nunquam alia recipimus, nisi aliquotiens bestiarum aliquam quamtitatem ; de Italia et precipue de Apulia habere subsidium aliquod sperabamus, sed proinde frustrata penitus est spes nostra occasione fratris Philipi de Glis, qui quecumque habebamus in dictis partibus consumpsit pro sue libito voluntatis ; et occasione ejusdem fratris Philipi quecumque habebamus in Sicilia destructa sunt et vastata, pro eo quod duxit cum armis ordinis nostri fratres contra illos qui se domino regi Karolo[2] opponere curaverunt ; propter quod illi tales domos nostras fecerunt in Sicilia dirui funditus, incidi arbores fructiferas et vineas stirpari, domorum spoliis secum captis ; occasione guerre quam audivistis esse in Tuscia, sunt destructa omnia que in illis partibus habebamus, quare parum aut quasi nichil de Italia ulterius nobis mittitur citra mare ; de Francie prioratu nullum commodum habere possumus, ratione debitorum que frater Philipus predictus contraxerat in eodem, que non solvit, licet solvere promisisset ; prioratus Anglie, qui solebat nobis majus sustentationis remedium ministrare, occasione guerarum que ibidem fuerunt, multum in suis responsionibus est minutus. Perpendatis ergo si de illa parva quantitate responsionis prioratus vestri et prioratus Alvernie, nec bajulie Alemanie, que solum nobis supersunt cum responsionibus Anglie, expensas facere poterimus incumbentes. Hec autem omnia fraternitati vestre de causa alia non duximus recordanda, nisi quod non miremini si vos vexare cogimur pro subsidio postulando, et propter hoc similiter quod quidquid de castris nostris, quod absit, contingeret, aut de alio casu, in fortuito huic Terre de consuetudine veniente, sepius ut auditis, excusaretis, nos ergo omnes, volentes nos et domum nostram super hoc onerare, maxime quia tam parva Christianorum quantitas, que citra mare consistimus, Saracenorum indicibili potentie resistere non valemus, habentes pro certo quod sola civitas Accon ut decet muniri non posset de omnibus Christianis existentibus in quibuslibet partibus cismarinis, et preterea Christiani, pro nimietate damnorum que receperunt et que recipiunt omni die, sunt taliter stupefacti quod nullus deffensionis remedium in se ponit, — et ecce quare hoc anno Joppensis villa et castrum capta fuerunt in una hora diei, et castrum Cesaree, quod tam forte fuerat, insultus soldani per duos dies non potuit sustinere, Saphetum, de quo tanta verba Templarii faciebant, ultra XVI dies non potuit se deffendere, castrum Bellifortis, quod tam forte fuerat, de quo credebatur quod per annum unum durare deberet, infra dies quatuor fuit captum, nobilis civitas Antiochie in quarto insultu similiter

1. Il faut ajouter ici : eis.

2. Charles I d'Anjou, roi de Naples.

capta fuit, Templarii, qui erant in castro Guastoni, defferentes ab eo quidquid potuerunt et ipsum dimittentes, in recessu suo ignem imponere curaverunt in eo, locus autem qui magis impugnationi dicti soldani resistit, fuit Arsurium, qui ad minus insultus per dies sustinuit XL, et tamen erat locis debilior prenotatis, — (status hujus terre talis est, et tantum periculum nobis imminere videtur, ulterius enim de nobis fiet prout divine placuerit voluntati), pro Deo erga nos viscerali moveamini pietate, rogantes Deum quatenus nobis subveniat, et vos similiter nobis subvenire curetis de rebus vestre cure commissis, que date sunt pro Terre Sancte servicio, sicut scitis; quam tanta debita contraximus ratione pressurarum, et de die in diem alia contrahere cogimur quod, pro quietatione et solutione eorum, in quibuslibet provinciis transmarinis magnam partem possessionum nostre domus vendere oportebit. Verum quia vos fratres prioratus S. Egidii priorem affectionem ad subveniendum nobis hactenus habuistis, et oneribus nostris supportandis vestros humeros voluntarii submisistis, fiducialius ad vos recurrendum providimus, nostras necessitates et angustias ostendendo, fraternitatem vestram quam attente possumus requirentes quatenus, intuitu Dei, juxta posse vestrum et secundum quod auditis necessitatem exigere, magis s(c)itis solliciti et intenti ad laborandum et ad promovendum res submissas vestro regimini, et ad subsidium nobis quod poteritis faciendum. Non enim a ratione credimus dissonare si vos, qui estis in securitate et otio, visceraliter subvenire debueritis nobis existentibus in periculo et labore. Valete. Datum Accon, in quindena pentecostes, anno Domini millesimo CCLXVIII[1].

3334 *bis*. — 9 mai 1269, Lucera.

Charles I d'Anjou, roi de Naples, rend, en faveur des frères et des sœurs de l'Hôpital, un mandement identique à celui du 29 juin 1269. (V. plus haut, III, *n°* 3344.)

SOURCE : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 99, f. 83 *b* (dans un mandement de Charles II d'Anjou, du 1 janvier 1299, copie contemp.).

Datum in castris in obsidione Lucerie, nono maii, duodecime indictionis, regni nostri anno quarto.

3400 *bis*. — 7 août 1270, Portsmouth.

Edouard, fils d'Henri III, roi d'Angleterre, recommande Etienne de Fulburn, frère de l'Hôpital, au bon accueil de ses amis et féaux.

SOURCE : Londres, Record office, anc. corresp., XII, n° 15 (orig.).

Eduuardus, illustris regis Anglie primogenitus, omnibus amicis et fidelibus suis ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Quia dilectum nostrum fratrem Stephanum de Fulburn., fratrem domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Anglia, qui nobiscum est in Terram Sanctam profecturus, ad quedam agenda

1. Raybaud ajoute à la fin de sa transcription la note suivante : « Scellé d'un sceau en plomb où est représenté d'un côté le grand-maître à genoux devant une croix, avec ces mots : FRATER HUGO CUSTOS, et au revers est représenté un malade dans son lit, avec cette légende : HOSPITALIS JHERUSALEM. »

nostra in comitiva dilecti clerici nostri domini Roberti Burnel et quandoque extra ejus comitivam deputavimus ex certo proposito, vobis mandamus, rogantes specialiter et attente, quatinus eundem fratrem Stephanum, homines, terras, res, redditus et omnes possessiones suas, potissime illas quas habet ex deputacione summi magistri domus predicti Hospitalis in Acon., manuteneatis, protegatis et defendatis, non inferentes eidem vel inferri permittentes in persona aut bonis suis predictis dampnum, impedimentum, injuriam, molestiam aut gravamen, sed pocius eidem in agendis suis universis, cum ad vos venerit, seu per vos transitum fecerit eundo, morando et redeundo, omnem mansuetudinem, favorem et gratiam inpendatis nostri intuitu amoris. Et si quid eidem fuerit forisfactum, id ei faciatis celeriter emendari. In cujus rei testimonium, has nostras litteras fieri fecimus patentes, per quinquennium duraturas. Datum apud Portesmuth., septimo die augusti, anno regni domini regis patris nostri quinquagesimo quarto.

3457 *bis*. — 28 juin 1272.

Elie, commandeur de Gran, promulgue l'arbitrage intervenu entre les Hospitaliers et Philippe, archevêque de Gran, au nom de son église, pour la délimitation des territoires contestés par les parties à S. Istvan près de S. Pál, à S. Istvan Király, à Dorogh et à Bille.

Source : Gran, Arch. du chap., priv., tiroir 28, fasc. 1, n° 1 (orig.). — Texte : F. Knauz, *Monum. eccl. Strigoniensis,* I (Gran, 1874), 599, n° 773, et *Codex dipl. primatialis eccl. Strigoniensis,* II (Gran, 1866), 105.

Nos frater Elias, magister, et conventus Cruciferorum ecclesie S. Stephani regis de Strigonio significamus quibus expedit universis, presencium per tenorem, quod, licet inter venerabilem in Christo patrem dominum Philipum, Dei gracia archiepiscopum Strigoniensem, ejusdemque loci comitem perpetuum, super metis ville sue S. Pauli, et suum capitulum super metis possessionum (*sic*) ipsorum, Dorogh vocate, ab una parte, ab altera vero parte inter nos super metis possessionum ecclesie nostre, videlicet S. Stephani prope villam S. Pauli ac S. Stephani regis et terre Bylle vocate, cujus ecclesia est in honore beate Margarete virginis, in presencia judicis curie regalis, litis materia et questionis discordia usque modo fuisset sussitata, tamen, quia omnis controversie et discordie finis est pax et concordia, ideo super metis litigiosis predictarum villarum et possessionum, de permissione et voluntate ejusdem judicis curie regalis, ad talem pacis et concordie devenimus unionem quod quitquid comes Dominicus, civis de contrata latina regalis civitatis Strigoniensis, comes Lorandus de Gywa, magister Mychael, vicecomes Nitriensis, magister Stephanus, filius Texew, comes Jacobus de Tezer et comes Benedictus nobilis de Nyir, pro arbitriis per nos rogati et assumpti, super ipsis metis, Deum habendo pre oculis et ejus justiciam, sub penis centum marcarum preter porcionem judicis per eosdem nobis impositis, arbitrarentur inter nos et ipsum dominum Philipum archiepiscopum et suum capitulum Strigoniense, modis omnibus teneremur acceptare. Qui quidem comes Dominicus et nobiles supradicti hoc modo inter nos extiterunt ad ipsorum fidem arbitrati in metis villarum predictarum et causa nostra supradicta quod, quia instrumenta nostra et privilegia de metis dictarum villarum nostrarum non plene informabant ut exinde idem dominus archiepiscopus et suum capitulum contentari potuissent, ideo ipsi arbitrii nobis magistro et Dominico, custodi ejusdem ecclesie nostre S. Stephani regis, eo quod actores eramus, juramentum imposuerunt tali modo ut, ubicunque

fide nostra mediante, quemadmodum secundum regni consuetudinem in terris et metis litigiosis juramenta fieri solent, metas erigeremus, idem dominus archiepiscopus et suum capitulum ipsam ereccionem tenerentur acceptare, alias in centum marcis contra nos, ut premisimus, preter porcionem judicis, remanerent ipso facto, ante litis ingressum nobis persolvendis. Nos itaque, juxta formam arbitrii dictorum arbitratorum, in octavis ascensionis Domini, presentibus dictis arbitriis, judice, juratis de contrata latina regali civitatis Strigoniensis, ad finem ville S. Pauli accessimus; de ripa parvi Danubii directe exundo (*sic*) ad litus ipsius aque in ipso litore et in latere ipsius litoris juxta unam viam antiquam, que Gregum via dicitur, venientem directe de villa S. Stephani ad parvum Danobium, ereximus jurantes unam terream metam, in cujus medio unum credum lapidem fecimus imponi. Deinde juxta eandem viam eundo aliquantulum ad partem ville S. Stephani, aliam terream metam creximus, in cujus medio similiter unum lapidem fecimus inponi propter cautelam firmiorem; exinde juxta eandem parum progrediendo, ereximus terciam metam, in cujus medio pro signo similiter lapidem erectum fecimus introponi. Item quartam metam terream ereximus ad eandem partem eundo prope villam nostram S. Stephani, similiter cum uno magno lapide, ubi separatur terra ville nostre S. Stephani a terra ville S. Pauli, et separatur eciam a terra ecclesie S. Egidii, que dicitur ipsius latine contrate regalis civitatis; et sic cum eodem domino Philipo, archiepiscopo Strigoniensi, concordavimus. Preterea hiis peractis, cum prenominatis arbitriis et aliis communibus hominibus accessimus ad metas ville nostre S. Stephani, in fine terrarum arabilium, et a parte occidentis quantum ad villam et terram Bille ibidem vicinantem, unam metam magnam antiquam, communiter separentem nobis et ipsi capitulo, ubi ereximus concorditer cum ipso capitulo duas metas, in numuero (*sic*) faciunt tres satis magnas; quarum una separat ville S. Stephani a parte ville predicte, et a parte ville Dorogh que est separat eidem ville Dorogh, et que est a parte ville seu terre Bille separat terre Bille. Item ab ipsis tribus metis incipientes, fleximus nos aliqualiter circulando juxta terram ejusdem ville Dorogh, et transivimus quasi ad partem meridionalem directe supra ad latus cujusdam montis, et ibi in latere ejusdem montis invenimus unam metam terream juxta unam magnam viam, que veniet de villa Dorogh et vadit in villam nostram Taat nominatam, et de voluntate ejusdem capituli Strigoniensis juxta ipsam unam metam ereximus aliam metam terream, que separat ville nostre S. Stephani regis a predicta villa Dorogh, que est capituli, et deinde tenere incipit metas possessio ecclesie nostre S. Stephani cum terra Cruciferorum ecclesie S. Lazarii usque ad villam nostram Tat, currendo cum metis continuis; et sic cum capitulo Strigoniensi concordavimus in metis et causis nostris supradictis, presentibus eisdem comitibus Dominico, Lorando, magistro Mychaele, Stephano, Jacobo et Benedicto, arbitriis nostris supradictis. Et quia jus est quod cujuslibet capituli vel conventus propria littera suo sigillo autentico, in negociis discordantibus et causis sopitis modo supradicto, contra sibi invicem partibus concordantibus majoris est vigoris et forcioris firmitatis, et plus ligat quoad antedictum judicem curie regie et eciam quoad nosmetipsos, voluerunt dicti arbitrii nostri ut, super predicta concordia et ereccionibus metarum, ipsis domino Phillipo, archiepiscopo, et suo capitulo Strigoniensi, in hujusmodi testimonium, nostras litteras privilegiales cum nostro pendenti sigillo daremus, et quod ipsi dominus archiepiscopus et capitulum suum, uberiorem ad cautelam, eorum litteras, sigillis eorum consignando, dari facerent et emanari; quorum dictis annuentes, ipsi domino archiepiscopo et suo capitulo de predicta nostra concordia presentes nostras litteras privilegiales, sigillo nostro consignando, dari fecimus et assignari, per manus predictorum arbitrorum nostrorum; litteras autem ipsius domini archiepiscopi et sui capituli, in eisdem tenoribus in quibus nos dedimus, sub eorum sigillis

voluimus presentari; quas idem dominus archiepiscopus et suum capitulum sub eorum sigillis in tenore premisso per manus dictorum arbitrorum nobis assignaverunt in nostra camera conservandas, tali condicione interjecta [quod, si li]tem aliquam exinde susscitaret, in centum marcis remaneret, parti litem non susscitanti et in concordia perseveranti ante litis ingressum persolvendis. In cujus rei firmitatem, dicti arbitrii hoc ligamen fieri de[creverunt]. Datum feria tercia post quindenas pentecostes, anno Domini MCCLXX secundo.

3485 *bis.* — 1273.

Louis le Jeune (V), comte d'Oettingen, certifie la vente d'un champ à Reimlingen, faite par Otthon de Thannhausen, chevalier, aux Hospitaliers d'Erdlingen[1].

Analyse : G. Grupp, *Oettingische Regesten,* 2e cahier (Wallerstein, 1899), 58, n° 204; P. Lang, *Materialien zur Oettingischen älteren und neueren Gesch.*, I (Wallerstein, 1771), 8.

3550 *bis.* — 6 octobre 1274[2].

G., prévôt de Gran, et le chapitre de Gran certifient que Matthieu, custode de l'église de Gran, leur ayant présenté un acte de Pierre, commandeur de Szomolya (Zumula), Tolmacs (Tulmach) et Szirak (Zirak), par lequel celui-ci avait pris à cens la terre de Beren, dépendant de la custodie de Gran, moyennant une redevance annuelle de trois marcs d'argent fin, a révoqué l'acensement à cause du non paiement du prix de location par les Hospitaliers, et a acensé à nouveau la terre aux paysans (jobagiones) du comte Both.

Source : Gran, Arch. du chap., priv., boîte 51, fasc. 1, n° 10 (orig.). — Texte : F. Knauz, *Codex dipl. primatialis ecclesie Strigoniensis,* II (Gran, 1866), 113, et *Monumenta eccl. Strigoniensis,* II (Gran, 1882), 45; *Monum. Hung. hist.*, I (diplomata), IX (Pest, 1862), 92.

Datum in octava sancti Michaelis, anno Domini MCCLXX quarto.

3564 *bis.* — Février 1275.

Raymond VI, vicomte de Turenne, et Pierre de Malemort, damoiseau, seigneurs de Malemort et de Brive, donnent au commandeur et aux Hospitaliers de Langlade (dell Anglada) tous les droits qu'ils avaient sur la forêt de Bihartz, située entre les possessions de Langlade et celles de la prévôté de Tat.

Source : Lyon, Arch. du Rhône, langue d'Auvergne, coté Ayen (orig.). — Texte : A. Vayssière, *L'ordre de saint Jean de Jérusalem... en Limousin...* (Tulle et Limoges, 1884), 174.

Datum mense februarii, anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto.

1. Cette analyse, que Lang avait faite d'après un original, alors conservé aux Archives des princes d'Œttingen à Wallerstein, n'existe plus aujourd'hui dans ce dépôt.

2. Cet acte est celui dont nous avons donné l'analyse d'après Fejer (*Cod. dipl. Hung.*, V, II, 231) sous le n° **3525** (III, p. 303). Le texte complet, qui nous avait échappé, permet d'en préciser la date et l'objet.

3633 *bis.* — 22 septembre 1277, Vienne.

Rodolphe I de Habsbourg, roi des Romains, confirme l'accord intervenu entre Paltram, bourgeois de Vienne, et Léopold, commandeur de Mailberg, par lequel Paltram cède aux Hospitaliers sa maison d'Unterlaa, à condition qu'après sa mort deux prêtres habiteront cette maison et y soigneront six pauvres, et que les Hospitaliers entretiendront en Orient trois hommes d'armes pour la défense de la Terre Sainte. (*V. plus haut,* III, *n°* 3623.)

Analyse : *Kirchliche Topographie von Oesterreich*[1], I, iii (*Medling und derren Umgebung, oder das Decanat Laa der Wiener Diöcese,* Vienne, 1824), 239; O. Redlich, *Reg. Rudolfi I* (Reg. imp. VI, i), 559, n° 2520.

3653 *bis.* — [Mars-avril 1278-1285][2], Acre.

Nicolas Lorgne, grand-maître de l'Hôpital, prie Edouard I, roi d'Angleterre, de payer un reliquat de deux cent cinquante-quatre besants Sarrasins, pour le paiement desquels il s'était porté caution du roi.

Source : Londres, Record office, anc. corresp., XVIII, n° 140 (orig.).

Au tres haut et puissant seingnor et plus especial bienfaitor monseingnor Eddouart, par la grace de Dieu tres noble roy d'Engleterre, duc d'Acquitaine et seingnor d'Ybergne, frere Nycole le Lorngne, por la meisme grace humble maistre de la sainte maison del Hospital de saint Johan de Jerusalem et gardien des poures del Crist, salus et preste volanté à cez roiaus comandamens et plaizirs. Sire, nos faizons assavoir à la vostre nobleze que nos somes tenus encore à Braym, le changor d'Acre, de ii^c^liiii bezans Sarraizinas por le complessement de vostre barrei, les ques il nos demande chescun jor. Por qui, sire, nos vos prions que vos, sire, doiés faire rendre à Pelerin Coquerel, lequel s'en vait à vosz parties, les sus només cc et liiii[3] besanz, à ce que ledit Braym se teigne appaiez de nos, et en soiens quites. De vosz roiaus comandamens et plaizirs nos faites assaver s'il vos plait, lesques somes prest de l'aconplir encore et per tot. Et Diex soit à vos. Escrites à Accre, lendemain de pasques.

Au dos : Au tres haut et puissant roy d'Engleterre soyent données.

3683 *bis.* — 1 décembre 1278, Vatican.

Le pape Nicolas III informe Benenatus, chanoine de Narbonne, collecteur au

1. Cet ouvrage se compose d'une quinzaine de volumes, qui ont paru de 1820 à 1840 environ. L'usage s'est établi de le citer par ce titre abrégé, emprunté à l'avant-propos de l'ouvrage. Le titre complet est : « *Historisch-topographische Darstellung der Pfarren, Stifte, Klöster, milden Stiftungen und Denkmähler im Erzherzogthum Oesterreich, herausgeg. von einigen Freunden der Geschichte* ».

2. Cette pièce ne porte pas de date d'année; par ce que nous savons du magistère de Nicolas Lorgne elle se place entre 1278 et 1285, et doit être datée respectivement du 18 avril 1278, 3 avril 1279, 22 avril 1280, 14 avril 1281, 30 mars 1282, 19 avril 1283, 10 avril 1284 ou 26 mars 1285, ces dates étant celles du lundi de pâques pour cette période.

3. Les mots « et liiii » ont été ajoutés après coup.

royaume d'Aragon de la dîme destinée à secourir la Terre Sainte[1], *qu'à la requête du roi d'Aragon, en présence des progrès des Maures d'Afrique, Jean XXI, son prédécesseur, avait chargé les archevêques de Narbonne et d'Arles d'examiner s'il ne conviendrait pas d'attribuer à la défense du royaume d'Aragon une partie de cette dîme, et que ceux-ci avaient décidé que l'argent recueilli par lui, à l'exception de la moitié de la dîme de la première année, recevrait cette destination. Il ajoute que, la mort de Jean XXI ayant empêché la réalisation de cette décision, le roi d'Aragon avait envoyé auprès du S. Siège Hugues de Mataplana, prévôt de l'église de Marseille et chapelain pontifical, chargé d'exposer que le roi, manquant d'argent au siège de Montesa pour payer son armée, avait dû recourir à l'argent de cette dîme, déposée entre les mains des évêques d'Huesca et de Valence et des précepteurs du Temple et de l'Hôpital en Aragon, et s'était fait délivrer par ceux-ci quinze mille livres Tournois. Il charge Benenatus, si les faits sont exacts, de prélever ces quinze mille livres Tournois sur les sommes recueillies par lui. — « Significavit nobis carissimus ».*

Source : Rome, Arch. du Vatican, reg. 39, f. 49 (copie contemp.). — Texte : Gay, *Registres de Nicolas III*, 65, n° 199.

Dat. Rome apud S. Petrum, kalendis decembris, [pontificatus nostri] anno i.

3687 *bis*. — 1279.

Hermann, commandeur de Gran, vend au comte Kompolt la terre de Ujvásár, sise à Csallókoz.

Source : Budapest, Arch. du royaume, D. L., n° 25048 (dans un jugement de Nicolas, comte palatin, de 1347). — Texte : F. Knauz, *Monum. eccl. Strigoniensis*, II (Gran, 1882), 117.

Nobis quoddam privilegium domini Ladislai[2], olym incliti regis Hungarie, sub anno Domini mcclxx nono confectum, et formam litterarum privile[gialium] religiosi viri fratris Hermani, magistri domus Hospitalis ecclesie sancti Regis Stephani de Strigonio, et conventus loci, anno ejusdem in eodem Domini mcclxx nono confectarum, de verbo ad verbum in se continens et easdem confirmans, presentarat. In cujus quidem privilegii dictorum fratris Hermanni et conventus de Strigonio tenore, inter cetera reperimus manifeste quod, quia ecclesia ejusdem fratris Hermani, magistri predicte ecclesie sancti Regis Stephani, et sui conventus, propter perplesitatem temporis et regni disturbacionem, ipso domino Ladislao rege in puerili etate adhuc tunc constituto, cui anni discrecionis novercassent, indicibiles insultaciones et dampnorum multiplicaciones perpessa extitissent, maxime eciam quia domus ipsius ordinis in Acon, in partibus transmarinis fundata, que sine fulcimento seu animiculo majoris ecclesie ejusdem ordinis Strigoniensis nequaquam salva potuisset consistere, considerata ejus inopia, que ipsum fratrem Hermanum et dictum conventum vehementer angariasset, quandam terram eorum, Ujvasar vocatam, in Chaloukuz existentem, in comitatu Posoniensi habitam, de voluntate et permissione ipsius domini Ladislai regis vendidisset comiti Kumpurd pro quadraginta marcis argenti, jure perpetuo possidendam, cujus quidem terre vicini et commetanei nominatim continentur privilegio in eodem.

1. Elle avait été votée au concile de Lyon, en 1274.
2. Ladislas IV, roi de Hongrie (1272-1290).

3698 *bis.* — 18 juin 1279.

Armengaud X, comte d'Urgel, avec l'assentiment de Roger-Bernard III, comte de Foix et vicomte de Castellbó, confirme à l'ordre de l'Hôpital toutes les franchises, immunités et libertés que celui-ci tenait des comtes d'Urgel, ses prédécesseurs.

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne. — Analyse : Miret y Sans, *Investigacion hist. sobre el vezcondado de Castellbó* (Barcelone, 1900), 216.

3909 *bis.* — 6 septembre 1285, Ehringen.

Louis V, comte d'Oettingen, ratifie la vente de quatre arpents de terre et d'un pré à Holheim, faite aux Hospitaliers d'Erdlingen par Henri de Memmingen, chevalier, son vassal, et celle de l'office de la garde des récoltes (fluramt), faite aux mêmes par Eberhard de Memmingen, chevalier.

Source : Wallerstein, Arch. princ. d'Oettingen (copie, xviii[e] s.). — Analyse : G. Grupp, *Oettingische Regesten,* 2[e] cahier (Wallerstein, 1899), 76, n° 275.

Acta sunt hec apud Eringen, anno Domini MCCLXXXV, VIII idus septembris.

4190 *bis.* — 21 juillet 1292, Bude.

Paul, vice-juge de la cour royale de Hongrie, promulgue un jugement de cette cour, qui déboute, en faveur du chapitre de Gran, les Hospitaliers des Eaux Chaudes de Bude de leurs prétentions à une pêcherie sur le Danube, appelée Tana[1]*, sise près d'Ebed.*

Source : Gran, Arch. du chap., priv., tiroir 27, fasc. 1, n° 6 (orig., frag. de sceau). — Texte : F. Knauz, *Monum. eccl. Strigoniensis,* II (Gran, 1882), 329, et *Cod. dipl. primatialis eccl. Strigoniensis,* II (Gran, 1806), 187.

Nos comes Paulus, vicejudex curie domini regis, memorie commendantes, significamus quibus expedit, tenore presencium, universis quod, cum frater Dominicus, magister, et Cruciferi monasterii sancti Regis Stephani de Strigonio capitulum ecclesie Strigoniensis et specialiter magistrum Cyprianum, lectorem loci ejusdem, ad presenciam domini nostri Andree[2], illustris regis Hungarie, in causam traxissent, et idem dominus rex, parcens suis tediis et laboribus, ipsam causam magistro Johanni, tunc vicejudici curie sue, audiendam commisisset et pariter judicandam, nobiles viros comitem Morkolphum, filium Morkolfi de Chafurd, et comitem Johannem, filium comitis Corrardy de genere Zaok, et in hoc negocio adjunxit specialiter in collegas ; qui tandem, ad eumdem dominum regem reuversi, presentibus ipsis partibus, concorditer recitarunt quod, ipsis sedentibus pro tribunali vice persone domini regis, frater Nicolaus, prior de Calidis Aquis de

1. « Tana », aujourd'hui « tanya », désignait une localité où on pêchait ; ce terme ne s'applique plus maintenant qu'à une habitation rurale.
2. André III, le Vénitien (1290-1301).

Buda, frater Jacobus, custos, Nicolaus et Georgius, fratres ejusdem monasterii sancti Regis, nomine ipsius fratris Dominici, magistri ipsorum, et vice omnium Cruciferorum fratrum, ordinis scilicet sui tocius, habentes in litteris procuratoriis ejusdem magistri Dominici et conventus sui de Strigonio in hac parte ad cavendum de rate plenum mandatum, contra predictum capitulum Strigoniense et ipsum magistrum Cyprianum, presencialiter comparentem, egissent in figura judicii, taliter proponendo, quod anno proxime preterito, feria quarta ante dominicam palmarum (2 avril 1291), quandam piscariam, in Danubio constitutam, que wlgariter Tana vocatur, et fenetum ibidem ad quantitatem terre sex aratrorum sufficiens, de territorio in Ebeed, de jure eorumdem Cruciferorum sancti Regis Stephani, predictum capitulum et lector ecclesie Strigoniensis potencialiter occupassent et usque ad hec tempora per violenciam tenuissent, in percepcione utilitatis omnium premissarum eidem ecclesie sancti Regis et suis Cruciferis dampnum irrogantes ad valorem quinquaginta marcarum, decanum et eorum famulos, inflictis eisdem verberibus, expellendo. Ad quod magister Andronicus, prepositus Vesprimiensis ecclesie, aule domine regine vicecancellarius, et idem magister Cyprianus lector, ac magister Wrkundinus canonicus Strigonienses, necnon magister Anyanus, notarius loci ejusdem, nomine suo et vice ejusdem capituli Strigoniensis, de rati habicione in hoc facto procuratorium legitimum et sufficiens sub sigillo ejusdem capituli exibentes, respondissent hoc modo quod tam predictum fenetum quam illa eciam piscatura a tempore Andree regis secundi et domini Bele regis quarti, filii ejusdem, quondam illustrium regum Hungarorum inclitarum recordacionum, ex donacionibus eorundem ad capitulum Strigoniense pertinuissent usque ad hec tempora plenarie et quiete, et in possessione omnium premissorum predictum capitulum continue extitisset, una cum populis ejusdem terre, qui olym fuerant castrenses de Golgoch, qui Zulgagenrienses alio nomine nuncupantur, nec ullo unquam tempore predicta ecclesia sancti Regis et ejus Cruciferi predictam piscariam sive fenetum sui juris nomine possedissent, vel in possessione eorundem fuissent, nec eciam esset predictum fenetum quantitatis premisse, que tamen in litteris prepositi et conventus de Sag, super reambulacione premissorum confectis, scilicet in rescripti serie, habebatur, sed esset quantitatis minoris; propter alias terras, quas ex donacione Petri, prepositi quondam ecclesie S. Georgii de Strigonio, nobilis de Musla, et quorundam aliorum cognatorum suorum, nobilium de eadem, per modum empcionis seu donacionis predictum capitulum habuisset, sub una eademque limitacione et continencia terminorum, scilicet intra metas ejusdem capituli, inter terras Thome filii Martini a parte meridionali et semptentrionis existentes. Super quibus omnibus et singulis premissorum eadem ecclesia Strigoniensis duo privilegia ejusdem Bele regis, et tercium privilegium eorundem Cruciferorum sancti Regis, quartumque privilegium capituli Budensis haberet; quibus auditis, predicti judices deputati eosdem Cruciferos interrogassent quo jure vel titulo donacionis aut empcionis predictam piscariam et fenetum ipsi Cruciferi habuissent; qui nec donacionem aut empcionem aliquam potuerunt pro se aliquatenus allegare, sed tantummodo a fundacione sui monasterii, ut dixerunt seu confessi fuissent, tenuisse premissa, scientibus suis commetaneis et vicinis. Interrogarunt eciam eosdem Cruciferos iidem judices, multociens replicando, utrum de premissis piscaria et feneto instrumentum vel privilegium aliquod habuissent. Qui eciam taliter respondissent quod privilegium quidem habuissent de premissis confectum, sed tempore Tartarorum in Akon ultra mare tulissent; quod nunc devenerit in capcione et spolacione ejusdem civitatis Akonensis, hoc penitus ignorarent. Adjecerunt insuper iidem judices, interrogantes Cruciferos memoratos, si sumtus seu tenores ejusdem privilegii possent sub sigillo alicujus capituli vel loci conventualis exibere, vel si de amissione ejusdem privilegii protestacionem

aliquam permisissent, quam possent in puplicum sub sigillo regio vel alio quolibet autentico presentare; qui nec privilegium, nec sumptum aut tenorem ejusdem, vel litteras protestacionis se confessi sunt habere, vel posse aliquatenus exibere. Itaque per eosdem judices sentencialiter extitit judicatum, predictum capitulum Strigoniense in possessione omnium premissorum medio tempore relinquendo quemadmodum invenuerunt, quod in proximis octavis passce predictum capitulum Strigoniense privilegia ejusdem domini Bele regis, necnon privilegium capituli Budensis et privilegium Cruciferorum supradictorum exibeant ad judicium coram domino rege; quibus visis et perlectis, dominus rex finalem decisionem et terminacionem super serie hujus negocii faceret, prout de justicia et de racione previa expedire videretur, sicut premissa hec omnia et singula premissorum in litteris domini regis, formam judicii continentibus, ad plenum vidimus contineri. Et quamquam predictum capitulum Strigoniense privilegia sua memorata in ipsis octavis passce coram domino rege modo prehabito exibere debuissent, tamen eedem partes, de communi voluntate, quia dominus rex in eisdem octavis passce erat in remotis, scilicet in inferioribus partibus regni sui, et propter viarum discrimina ac ob maliciam temporis impacati, ipsam causam in statu priori, mediantibus litteris capituli Budensis, que nobis fuerunt exibite, ad octavas pentecosten prorogarunt. Verum cum in octavis pentecosten partes coram domino rege comparuissent, et tenores dictorum privilegiorum in litteris capituli Budensis sub sigillo pendenti per legitimos procuratores capituli Strigoniensis exibite fuissent in regia presencia, pars adversa non fuit contenta de eisdem, sed peciit originalia exiberii. Propter quod dominus rex predictam causam in eodem statu ad quindenam residencie sui exercitus proxime preteriti, mediantibus suis litteris, prorogarat, hoc adjecto quod, si ipsum dominum regem eodem termino in partibus Ultadawanis (*sic*) esse contingeret, extunc predicta privilegia in nostri presencia tenerentur exibere, prout in litteris ejusdem domini regis exinde confectis, per eosdem Cruciferos exibitis, nobis constitit evidenter. Advenientibus itaque ipsis quindenis residencie exercitus, videlicet vicesimo secundo die nativitatis beati Johannis Baptiste, iidem Andronicus, prepositus Vesprimiensis, magister Cyprianus, lector, Emyricus, archidiaconus Gumuriensis, et magister Wrkundinus, archidiaconus de Saswar, pro capitulo Strigoniensi cum procuratoriis litteris eorundem personaliter comparentes, contra magistrum Dominicum et Cruciferos sancti Regis Stephani de Strigonio similiter personaliter astantes, duo privilegia Bele regis, tercium eorundem Cruciferorum sancti Regis Stephani de Strigonio, et quartum privilegium capituli Budensis exibuerunt coram nobis, ut debebant; quorum privilegiorum tenores hii sunt : « Bela, Dei gracia rex Hungarie, etc.[1] ». Tenor autem alterius privilegii ejusdem domini regis : « Bela, Dei gracia Hungarie, etc.[2] ». Item tenor privilegii capituli Budensis : « Capitulum ecclesie Budensis, etc.[3] ». Item tenor privilegii magistri et Cruciferorum sancti Regis Stephani de Strigonio : « Nos frater L., magister, etc. (V. plus haut, nº 2928 bis.) ».

Ad majorem eciam hujus negocii cautelam, magistrum Dominicum et Cruciferos supradictos duximus sepius requirendos si ipsi terram arabilem seu fundum curie aliquem juxta meatum Danubii, scilicet ejusdem piscarie, in Danubio existentis, quod vulgariter Tana dicitur, et juxta ipsum fenetum, quod ipsorum esse dicebant, a quacunque parte ejusdem feneti, ad idem pertinentem, haberent, nec ne,

1. Il s'agit de la confirmation, du 19 novembre 1237, par Bela IV des terres de Ságh et d'Ebed, données au chapitre de Gran par André II, roi de Hongrie (Knauz, *Monum. eccl. Strigoniensis*, I, 322).

2. L'acte dont il est ici question est celui par lequel Bela IV, le 6 mars 1239, donna à l'église de Gran les terres de Ságh et d'Ebed avec 8 paysans (Knauz, *Monum. eccl. Strigoniensis*, I, 327).

3. Par cet acte, de 1250, le chapitre de Bude certifia que les nobles de Muzsla avaient donné et vendu en partie la terre d'Ebed au chapitre de l'église de Gran (Knauz, *Monum. eccl. Strigoniensis*, I, 383).

responderunt quod nec terram arabilem, neque fundum ad predictam piscariam seu fenetum haberent attinentem, sed terra capituli Strigoniensis ipsum fenetum circumquaque adjaceret. Nos igitur, visis et perlectis predictis privilegiis, quia iidem magister Dominicus et Cruciferi sancti Regis Stephani de Strigonio nullum penitus instrumentum exibere potuerunt, nullamque racionem evidentem seu efficacem pretendere, quibus mediantibus predictam piscariam Danubii et fenetum habuisse seu possedisse dignoscantur, una cum nobilibus regni, nobiscum in judicio assidentibus, eandem piscariam Danubii, quod vulgariter Tana dicitur, simul cum predicto feneto, secundum continenciam privilegiorum, tam regalium quam aliquorum predictorum, auctoritate judiciaria sententiando, reliquimus et statuimus ipsi capitulo Strigoniensi perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam. Presentes vero, ad majorem hujus facti memoriam et evidencioris rei firmitatem, sub sigillo comitis Thome, judicis curie domini regis, domini nostri, duximus concedendas. Datum Bude, septimo die predictarum quindenarum residencie exercitus, videlicet post vicesimum secundum diem nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini MCC nonagesimo secundo.

4300 *bis.* — 12 janvier 1296.

Jacques II, roi d'Aragon, défend au comte d'Urgel d'exiger le droit de monnayage à Pedris, Torresroges, Ça Guardia, Çespigol et les Ventoses, dépendances de l'ordre de l'Hôpital.

Source : S. Gervasio de Cassolas, Arch. du gr.-prieuré de Catalogne, armoire 12 des Casas Antiguas, sac O, parch. 291. — Analyse : Miret y Sans, *Investigacion historica sobre el vizcondado de Castellbó* (Barcelone, 1900), 115.

4440 *bis.* — 1 janvier 1299, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, confirme l'acte de Charles I d'Anjou, son père, du 9 *mai* 1269. (*V. plus haut, n°* 3334 *bis.*)

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 99, f. 83 *b* (copie contemp.).

Datum Neapoli, in absentia prothonotarii regni Sicilie, per magistrum P[etrum] de Ferreriis, etc., die primo januarii, XII indictionis.

4443 *bis.* — 11 février 1299, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, confirme les privilèges et libertés des Hospitaliers de ses états.

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 99, f. 84 (copie contemp.).

Scriptum[1] est generalibus regni vicariis seu capitaneis, magistris justiciariis,

1. En marge : « Pro Hospitali ».

justiciariis, secretis, vicesecretis, magistris juratis, bajulis, judicibus, castellanis, comitibus, baronibus, vicariis, camerariis, passageriis, platheariis et officialibus ceteris, quocumque titulo censeantur, per regnum Sicilie constitutis, presentes licteras inspecturis, tam presentibus quam futuris, fidelibus suis, etc. Ad venerabilem domum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani specialem habentes in Domino caritatis affectum, et pro consideratione venerabilis et religiosi viri fratris Guillelmi de Vallereto, magistri domus ejusdem et pauperum Christi custodis, dilecti consiliarii et familiaris nostri, statum, condictionem et prospere (*sic*) dicte domus prerogativa favoris accomodi prosequi disponentes, fidelitati vestre de certa scientia nostra precipimus et mandamus quatenus priores, preceptores, Hospitalarios, custodes, fratres oblatos, procuratores, ministros et familiares certos[1] Hospitalis ejusdem, infra regnum nostrum Sicilie ubicumque morantes, nec non domos, grangias, obedientias, loca, possessiones, bona et jura quelibet Hospitalis ejusdem, ad ipsum juste spectantia, que tenet et possidet, in suis libertatibus, usibus et justitiis habentes ad honorem et fidelitatem nostram favorabiliter commendata, nullam ipsis aut in ipsis inferatis aut inferri permictatis minus juste injuriam, turbationem, molestiam vel offensam, quin immo illos et illa continue favore justitie protegentes, si qui secus forte presumerent, eos cohercione inde debita repellatis, ita quod absque jure nemini liceat eidem Hospitali vel domibus ejus in premissis vel eorum aliquo inferre molestiam vel gravamen, sed suis continue juribus et libertatibus modo debito gaudeat et fruatur. Presentes autem licteras, postquam eas in quantum fuerit expediens inspexeritis, pro cautela restitui volumus presentanti, efficaciter in antea valituras. Datum Neapoli, per B[artholomeum] de Capua, etc., die XI februarii, XII indictionis[2].

4510 *bis*. — 27 juillet 1300, Nîmes.

Guillaume de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, confirme aux habitants de Manosque les privilèges que leur avaient accordés les comtes et comtesses de Provence et les grands-prieurs et commandeurs de S. Gilles.

SOURCE : Marseille, Arch. des B.-du-Rh., ordre de Malte, H. 673, cartul. de Manosque, f. 9 *b* (copie, XIVe s.).

Frater Guillermus de Vilareto, Dei gracia sancte domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, universis fidelibus suis, et devotis burgensibus et hominibus castri de Manuasca et in ipsius castri sive burgi castellania constitutis, salutem et sinceram in Domino karitatem. Dignum esse conspicimus et necessarium arbitramur ut fideles ac devotos nostros et domus nostre benigno favore et speciali gracia prosequamur. Attendentes pie devotionis affectum, quem erga nos et domum nostram predictam ex laudabilibus testimoniis procerum nostre religionis vos cognovimus habuisse, ac paci et quieti vestre pro posse nostro providere volentes, ad instar felicis recordationis fratris Johannis de Vilaribus, magistri dicte sancte domus, nostri predecessoris, omnes gracias omniaque privilegia, a comitibus seu comitissis, vel a nostris predecessoribus sive prioribus S. Egidii vel preceptoribus dicti loci, aut a quibuscumque aliis personis sub temporum diversitate indulta, prout juste

1. Il faut lire : ceteros.
2. Le 21 février suivant, en l'absence du protonotaire du royaume, maître Pierre de Ferrières fit faire pour les Hospitaliers par la chancellerie royale deux mandements identiques (Naples, Arch. d'état, reg. Angevin 99, f. 84, copie contemp.).

et rite vobis concessa sunt, necnon concessiones, compositiones, conventiones, pactiones, inter nos et domum nostram ex una parte, et vestram universitatem initas ex alia, actoritate presentium confirmamus, inhibentes ne prior aliquis, preceptor vel alius baillivus, cujuscumque et quantecunque auctoritatis seu potestatis existat, contra confirmationem hujusmodi aliquid atemptare presumat. In hujus rei testimonium bulla nostra plumbea presentes literas munientes. Datum Nemausi, anno Domini MCCC..[1], sexto kalendas augusti.

4855 *bis*. — 24 mars 1309, Naples.

Charles II d'Anjou, roi de Naples, autorise Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, à faire exporter des ports de Pouille, à destination du Levant, cent cinquante chevaux, avec la nourriture nécessaire à ceux-ci, et d'autres chevaux, importés ou à importer dans le royaume par lui dans le même but d'exportation.

SOURCE : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 177, f. 174 (copie contemp.).

Scriptum[2] est magistris portulanis et procuratoribus Apulie, fidelibus suis, etc. Venerabilis et religiosi viri fratris Fulconis de Villareto, sacre domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magistri et pauperum Christi custodis, amici nostri dilecti, pia supplicacione deflexi, et eo nichilominus affectu sincere caritatis inducti ut ultramarini negocii cepta prosecucio felicem exitum sortiatur, volumus et fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus eumdem magistrum, vel ejus pro eo ministros aut nuncios, extrahere de Apulie portubus licitis et permissis inter equos et pultros centum quinquaginta, tam de araciis domus Hospitalis ejusdem quam aliis, etiam si arma fuerint, vehendos per mare in subsidium dicte prosecutionis, nec minus et sufficientem annonam pro equis et pultris eisdem libere a jure quolibet exiture dohane seu tareni vel dirictus alterius cujuscumque, omni prorsus remota molestia et contradictionis obite (*sic*), permictatis. Ceterum quia memoratus magister, ut asseruit, nonnullos equos noviter introduxit in regnum et introduci facturus est alios, mictendos in subsidium antedictum, subnectimus et jubemus actentius ut ipsos sic introductos et introducendos equos et sufficientem pro eis annonam, facta prius debita fide vobis quod hujusmodi equi sic introducti, sive etiam si arma fuerint, extrahere simili modo libere, ut de predictis aliis dictum est, remota contradictione qualibet, permictatis, proviso quod alios equos ad arma vel pultros aut alia queque prohibita in fraudem curie pretextu presentium nullatenus extrahantur, presentibus post primo futurum mensem octobris minime valituris. Datum Neapoli, per B[artholomeum] d[e] C[apua], militem, etc., anno Domini MCCCVIII, die XXIIII martii, VII indictionis, regnorum nostrorum anno XXV.

4855 *ter*. — 24 mars 1309, Naples.

Le même mande à ses « secreti » de Pouille qu'à la requête de Foulques de

1. Il y a dans le texte après « MCCC » un signe qu'on serait tenté de lire « I »; mais cette lecture n'est pas possible; l'itinéraire du grand-maître s'y oppose; celui-ci, en effet, n'était plus en Occident en juillet 1301 ; nous savons qu'il était retourné à Chypre dans l'été de l'année 1300.

2. En marge: « Pro magistro Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani ».

Villaret, grand-maître de l'Hôpital, il a autorisé le départ de Brindisi, à destination du Levant, d'un navire de l'ordre de l'Hôpital, chargé de vin, d'huile, de viandes salées et de fromage.

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 177, f. 174 (copie contemp.).

Datum Neapoli, per B[artholomeum] d[e] C[apua], militem, etc., anno Domini MCCCVIIII, die XXIIII martii, VII indictionis, regnorum nostrorum anno XXV.

4855 *quater.* — 29 mars 1309.

Le même mande à son justicier de la Capitanate, à la requête de Thomas Muntano, commandeur de Troja et de Crepacorde, de révoquer les aliénations faites au détriment de cette commanderie.

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 176, f. 148 (copie contemp.).

Scriptum[1] est justitiario Capitinate, fideli suo, etc. Religiosus vir frater Thomas Muntonus, preceptor sacre domus sancti Johannis Jerosolimitani in Troya et Crepicordio, dilectus et devotus noster, majestati nostre supplicavit actentius ut, cum ipse nomine ac pro parte domus ejusdem casale ipsum Crepicordii, in decreta tibi provincia positum, cum hominibus, vassallis, juribus, pertinentiis et distinctionibus ejus omnibus juste teneat et possideat, sicut dicit, et nonnulli (*sic*) de bonis ac juribus casalis ipsius per universitates vicinorum locorum et speciales personas alias occupata sint, alienata illicite seu distracta, in ipsius preceptoris dicteque domus prejudicium manifestum, revocari ea ad jus et proprietatem memorate domus secundum justitiam mandaremus. Nos igitur ecclesias ecclesiasticasve personas et jura quantum bono modo possumus favorabiliter prosequentes, ejusdem preceptoris in hac supplicacione clementer audita, fidelitati tue presentium tenore commictimus et mandamus ut, cum res sacre a communibus multo non differant, et eadem sit in illis favorabilis habenda censura, vocatis ilico qui fuerint evocandi, una cum judice et actorum notario per curiam tibi datis, de premissis diligenter inquiras, et quecumque de bonis ac juribus prelibate domus alienata inveneris, occupata illicite seu distracta, ad jus et proprietatem dicte domus summarie, de plano et absque judicii strepitu, juxta formam antiquam et solitam in revocatione alienatorum feudalium, studeas legitime revocare. Est enim juri conveniens et consentaneum equitati ut ecclesiarum bona, divinis dedicata serviciis, feudalium, que principalibus deputantur obsequiis, favore ac privilegio potiantur; cavens actente quod ad ea que dicta curia nostra tenet sen alicui per eandem curiam sunt concessa vel ad ipsam curiam rationabiliter devoluta, nostrisque forestis, massariis aut solatiis deputata sunt, manus tuas pretextu presentium non extendas. Datum Neapoli, per B[artholomeum] d[e] C[apua], militem, etc., anno Domini MCCCVIIII, die XXVIIII martii, VII indictionis, regnorum nostrorum anno XXV.

1. En marge : « Pro preceptore sancti Johannis Jerosolimitani in Troya ».

4855 *quinquies*. — 3 avril 1309, Naples.

Le même mande à ses maîtres portulans et procureurs de Pouille qu'à la prière du pape Clément V il a autorisé Foulques de Villaret, grand-maître de l'Hôpital, à faire exporter des ports de Pouille deux mille salmes de blé, deux mille cinq cents salmes d'orge et cent cinquante salmes de légumes, à charge d'indemniser la société des Bardi de Florence, qui avait le monopole des achats de céréales dans ces ports (emptores dictorum portuum)[1].

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 177, f. 176 (copie contemp.).

Datum Neapoli, per Bartholomeum de Capua, militem, etc., anno Domini MCCCVIIII, die III aprilis, VII indictionis, regnorum nostrorum anno XXV.

4903 *bis*. — 25 juillet 1310, Naples.

Charles d'Anjou, duc de Calabre, fils du roi Robert et vicaire général du royaume de Naples, mande à son justicier de la terre de Labour et du comté de Molise de faire une enquête sur l'agression dirigée contre la maison des Hospitaliers de S. Angelo in Palacio.

Source : Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 174, f. 38 *b*, et 175, f. 84 *b* (copies contemp.).

Scriptum[2] est justitiario terre Laboris et comitatus Molisii, devoto suo, etc. Ad audientiam nostram nuper non sine gravis murmuris querelatione pervenit quod olim Amicus, camerarius tunc domini Francisci de Laposta de comitatu Molisii in Castro Palate, et Matheus de Angelerio, camerarius tunc domini Rostagni Cantelmi in casali Aque Burrane de comitatu predicto, adhibita eis armatorum hominum, tam vassallorum dictorum nobilium quam bannitorum et malandrinorum de contrata, innumerosa et illicita comitiva, accesserunt noctis tempore ad quemdam locum domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Barolo, qui dicitur S. Angelus in Palacio, de jamdicto comitatu Molisii, illumque adveniente die hostiliter invadentes, et hujusmodi invasionem continuantes per dies aliquos subsequentes et noctes, tandem locum ipsum inmunitum utique, ac personis dicte domus ibi degentibus hujus prorsus novitatis ignaris, per vim ceperunt et captum diebus aliquibus tenuerunt, vulnerato uno ex fratribus dicti loci, ac direptis et igne crematis de libris, paramentis altaris et rebus mobilibus aliis ejusdem loci usque ad valorem unciarum auri trecentarum ponderis generalis. Nichilominus per dies aliquos quo(d)dam fratrem[3] domus Hospitalis ipsius et uno alio layco, nepote religiosi viri fratris Hugonis de Rocca Aguta, locumtenentis magistri domini Hospitalis in prioratu Barolitano, inter alios in dicto loco repertis, per memoratos camerarios seu de ipsorum mandato vel eorum alterius, ad requisitionem et

1. Robert d'Anjou confirma, le 2 mai 1310, par un mandement adressé d'Avignon à son fils Charles, duc de Calabre et vicaire général du royaume, l'autorisation d'exportation que son père avait accordée aux Hospitaliers (Naples, Arch. d'état, reg. Angev. 175, f. 243 *b*, (copie contemp.)
2. Le texte a été établi d'après le registre 175.
3. Lisez : fratre.

jussum uxoris prefati domini Francisci, privato carceri mancipatis, non minus in dominii possidentis injuriam quam Hospitalis ipsius et lesorum hujusmodi grave dampnum, de quibus non indigne turbati, devotioni vestre, vicariatus autoritate qua fungimur, presentium tenore commictimus et mandamus ut, statim receptis presentibus, ad locum dictorum commissorum excessuum accedatis, et una cum judice ac actorum notario quos habetis a curia, non obstante constitutione que prohibet contra speciales personas inquiri de crimine speciali, studeatis de premissis cum exacta diligentia inquisitionem facere specialem, et, si per illam exinde vobis constet, dictorum patratores excessuum illorumque in hiis fautores et complices sic inde, mediante justitia, pro exigentia predictorum pena gravi et debita puniatis quod eos inde peniteat tedeatque, et alii terreantur exemplo; facturi et amplius, prout de justicia fuerit, dampna passis ablata restitui, et dampna quelibet integre resarciri. Datum Neapoli, per Nicolaum Fricziam de Ravello, etc., anno Domini MCCCX, die XXV julii, VIII indictionis.

ADDITIONS, NOTES ET CORRECTIONS

TOME PREMIER

(INTRODUCTION)

Les numéros renvoient aux pages.

XIII. Rectifiez comme suit la première ligne de la première colonne des notes : « le grand-chancelier à celle de Castille et l'amiral à celle d'Italie ».

XIX, l. 5 en partant du bas de la page. Au lieu de *Accajuoli* lisez *Acciajuoli*

XXVI, n. 2, l. 3. Au lieu de *XVLII* lisez *XLVII*

XXVIII, dernière ligne du texte. Au lieu de *Agault* lisez *Agoult*

— dans la note, ajoutez : U. Chevalier, *Chartularium domus Templi Hierosolymitani de Roais, diœcesis Vasionensis* (incomplet), dans *Collection de Cartulaires dauphinois*, III (Vienne, 1875, in-8), 136 p.

— n. 1, col. 2, l. 24. Au lieu de *Sièges* lisez *Siéyès*

XXXII, l. 20 et 21. Au lieu de *Favillane* [15] lisez *Favillane* [16]

— l. 22. Au lieu de *Gap* [16] lisez *Gap* [15]

XL, n. 10. Au lieu de *Tarn-et-Garonne* lisez *Haute-Garonne*

XLII-XLIII. Les manuscrits des Statuts et Esgards, aux Arch. dép. de la Haute-Garonne, portent aujourd'hui les cotes : H. 8 pour le cartulaire n° 1 ; H. 13 pour le cartul. n° 3 ; H. 14 pour le cartul. n° 4 ; H. 11 pour le cartul. n° 5 ; H. 12 pour le cartul. n° 6.

XLIII, § XIX. Au lieu de *5e édition* lisez *3e édition*

XLV. Remplacez la note 2 par *Tarn-et-Garonne, cant. Castelsarrasin, com. Albefeuille*

— n. 4 col. 2, l. 4-7. Supprimez la mention du *Chartularium . . . de Roais . . .* éd. par U. Chevalier. Cet ouvrage aurait dû être signalé à propos de la langue de Provence (p. XXVIII, note 1), à laquelle appartenait la commanderie de Roaix.

XLVI. Plusieurs des notes 9 à 36 de cette page doivent être revues et corrigées :

— n. 9. Au lieu de *cant. le Touvet, com. Chapareillan* lisez *cant. Heyrieux, com. Valençin*

— la n. 10 s'applique à *Blaudaix* et non *Blandaix*.

— n. 13. Au lieu de *Chassenaud* lisez *Chassenard*

— n. 18. *Chanonat* est dans le *cant. de S. Amand Tallende*.

— la n. 25 est à annuler. La n. 26 = 25. La n. 27 = 26. La n. 28 = 27. La n. 29 = 28

— un appel de note 29 aurait dû être placé après *Feuillets (les)* ligne 26, col. 2.

— n. 36. *Lureuil* est une commune, et non une dépendance de la *com. S. Michel en Brenne*.

XLVII, l. 2 (2e colonne). Au lieu de *Saliers* lisez *Salins*

— l. 16. Au lieu de *Temple d'Agen* lisez *Temple d'Ayen*

LVII. Le lecteur trouvera au tome I, p. 697 une importante Addition à placer après le mot *Valence*.

LX, l. 6-9. Le cartulaire du Temple de Roaix, mentionné ici, aurait dû être signalé à propos de la langue de Provence, à laquelle appartenait cette commanderie.

LXIV, n. 2, l. 15. Après *Caestre* ajoutez *Courval*

LXXXVIII, n. 6. Au lieu de *S. Panpain* lisez *S. Pompain*

XCI, n. 11. Au lieu de *arr. et cant. Mauléon* lisez *arr. Cholet, cant. Beaupréau*

XCII. Rectifiez comme suit les notes 7-14 :
— n. 7, dont l'appel aurait dû être mis à la ligne 41, après *Varades, Loire-Inférieure, ch.-l. de cant.*
— la n. 8 s'applique à *Auzon, Vienne, cant. et com. Châtellerault, paroisse Ponthumé*; cf. l'anc. n. 7.
— la n. 9 s'applique à *Prailles, Deux-Sèvres, cant. Thouars, com. S. Martin de Sanzay*; cf. l'anc. n. 8.
— la n. 10 s'applique à l'*Hôpitau*; cf. l'anc. n. 9.
— la n. 11 s'applique à *La Rochelle*; cf. l'anc. n. 10.
— la n. 12 s'applique à *Margot*; cf. l'anc. n. 11.
— la n. 4 (après *Fonseiche*, lignes 49-50, car il y a deux appels de note 4 dans cette page) s'applique à *Fonsèche (S. Jean de), Charente-Inférieure, cant. et com. Tonnay-Charente*; cf. l'anc. n. 12.
— la n. 13 s'applique réellement à *S. Jean de Launay*; l'anc. n. 13 est donc bonne.
XCIII, n. 3. Au lieu de *Verrine* lisez *Verruye*
CXII, l. 5. Au lieu de *excepté la Savoie et Gênes* lisez *excepté la Savoie, sur Gênes et* [*sur la Lombardie*]
CXV, l. 4 en partant du bas. Au lieu de *Magistro* lisez *Magistrato*
CXVI, l. 37. Au lieu de *Mondragonse* lisez *Mondragone*
CXVII, n. 2, l. 9. Au lieu de *Toma et Portocarrero* lisez *Roma-Portocarrero*
— n. 3, l. 16. Au lieu de *Nai* lisez *Vai*
CXX. Depuis l'impression du tome I, les Archives d'Etat à Venise ont restitué aux Archives du grand-prieuré de Venise la partie qu'elles détenaient du fonds de ce grand-prieuré.
— l. 13. A l'occasion de la phrase « au moment où l'ordre de Malte fut détruit », il faut observer que Napoléon I n'abolit pas l'Ordre, à proprement parler, en Italie; il se borna, par décrets du 8 juin 1805 et des 28 avril et 26 juin 1806, à prendre possession, au bénéfice de l'État, des commanderies de l'Ordre.
— l. 14. Au lieu de *Lombardo-Vénitien* lisez *de Lombardie et Venise*
— l. 15. Au lieu de *1888* lisez *1884*.
CXXI, l. 5 de la col. 2. Au lieu de *Levatda* lisez *Levada*
— L'ordre des notes 16 et 17 doit être interverti; la n. 17 se réfère à Trente et la n. 16 à Levada.
— n. 30. Au lieu de *Tomezzo* lisez *Tolmezzo*
CXXIII, l. 31. Au lieu de *Custello* lisez *Castello* et au lieu de *aux hôpitaux de Milan et de Castello* lisez *à l'hôpital de Milan et au service religieux dans le château de Milan*
CXXVII, l. 27 de la col. 2. Au lieu de *Chuisi* lisez *Chiusi*
CXXIX, l. 15, col. 2. Au lieu de *Sicile* lisez *Silice*
— l. 7 en partant du bas. Au lieu de *Basilicata* lisez *Basilica*
CXXX, l. 23. Au lieu de *Ovano* lisez *Orano*
CXXXI, l. 23. Au lieu de *Terlzzi* lisez *Terlizzi*
CXLII, n. 2. Au lieu de *Vimunia* lisez *Almunia*
CXLIX, n. 7. Au lieu de *Vandrell* lisez *Vendrell*
CLI, l. 29. Au lieu de *Vollfogona* lisez *Vallfogona*
— Intervertissez l'ordre des notes 2 et 3.
CLXV, l. 28. Au lieu de *Gilbert* lisez *Richard*
CLXVII, n. 12. Au lieu de *Hanovre, ress. Osnabruck, cercle Lingen* lisez *Hanovre, cercle Bersebruck, par. Bramsche.*
CLXXVI, l. 4. Au lieu de *du fonds du chapitre de S. Agnès de Heiligenthal* lisez *du fonds de l'abbaye de S. Agnès à Wurtzbourg et de l'abbaye de Heiligenthal*
— l. 32. Au lieu de *Schönbrun* lisez *Hans Georges de Schönbronn*
— Il y a deux appels de note 2. Le premier, après *Schönbrun* (ligne 32) ne correspond à aucune note.
CLXXIX, l. 11 en partant du bas. Au lieu de *Sautersleben* lisez *Santersleben*
CLXXXV, n. 1, l. 1. Au lieu de *Gebre* lisez *Gelre*
CXCII, l. 52. Au lieu de *Millelhausen* lisez *Mittelhausen*
CXCIX, l. 32. Au lieu de *Mechulop* lisez *Miecholup*
CCII, l. 3 en partant du bas. Au lieu de *Platz* lisez *Glatz*
CCIV, n. 5. Au lieu de *Fchervar* lisez *Fehervar*
CCV, l. 1. Au lieu de *Gyulfchervar* lisez *Gyulfehervar*
CCIX, n. 1, dernière ligne. Au lieu de *publice* lisez *public*
CCX, l. 1. Au lieu de *Grunislaw* lisez *Grimislaw*
CCXI, n. 2, l. 3. Au lieu de *Sonneubourg*, lisez *Sonnenbourg*
CCXIX, n. 22. Au lieu de *Beira Baixa* lisez *Beira Alta*
CCXXXVI, n. 3, l. 5. Au lieu de *Venise* lisez *Vérone et Venise*
CCXXXVII, n. 5. Au lieu de *Guillaume, évêque de Cahors* lisez *Géraud, évêque de Cahors*
CCXXXVIII. Remplacez la note 3 par *Lot, cant. Gramat, com. Miers.*
CCXXXIX, n. 13, l. 3. Au lieu de *Vérone* lisez *Vérone et Venise*

TOME PREMIER

(CARTULAIRE)

Les chiffres gras renvoient aux numéros des pièces.

2. L'approximation donnée à l'âge de cet acte doit être modifiée. En effet, depuis la publication du tome I, M. Round a donné, dans une étude sur *The foundation of the priories of St. Mary and of St. John, Clerkenwell* (*Archaeologia*, 2e série, VI (1899), p. 223-8), des raisons sérieuses de placer ce document vers le milieu du règne d'Etienne, c'est-à-dire vers 1145. La charte aurait donc été mieux rangée sous le n° **159 bis.**

755. Ajoutez : TEXTE : *Collectanea topographica et genealogica* (Londres, 1834-43), III, 174. — FAC-SIMILE : *Facsimiles of royal and other charters* (Londres, Musée Brit., 1903, in-fol.), n° 67 et planche XLIII.

Cette charte est la plus ancienne dans laquelle figure Garnier de Naplouse comme prieur d'Angleterre, et il ne semble pas que Garnier ait occupé cette fonction à une époque de beaucoup antérieure. M. Robert Gladstone jun. (*Early charters*, 13) a établi qu'il ne pouvait pas avoir été nommé prieur avant 1184. En fait, une charte récemment découverte lui donne cette qualification en 1184. L'activité administrative de Garnier comme prieur est attestée, en dehors des documents que nous avons publiés, par la série suivante de chartes, qui la complètent, et qui témoignent que, de 1184 à 1190, Garnier de Naplouse fut à la tête du prieuré d'Angleterre.

I. 1184, Londres. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, acense à Gilbert le Chapelain une terre à Wardle et la moitié d'une saline à Nantwich.* — « Noverint universi, tam presentes quam futuri, « quod ego Garnerus de Neapoli, prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, consilio et assensu « fratrum totius capituli nostri, concessi, et presenti carta confirmavi Gilleberto Capellano, et heredibus « quos ipse voluerit, totam terram de Warihull cum pertinentiis suis, quam habemus ex donacione « Symonis de Tuscet et Mathei de Neweton, et dimidiam salinam in Wicho ex donatione Radulfi de « Brereton., et sunt terra illa et salina de conquisitu ipsius Gilleberti ; tenenda de domo nostra jure « hereditario, libere et quiete ; reddendo inde domui nostre annuatim duos solidos ad festum sancti « Michaelis, pro omni servicio nobis inde pertinente. Concessi etiam ei et confirmavi dimidiam salinam, « quam habemus ex donatione Rogeri de Meinill Garin, tenendam similiter de domo nostra jure hereditario, « libere et quiete, reddendo inde nobis annuatim, pro omni servicio nobis inde pertinente, dimidiam « marcam argenti ad festum sancti Michaelis. Ita tamen quod, in obitu suo et heredum suorum similiter, « tercia pars catallorum suorum, que super predictam terram habebitur, domui nostre remanebit. Hiis « testibus : fratre Alano ; fratre Matheo ; fratre Michaele de Land. ; fratre Philippo de Oxen. ; fratre « Roberto, filio Ricardi ; fratre Roberto de Valenc[in] ; fratre Radulfo de Palermo ; Waltero, clerico. « Anno incarnacionis Domini MºCºLXXXIIIIº, apud Lond[oniam]. » — SOURCES : Arch. d'Eaton Hall, près

de Chester (orig. appart. au duc de Westminster); Warrington, Bibl. publ., mss. de W. Beamont (copie vers 1860). — Analyse : W. Beamont, *A calendar of ancient charters at Eaton Hall...* (Warrington, 1862), p. 31.

II. 1 novembre 1185, Clerkenwell. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, acense à Guillaume le Chapelain une vergée de terre à Merrow.* — « Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego « Garnerius de Neapoli, prior domus hospitalis Jerosolimitani in Anglia, consilio et voluntate fratrum capi- « tuli nostri, concessi, et presenti carta confirmavi Willielmo Capellano unam virgatam terre in Marewe, « cum prato et omnibus ad eam pertinentibus, quam habemus ex donatione Willielmi de S. Johanni, « habendam et tenendam tota vita sua de domo nostra libere, quiete et honorifice; reddendo inde singulis « annis domui nostre dimidiam marcam argenti, pro omni servicio nobis inde pertinente, cujus medietas « solvet[ur] ad pascha et medietas ad festum sancti Michaelis ; sub hac tamen conventione quod ipse « in eadem terra residentiam suam faciet, et omnem substantiam suam ibidem adunatam habebit, ita « quod, cum eum mori contigerit, tota substantia ejus cum corpore suo, posthabitis aliis quibuslibet « religionibus, pro salute anime sue domui nostre remanebit. Hanc conventionem se fideliter observa- « turum idem Willielmus Capellanus apud Londoniam, ante altare sancti Johannis Baptiste de Fonte « Clericorum, presentibus sacrosanctis evangeliis, in die omnium sanctorum, anno incarnationis dominice « M°C°LXXX° quinto, in verbo veritatis sollempniter compromisit. Nos quoque eamdem [conventionem] « presentis pagine inscriptione et sigilli nostri appositione curavimus communire. Hiis testibus : fratre « Willielmo, capellano ; fratre Ricardo Frumentino ; fratre Nicholao de Cardmel ; fratre Alexandro de « Leircestria ; fratre Normanno ; fratre Willielmo Felled[eau] ; fratre Mamerio ; fratre Ricardo Cemen- « tario; fratre Yvone; fratre Osberto Fabro; Waltero Canonico, Radulpho de Capem., Absalone et Ysaac, « servientibus Hospitalis ; et Waltero, clerico nostro, qui hanc cartam scripsit. » — Source : Londres, Musée Britannique, fonds Cotton, Nero C.III, f. 199 (orig., sceau perdu).

III. [Après 1185-1190.] — *Accord entre Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, et Henri de Maldon, chapelain de Ginges, pour assurer des messes en faveur de l'âme de Marguerite de Montfichet.* — « Con- « ventio inter priorem et fratres Hospitalis et capellanum de Gingges de hospicio suo et aliis ibidem. « — Sciant omnes, presentes et futuri, quod hoc modo convenit inter Gernerium de Neapoli, priorem, « et fratres Hospitalis Jerusalem in Anglia, et Henricum de Maldon, capellanum de Gynges, scilicet quod « predicti prior et fratres concesserunt predicto Henrico honestum hospicium ad inhabitandum apud « Gynges, et terram ad ortum faciendum. Ipse vero Henricus tenetur divina celebrare in oratorio « constructo in curia, que fuit domine Margarete de Montefichet, pro anima domine Margarete et pro « animabus omnium fidelium defunctorum. Hiis testibus : Ricardo de Montefichet; Petro Gerpu[n]vill[a]; « Roberto de Burgat. ; Johanne de Kercling. ; Waltero de Hereford[ia] ; Stephano et Angodo, clericis. » — Source : Londres, Musée Britannique, fonds Cotton, Nero E.VI, f. 215 (copie XVe s.).

Cette charte non datée est certainement postérieure à l'année 1185, Marguerite de Montfichet vivant encore à cette date (*Rotuli de dominabus et pueris et puellis de donatione regis, 31 Hen. II,* ed. Stacey Grimaldi, Londres, 1830), et antérieure à 1191, le priorat de Garnier de Naplouse ayant pris fin en 1190.

IV. 1186. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, reconnaît que l'Ordre doit payer aux frères de l'hôpital S. Gilles in the Fields un cens annuel de neuf sous sterling, pour un jardin que Guillaume Coterell avait donné aux Hospitaliers.* — « Omnibus sancte matris ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, « ad quos presens scriptum pervenerit, Garnerius de Neapoli, prior, et totum capitulum fratrum Hospi- « talis Jerosolimitani in Anglia, salutem. Noverit universitas vestra quod nos et successores nostri « imperpetuum tenemur solvere singulis annis novem solidos sterlingorum fratribus infirmis hospitalis « dominorum regis et regine apud monasterium S. Egidii extra Londoniam, pro gardino cum omnibus « pertinenciis suis, quem Willielmus Coterell. domui nostre in perpetuam elemosinam donavit, quem « tenebimus de domo eorum imperpetuum, libere et quiete, pro eisdem novem solidis pro omni servicio ; « quorum medietatem reddemus annuatim ipsis vel eorum servientibus ad pascha, et medietatem ad « festum sancti Michaelis, absque contradiccione et impedimento; et ipsi warantizabunt nobis tenemen- « tum predicti gardini contra omnes homines pro posse suo. Facta fuit hec convencio anno dominice « incarnacionis M°C°LXXXVI°, Roberto, presbitero, et Radulfo, filio Ade, et Stephano de Crupelegate tunc « custodibus et procuratoribus predictorum fratrum infirmorum. Que ut firmiter observetur imperpe- « tuum, eam presenti scripto et capituli nostri sigillo curavimus confirmare. Hiis testibus: fratre « Alano; fratre Matheo; fratre Willielmo, capellano (*sic pro* capellanis) ; fratre Ricardo Frumentino ; « fratre Nicholao de Cartmel ; fratre Alfredo ; fratre Radulfo de Palermo ; fratre Gileberto ; fratre « Alexandro de Leirc[estria] ; fratre Willielmo Felled[eau] ; fratre Normanno et fratre Rogero, car- « pentariis ; Waltero et Angodo, clericis, et toto capitulo. » — Source : Londres, Musée Britannique, mss. Harley n° 4015, f. 198 *b* (cartul. de l'hôpital S. Gilles in the Fields, copie XVe s.). — Texte : G. J. Turner, *Lincoln's Inn* (Londres, 1903), 32.

V. 1187. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, acense à Adam de Dutton la moitié de la ville de Warburton, des terres à Much Woolton et une saline à Northwich.* — « Notum sit omnibus sacre matris

« ecclesie fidelibus, presentibus et futuris, ad quos presens scriptum pervenerit, quod ego Garnerus de « Neapoli, prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, de communi assensu et concordi voluntate « fratrum tocius capituli nostri, dedi et concessi, et hac presenti carta confirmavi Ade de Dutton. et « heredibus suis totam medietatem tocius ville de Werburton., cum omnibus pertinenciis et libertatibus « predicte ville pertinentibus, quam habemus concessu Johannis, constabularii Cestrie, de feudo suo, pro « salute sui et suorum, et pro animabus omnium antecessorum suorum. Et preterea duas bovatas terre « in villa de Wlueton., et XII londas, que appellantur les Ofnames, in eadem villa, et unam salinam in « Nortwicho cum omnibus pertinenciis suis, scilicet illam quam habemus ex dono et elemosina Eudonis « de Boidere, et omnes alias terras quas dictus Ada perquirere poterit, tenendas sibi et heredibus suis de « domo nostra in feudo et hereditate libere, pacifice et quiete; reddendo inde annuatim de se et heredibus « suis domui nostre VII solidos ad festum sancti Bertelmi, pro omni seculari servicio et omni demanda; « ita tamen quod, in obitu suo et heredum suorum, pro sua tercia parte due marce argenti domui nostre « remanebunt. Hiis testibus : fratre Alano, fratre Matheo, fratre Philippo, capellanis; fratre Hugone de « Clahyll.; fratre Roberto, filio Ricardi; fratre Roberto de Valencins; fratre Roberto de Leirgc[estria]; « fratre Alexandro de Leirgc[estria]; Angodo, clerico. Anno incarnationis dominice M° C° LXXX° VII°. » — SOURCE : Arch. d'Arley Hall, près de Chester (orig.). — FAC-SIMILE : R. Gladstone, jun., *Early charters*, pl. 2.

VI. 1187, Londres. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Anglelerre, acense à Gilbert Cook une bovée de terre à Much Woolton.* — « Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Garnerus de « Neapoli, prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, de communi assensu et voluntate fratrum « capituli nostri, concessi, et presenti carta confirmavi Gilleberto Coco et heredibus suis unam bovatam « terre in Wulveton., unam scilicet de illis duabus quas Hugo Beaupeinne aliquando tenebat, cum omnibus « pertinenciis suis, tenendam et habendam de domo nostra libere, quiete et honorifice; reddendo inde « singulis annis domui nostre duodecim denarios, medietatem ad pascha et medietatem ad festum sancti « Michaelis, pro omni servicio nobis inde proveniente; ita tamen quod, in obitu suo et heredum suorum « similiter, tercia pars catallorum suorum, que super predictam terram erunt, domui nostre remanebit. « Hiis testibus : fratre Willelmo, capellano; fratre Philippo, capellano; fratre Roberto, filio Ricardi; « fratre Briano de Annestowe; fratre Waltero de Malton; fratre Samsone; fratre Hugone Dispensatore; « fratre Radulfo de Colecestria; Waltero, clerico. Anno dominice incarnationis M° C° LXXX° VII°, apud « London[iam]. » — SOURCE : Londres, Musée Brit., Chartes addit., n° 51 652 (orig.). — FAC-SIMILE : R. Gladstone, jun., *Early charters*, pl. 3.

VII. 1188. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, acense à Orm Widowson, de Woolton, une bovée de terre.* — « Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis, presentibus et futuris, quod ego « Garnerus de Neapoli, prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, de communi assensu et volun- « tate fratrum capituli nostri, concessi, et presenti carta confirmavi Ormo, filio Vidue de Wlvinton., et « heredibus suis, unam bovatam terre cum omnibus pertinentiis suis, quam habemus ex dono Johannis, « constabularii Cestrie, tenendam et habendam de domo nostra jure hereditario libere et quiete; reddendo « inde singulis annis domui nostre duos solidos in festo sancti Michaelis, pro omni servicio nobis inde « pertinente; ita tamen quod, in obitu suo et heredum suorum similiter, tercia pars catallorum suorum, « que super predictam terram erunt, domui nostre remanebit. His testibus : fratre Alano, fratre Matheo, « fratre Philippo, capellanis; fratre Roberto, filio Ricardi; fratre Hugone de Claihull.; fratre Roberto de « Vale[n]cins; fratre Henrico de Dalbi; fratre Roberto de Leicestria; Waltero et Angodo, clericis. Anno « incarnationis dominice M° C° LXXX° VIII°. » — SOURCE : Londres, Musée Brit., Chartes addit., n° 51 653 (orig.). — FAC-SIMILE : R. Gladstone, jun., *Early charters*, pl. 4.

VIII. 1189. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, acense à Pétronille, fille de Richard de Champens, deux bovées de terre à Ossington.* — « Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, « quod ego Garnerius de Neapoli, prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, de communi assensu « et voluntate fratrum capituli nostri, concessi, et presenti carta confirmavi Petronille, filie Ricardi de « Champens (*sic*), et heredibus suis, duas bovatas terre in villa de Oscinton, scilicet unam bovatam terre, « que fuit Walteri, filii Agemund., et aliam, que fuit Gaufridi Albi, tenendas et habendas de domo nostra « jure hereditario, libere et quiete et honorifice; reddendo inde singulis annis domui nostre duodecim « denarios, medietatem ad pascha et medietatem ad festum sancti Michaelis, pro omni servicio nobis « inde pertinente; ita tamen quod, in obitu suo et heredum suorum similiter, tercia pars catallorum « suorum, que super predictam terram erunt, domui nostre remanebit. His testibus : fratre Philippo, « capellano; fratre Henrico, capellano; fratre Hugone de Clahull; fratre Henrico de Dalbi; fratre Roberto « de Capem. (*sic*); fratre Henrico Noel; fratre Roberto Pica; fratre Nicholao de Yspan[ia]; fratre Samsone « de London[ia]; Waltero, clerico. Anno incarnacionis dominice M° C° LXXXIX°. » — SOURCE : Bibl. de la chapelle de Hornby, près de Lancastre (orig., sceau perdu).

IX. 1189. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, acense à André de Woolton une bovée de terre à Woolton.* — « Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Garnerus de Neapoli, « prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, de communi assensu et voluntate fratrum capituli

« nostri, concessi, et presenti carta confirmavi Andree de Wulveton., et heredibus suis, unam bovatam « terre in Wulveton., quam habemus ex donatione Johannis, conestabuli Cestrie, tenendam et habendam « de domo nostra jure hereditario, libere et quiete; reddendo inde singulis annis domui nostre duo- « decim denarios ad nativitatem beate Marie, pro omni servicio nobis inde pertinente; ita tamen quod, in « obitu suo et heredum suorum similiter, tercia pars catallorum suorum, que super predictam terram « erunt, domui nostre remanebit. His testibus : fratre Alano; fratre Matheo; fratre Hilario; fratre Roberto, « filio Ricardi; fratre Henrico Noel; fratre Hugone de Clahull.; fratre Nicholao de Cartmel.; fratre « Samsone; Waltero, clerico. Anno incarnacionis dominice M° C° LXXX° nono. » — SOURCE : Londres, Musée Brit., Chartes addit., n° 51 654 (orig. scellé d'un sceau et d'un contre-sceau; le sceau est celui que nous avons reproduit dans notre étude sur les *Sceaux des prieurs anglais* (*Mél. d'arch. et d'hist. publ. par l'Ecole française de Rome,* I, pl. XIV, n° 2); le contre-sceau a été reproduit par nous (*ibidem,* VII, p. 60). — FAC-SIMILE : R. Gladstone, jun., *Early charters,* pl. 5.

X. 1189. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, acense à Jean de Bradney une vergée de terre à Mappowder.* — « Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Garnerius de Neapoli, « prior fratrum Hospitalis Jeroselimitani in Anglia, de communi assensu et voluntate fratrum capituli « nostri, concessi, et presenti carta confirmavi Johanni de Bradene, et heredibus suis, unam virgatam terre « in Mapoldre, que est ante domum Willielmi Russel., cum medietate prati quod dicitur Dikedemede, « cujus alteram medietatem tenet Robertus de Plis, quam habemus ex donatione Johannis de Mapoldre, « habendam et tenendam de domo nostra jure hereditario, libere et quiete ; reddendo inde singulis « annis domui nostre duodecim denarios ad pascha, pro omni servicio et consuetudine inde nobis perti- « nente; ita tamen quod, in obitu suo et successorum suorum similiter, tertia pars catallorum suorum, « que super predictam terram erunt, pro salute anime sue, domui nostre remanebit. Hiis testibus : fratre « Alano de S. Cruce ; fratre Matheo ; fratre Roberto Parvo ; fratre Osberto de Nordfolc[ia] ; fratre Salomone ; « fratre Briano de London[ia] ; fratre Hugone de Buiford ; fratre Nicholao de Cardmel, tunc magistro « Eboraci ; fratre Simone de Scoth[ia] ; Waltero, clerico. Anno incarnationis dominice M° C° LXXXIX°. » — SOURCE : Londres, Record office, Ancient Deeds, A. 6708 (orig. scellé ; le sceau et le contre-sceau sont semblables à ceux de la charte précédente). — TEXTE : John Hutchin, *History of Dorsetshire,* III, 728-9. — ANALYSE : *Catalogue of Ancient Deeds in the public Record office,* IV (Londres, 1902), 72.

XI. 1189. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, acense à Simon de Arden une demi-charruée de terre à Arden-Grafton.* — « Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Garnerius « de Neapoli, prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, de communi assensu et voluntate fratrum « capituli nostri, concessi, et presenti carta confirmavi Symoni de Arden., et illis quos post se in heredes « facere voluerit, dimidiam hidam terre in villa de Grafton, quam habemus ex dono Henrici, filii Ber- « nardi, de Grafton, tenendam et habendam de domo nostra jure hereditario, libere et quiete ; reddendo « inde singulis annis domui nostre duodecim denarios, medietatem ad pascha et medietatem ad festum « sancti Michaelis, pro omni servicio et consuetudine nobis inde pertinente; ita tamen quod, in obitu suo « et heredum suorum similiter, tercia pars catallorum suorum, que super predictam terram erunt, pro « salute anime sue, domui nostre remanebit. Hiis testibus : fratre Alano de S. Cruce ; fratre Matheo ; « fratre Reimbaldo; fratre Philippo, capellano (*sic pro* capellanis) ; fratre Reinaldo de Wirec[estria] ; « fratre Roberto, filio Ricardi ; fratre Illeberto de Wilton ; fratre Hugone de Buiford ; Waltero, clerico. « Anno incarnacionis dominice M° C° LXXXIX°. » — SOURCE : Londres, Musée Britannique, Chartes addit., n° 21867 (orig., frag. de sceau en cire verte).

XII. [Septembre] 1189, Londres. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, exempte Etienne Blund et ses héritiers de tous impôts pour les terres et maisons que celui-ci possède dans la paroisse S. Michel à Londres, à charge de payer à l'Hôpital un cens d'un marc d'argent.* — « Noverint universi, presentes et futuri, « quod ego Garnerius de Neapoli, prior Hospitalis Jerusalem in Anglia, et totum capitulum nostrum, « communi assensu nostro, concessimus, dimisimus et presenti carta nostra confirmavimus Stephano « Blundo, et heredibus suis, omnem illam libertatem, quam dominus noster rex Anglie dedit et concessit « nobis de universis tenementis nostris in London[ia] et in aliis civitatibus suis Anglie (Cf. *Cartul.,* I, « n° 878), ita scilicet quod prenominatus Stephanus et heredes sui, qui predictam libertatem habebunt, « sint liberi et quieti in London[ia] de omnibus placitis et querelis, et scottis et lottis, et submonicionibus « et aliis consuetudinibus, et omnibus consuetudinibus et exaccionibus, et occasionibus que in civitatibus « exiguntur. Nos autem debemus warantizare prenominatam libertatem predicto Stephano et heredibus « suis, qui illam libertatem habebunt. (Et) pro hac autem concessione et dimissione, et carte nostre « confirmacione et prefate libertatis warantizacione, dedit nobis prefatus Stephanus unam marcatam « redditus, et nominatim de quadam terra cum domibus, que est in nova piscaria de feodo Rogeri de « Toem, in parochia S. Michaelis, quam ipse Stephanus et heredes sui debent tenere de nobis heredi- « tarie, libere et quiete, imperpetuum ; reddendo inde nobis annuatim unam marcam argenti, pro omni « servicio, ad duos anni terminos, videlicet infra octo dies pasche dimidiam marcam, et infra octo dies « sancti Michaelis dimidiam marcam, sine omni causa. Et ipse Stephanus et ejus heredes debent nobis

« warantizare illam marcatam redditus contra omnes pro posse suo. Et si illa terra, in qua assignavit « nobis predictam marcatam redditus.... in feodo quod tenet de nobis, vel alibi ubi eam inconcusse « recipere possimus. Et sciendum quod sepedictus Stephanus adquietavit obitum suum erga nos pro « duodecim marcis argenti, quas nobis dedit. In obitu vero heredum suorum, qui prefatam libertatem « habebunt, quarta (*sic*) pars omnium catallorum suorum, pro salute animarum suarum, domui nostre « remanebit. Testibus : fratre Alano, fratre Matheo, fratre Willielmo, fratre Philippo, capellanis ; fratre « Roberto, filio Ricardi ; fratre Hugone de Clahull ; fratre Simone de Scoch[ia] ; fratre Briano ; fratre « Samsone ; Henrico de Cornhell. ; Ricardo, filio Reinerii ; Henrico, filio Ailwini ; Johanne, filio Nigelli ; « Johanne, filio Herlicon[is] ; Gaufrido Blundo ; Roberto, clerico ; Willielmo, fratre Stephani ; Waltero « et Angodo, clericis. Anno incarnacionis dominice M° C° LXXXIX°, ad capitulum sancti Michaelis, apud « London[iam]. » — SOURCE : Londres, Musée Brit., fonds Cotton, Nero E. VI. f. 35*b* (copie, XVe s.).

XIII. La charte suivante, bien qu'elle ne soit pas datée, est probablement contemporaine de la charte précédente, puisqu'elle concerne le même concessionnaire et qu'elle est ratifiée par les mêmes témoins :

[Septembre] 1189. — *Le même acense au même une terre et des maisons, que l'Hôpital tenait de Guillaume Coterell à Bread Street (paroisse de S. Mildred), à Londres.* — « Notum sit omni« bus, presentibus et futuris, quod ego Garnerus de Neapoli, prior Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, « et capitulum nostrum, communi assensu nostro, concessimus, dimisimus et presenti carta nostra « confirmavimus Stephano Blundo et heredibus suis totam terram nostram, cum domibus legneis (*sic*) et « lapideis, quam habuimus de dono Willielmi Coterell. in Bredestrate, in parochia S. Milldrede, que « terra fuit de feodo Willielmi, filii Alani, de qua finem fecimus versus ipsum Willielmum, filium « Alani, et versus heredes suos in curia domini regis ; habendam et tenendam de domo nostra in feodo « et hereditate, libere, quiete et honorifice, imperpetuum ; reddendo inde annuatim domui nostre duas « marcas argenti sine omni causa, ad duos terminos anni, pro omni servicio, ad festum scilicet sancti « Michaelis unam, et ad festum pasche unam marcam. Et nos debemus prenominata warantizare predicto « Stephano Blundo et heredibus suis contra omnes gentes pro posse nostro. Et sciendum est quod licet « nobis tenere socam nostram Londonie in prenominato mesuagio, quum nobis placuerit. Pro hac autem « concessione, dimissione et carte nostre confirmacione et warantizacione, dedit nobis prenominatus « Stephanus unum bisancium auri in gersumam. Testibus : fratre Alano, fratre Matheo, fratre Williel« mo, capellanis ; fratre Briano ; fratre Roberto, filio Ricardi ; fratre Hugone de Clahyll ; fratre Simone « de Scocia ; fratre Samsone ; fratre Philippo ; Johanne, filio Nigelli ; Johanne, filio Herlicon[is] ; « Gaufrido Blundo ; Roberto, clerico ; Henrico de Cornhell. ; Ricardo, filio Reign[erii] ; Henrico, filio « Ailwini ; Willielmo, fratre Stephani, et multis aliis. » — SOURCE : Londres, Musée Brit., fonds Cotton, Nero E. VI. f. 35 (copie, XVe s.).

XIV. 1190. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, acense à Thurstan de Bapchild des terres dans le Kent, à Radfield et le moulin de Milton, sous diverses conditions, notamment celle d'entretenir un chapelain.* — « Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Garnerius de « Neapoli, prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, de communi assensu et voluntate fratrum « capituli nostri, concessi, et presenti carta confirmavi Turstano de Bakechild., et heredibus suis, terram « nostram in Cantia, quam frater Adam de Tanges dedit nobis concessione domini regis cum corpore suo, « scilicet medietatem de Rodefeld., et totum servicium hominum nostrorum in tenura illa manentium, « preter terciam partem catallorum eorumdem hominum, existentium in eadem terra, que in obitu eorum « remanebit domui nostre, et molendinum de Middelton cum omnibus pertinentiis suis, quod Roge« rius de Wurmedal. tenuit, tenenda et habenda de domo nostra libere, quiete et honorifice ; reddendo « inde singulis annis domui nostre sex marcas et dimidiam argenti, medietatem ad pascha et medieta« tem ad festum sancti Michaelis, pro omni servicio nobis inde pertinente, et adquietando servicium « totum quod debemus domino regi de illo tenemento. Et preterea idem Turstanus et heredes sui tene« bunt capellanum unum et clericum, et eis necessaria exhibebunt, qui singulis diebus in ebdomada pro « domini regis Henrici secundi anima et sua missam cantabunt, et diebus sabbatorum in honore glo« riose semperque virginis Marie pro predicto fratre Adam celebrabunt in perpetuum. Nec licebit ei vel « heredibus suis distrahere domos apud capellam constructas, sed conservabunt eas in bono statu, ad « hospitandum nos et fratres nostros, cum in Cantiam diverterimus ; neque licebit eis gravare aut causari « homines nostros, in tenura illa manentes, nisi forte manifeste forisfacerent, et tunc moderate poterunt et « sine causamento de eis forisfactum capere. Preterea si predicta capella et ejus servicium aliquo casu « desierint aliquo tempore, tunc ipse Turstanus, sive heredes illius, reddent nobis de predicto tenemento « decem marcas argenti singulis annis in perpetuum ad predictos terminos. Et si forte ipse, vel heredes « ejus, preter gratum nostrum cessarent aliquo tempore a solutione predicti redditus, nisi emendaverint « nobis forisfactum infra XL dies post summonitionem nostram, licebit nobis possessionem tenementi « illius ingredi, et nobis tamdiu retinere donec forisfactum nobis fuerit congrue emendatum. In obitu « vero suo et heredum suorum similiter, tercia pars catallorum suorum, que super predictam terram

« erunt, pro salute anime sue, domui nostre remanebit. Hiis testibus: fratre Alano, fratre Matheo, fratre « Willelmo, capellano (*sic pro* capellanis); fratre Gilleberto de Ver; fratre Roberto, filio Ricardi; fratre « Hugone de Clahull.; fratre Rogerio de Waver.; fratre Ilberto de Wilton.; fratre Henrico de Dalbi; « fratre Samuele; fratre Roberto de Leic[estria]; fratre Briano de Lond[onia]; fratre Samsone; « Waltero, clerico. Anno incarnationis dominice M° C° X°C ». — SOURCE : Belmont (Sidmouth, comté de Devon), Bibl. de R. H. Wood. Esq. (orig. scellé sur double queue; le sceau porte à l'avers un suppliant à genoux devant la double croix, et dans le champ: SALVE CRUX SANCTA ARBOR DIGNA. Légende circulaire fruste; cire noyée dans une masse de cire, diam. 46 mill. Au revers : tête barbue de face, diam. 27 mill., cire noyée dans une masse de cire; légende: + SIG.) — TEXTE : *Proceedings of soc. of Antiquaries of London*, 2ᵉ série (13 fév. 1873), V, 445-8.

XV. 1190. — *Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, acense à Robert de la More les terres que l'Ordre possédait à Bickerstaffe, à Parr, à Cronton-Halsnead, à Runcorn avec le bac sur la Mersey, à Haughton, à Platt et à Acton.* — « Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Gar- « nerius de Neapoli, prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, de communi assensu et voluntate « fratrum capituli nostri, concessi, et hac presenti carta confirmavi Ricardo de la More, et heredibus « suis, terram de Bikerstath, quam habemus ex dono Ade, filii Radulfi, et terram de Per, quam habe- « mus ex dono Willielmi Dolfini, et terram de Grewinton Halfsnede (*sic*), et duas bovatas terre de Ran- « chorior, et passagium de Ranchorrior, et terram de Halcton, et terram de Plette, quam habemus « ex dono Mathei, filii Willielmi, et terram de Acton, quam habemus ex donacione Gilberti, filii Radulfi, « et omnes terras, quas habemus de adquesitu ipsius et quas ipse vel heredes ejus poterunt perquirere « domui nostre usque ad valenciam dimidie marce; tenendas et habendas de domo nostra jure heredita- « rio, libere, quiete et honorifice; reddendo inde singulis annis domui nostre, in thalamo nostro apud Lon- « don[iam], quatuor solidos esterlingorum ad capitulum nostrum post festum sancti Michaelis, pro omni- « bus serviciis et placitis et exaccionibus ad nos inde pertinentibus; ita quod fratres nostri de Stanelee « nullam super ipsum, vel heredes suos, hebeant potestatem causandi eos, vel auferendi pecuniam eorum, « nec alicui respondeant, nisi nobis vel locum nostrum tenentibus apud London[iam]. Prefatus vero « Ricardus et heredes sui manutenebunt et regent unam navem super aquam de Merse apud Ranchorior « in caritate, quam Johannes, constabularius Cestrie, dederat antedicto Ricardo et heredibus suis ad istam « elemosinam tenendam, ut omnes, qui Dei amore transitum prefate aque petierint, passagium habeant. « In obitu vero suo et heredum suorum similiter, tercia pars omnium catallorum suorum, pro salute anime « sue, domui nostre ramanebit. Hiis testibus: fratre Alano, fratre Willielmo, capellano (*sic pro* capellanis); « fratre Gilberto de Ver; fratre Roberto, filio Ricardi; fratre Gilberto [*corr* : Ilberto] de Wilton; fratre « Henrico de Dalbi; fratre Nicholao de Cardinel [*corr.* : Cardmel]; fratre Willielmo de Y[pra]; fratre « Gilberto; fratre Ysaac; fratre Samsone; Waltero, clerico. Anno incarnacionis millesimo centesimo « nonagesimo. » — SOURCE : Platt, titres de propriété de Charles Carill., Esq. (copie ancienne, au dos de laquelle est transcrite la donation de Platt aux Hospitaliers par Matthieu Fitz-William). — TEXTE : Rév. J. Booker, *History of the ancient chapel of Birch*, dans *Chetham Society*, XLVII, app., p. 189.

XVI. 14 janvier 1190, Quenington. — *Accord entre Garnier de Naplouse, prieur d'Angleterre, et Guillaume de Lega, relatif à Calsmden.* — « Anno incarnacionis dominice M° C° LXXXX°, in crastino sancti « Hilarii, apud Queniton., convenit hoc modo inter G[arnerium] de Neapoli, priorem, et fratres Hospitalis « Jerusalem in Anglia, et Willelmum de Lega, filium Willielmi, scilicet quod Willielmus de Lega « concessit et tradidit predicto priori et fratribus terram suam de Calemundesden., scilicet totum « dominium suum et totam pasturam de Aldesgare, et duas virgatas terre et dimidiam de villenagio, « unam scilicet quam Symeon, presbyter de Culne, tenuit, et virgatam illam et dimidiam, quam Martinus « tenuit, et totum jus quod in predictis terris et predicta pastura habuit; tenendam et habendam de ipso et « heredibus suis in feudi firmam; reddendo inde annuatim sibi et heredibus suis tres marcas argenti, « scilicet medietatem ad pascha et medietatem ad festum sancti Michaelis, pro omni servicio ad ipsum « vel heredes suos inde pertinente, salvo servicio domini regis et dominorum de duabus virgatis terre « et dimidia de villenagio, quantum ad illas pertinet; quod dominium et predicta pastura sint quieta de « forinseco servicio; et salvo sibi et heredibus suis terra quam Walerandus tenuit, et servicio Henrici « de Chaveringe Wurd., quod ipse Willielmus sibi et heredibus suis retinuit. Et predicti fratres forin- « secum servicium facient ipsi Willielmo et heredibus suis quantum ad duas virgatas terre et dimidiam « pertinet. Hiis testibus: Willielmo de la Mare; Roberto de Cirecestr[ia]; Ricardo Gulafr.; Symone « de Solariis; Johanne le Blake; Willielmo, filio Widonis; Adam, filio Hugonis; Henrico de Hanlea; « Willielmo, filio Andree; Reinaldo de Trussauvilla; Thoma de Lega; Roberto de Sanford[ia]; Ran- « d[ulfo], de Westwell.; Johanne de Hereford[ia]; Waltero et Angodo, clericis Hospitalis. » — SOURCE : Londres, Record office, Ancient Deeds, A. 8990 (chirographe orig.). — ANALYSE : *Catalogue of Ancient Deeds*, IV, 380.

Ce dernier document mérite une mention spéciale. Il montre que, le 14 janvier 1190, Garnier était encore prieur d'Angleterre. Rapproché d'un document de septembre 1190, dans lequel Alain figure comme

prieur d'Angleterre (*Cartul.*, I, n° **899**), il permet de resserrer entre ces deux dates la fin du priorat et la promotion au magistère de Garnier de Naplouse. Il convient toutefois de remarquer que cette observation amène à conclure que l'acte était daté du style de noël ou du 1 janvier, ce qui semble contraire et aux habitudes anglaises (au moins à celles de la chancellerie royale) et à celles de la chancellerie de l'Ordre. Peut-être encore s'agit-il non de la fête de saint Hilaire de Poitiers, père de l'Eglise (célébrée généralement le 14 et en Angleterre le 13 janvier), mais de celle d'un autre saint Hilaire, par exemple de saint Hilaire, évêque d'Arles, qui se célèbre le 5 mai; ce dernier saint toutefois semble avoir été peu honoré en Angleterre.

762 bis. Cf. t. IV, p. 265.

764, l. 11 du petit texte. Au lieu de *II, 400, n° 4438* lisez *I, 400, n° 4438.*

772, p. 487, dernière l. du texte. Au lieu de *Cadasta Bachima* lisez *Cadasta; Bachima*

781, l. 20 du texte. Au lieu de *Almaco* lisez *Alinaco*

783, p. 494, l. 12. Au lieu de *Raillant* lisez *Haillant*

791. Ajoutez: Source : Mont Cassin, Arch. du monastère, boîte 7, n° 22 (copie du 4 nov. 1304, d'après les Arch. du gr.-prieuré de Capoue). — Analyse : P. Kehr, *Papsturkunden in Malta,* dans *Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissensch. zu Göttingen, Philol.-Hist. Klasse,* 1899, p. 405.

795. Ajoutez: Source : Venise, Bibl. S. Marc, cl. V, ms. 76, f. 68 (copie de Smitmer, xviiie s., d'après les Arch. du gr.-prieuré de Venise).

802 bis. Cf. l'erratum pour le n° **839**.

803. Ajoutez : Texte : H. Prutz, *Malteser Urkunden,* 125.

— p. 503, l. 26 et 27 du texte. Au lieu de *Aimo Stacionarius,* lisez *Aimo, stacionarius*

804 bis et 804 ter. Cf. t. IV, p. 265-6.

811. Le texte de cette bulle est imprimé au t. IV, p. 266.

818, p. 510, l. 26. Au lieu de *Bernardus P...* lisez *Bernardus P[etrus]*

— p. 510, l. 29. Au lieu de *Aimericus de Ca....* lisez *Aimericus de Ca[stronovo]*. Cette correction est donnée par les listes des capitouls de Toulouse, sur lesquelles, en 1198, figure Aimery de Castelnau.

820. Dans le sommaire, au lieu de *Torre Blanca* lisez *Torralba*

— Ajoutez : Texte : Miret y Sans, *Noticia historica del monestir d'Alguayre* (Barcelone, 1899), p. 10.

829, p. 516, l. 26. Au lieu de *Carneto* lisez *Canneto*

830. Le sommaire parle d'*Aymeri, comte de Tripoli.* C'est une erreur de Raybaud, l'auteur de ce sommaire. Aucun comte de Tripoli n'a porté le prénom d'Aimery. Il faut lire *Aymeri, évêque de Tripoli.*

831. Ajoutez: Analyse : Potthast, *Reg. pont. Roman.*, n° 18446 (avec attribution erronée à Urbain iv).

— p. 517, n. 2. Au lieu de *Geysa III* lisez *Geysa II.*

— p. 518, l. 5. Au lieu de *Veytyo* lisez (comme Knaus, *Monum. ecclesie Strigoniensis*) *Veytic*

— p. 518, l. 5. Au lieu de *S. Ma....... novt* lisez *S. Ma[rie de Th]ovt*

837. Cette charte fut donnée à *Ayerbe* et non à *Ayerbo*

839. Cet acte aurait dû être classé sous le n° **802 bis**. Il doit, en effet, être daté, non [*Vers 1188*], mais [*Avant le 23 avril 1186*], puisqu'on a la preuve, dans le n° **802**, que, le 23 avril 1186, frère Martin avait déjà succédé à frère Bernard comme maître ou précepteur en Bohême.

840, p. 524, l. 21. Au lieu de *Stephanus; Morkowic, et frater* il faut probablement lire *Stephanus de Monkowic, et frater*

841. Dans le sommaire, au lieu de *Adélaïde* lisez *Adèle*

855. Dans le sommaire, au lieu de *Pont* lisez *Pons*

858, p. 532, l. 2. Au lieu de *Brab[antinorum]* il faut certainement lire *B[isantinorum]*; la monnaie de Brabant n'existait pas.

863. Dans le sommaire, au lieu de *la Cave, Rochefort* lisez *la Cave-Rochefort*

865, l. 29-30 du texte. Au lieu de *Ulricus; Durciglaviz; Jurik; Uiritovitz*; lisez *Ulricus Durciglaviz; Jurik Uiritovitz*

867, l. 10 du texte. Au lieu de *Hubricus* lisez *Hulricus*

867 bis. Cf. t. IV, p. 267.

869, l. 7 du texte. Quoique la copie de Madox porte: *Roberto de Lindes et preceptore Cantie,* il faut restituer: *Roberto de Lindes, tunc preceptore Cantie*

870, p. 553, l. 8. Au lieu de *S. Gr[acia]* lisez *S. Cr[uce]*

— p. 553, l. 9. Au lieu de *Roberto Papio* lisez *Roberto Parvo* et au lieu de *fratre.... loni* lisez *fratre Salomone*

— p. 553, l. 10. Au lieu de *fratre Ugono de Vinford* lisez *fratre Hugone de Buiford* et au lieu de *Cadmel* lisez *Cardmel*

— l. 11. Au lieu de *Scotia* lisez *Scoth[ia]*

Le sceau qui figure sur cette charte n'est pas le sceau originaire, mais un petit sceau brun du xve siècle, sur lequel on distingue un W surmonté d'une sorte de petite couronne. Ce sceau a été appendu postérieurement à l'acte (*Catalogue of seals of the Britsh Museum,* I, 854, n° 4526).

Nous savons, par un témoignage distinct de celui de cette charte (*Testa de Nevill, sive liber feodorum in curia saccarii, tempore Henr. III et Edw. II*, Londres, 1807, 403), que Roger Fitz-Ranikel donna une charruée de terre à Linacra aux Hospitaliers (Cf. *Lancashire and Cheshire record society*, XLVIII, 22-3).

870 bis. Cf. t. IV, p. 267.

873, l. 1 du texte. Au lieu de *Qum* lisez *Quoniam*

874, l. 1 du texte. Au lieu de *Trecensis* lisez *Trecensium*

875, l. 5 et 6 du texte. Au lieu de *domum Lanthfridi Brunekini Sifredi* lisez *domum Lanthfridi, Brunekini, Sifredi*

876. Ajoutez : Source : Londres, Musée Brit., ms. Harley 84, f. 98 (copie, milieu XVIIe s.).

878. Ajoutez : Sources : Londres, Musée Brit., ms. Harley 84, f. 238 *b*; ms. 85, f. 567 (copies, XVIIe s.).

880, p. 560, l. 15 du texte. Au lieu de *Burgum* lisez *burgum*

881. Dans le sommaire, au lieu de *Loo* lisez *Loos*

883, l. 1 du texte. Au lieu de *Davili* lisez *Danili*

884. Dans le sommaire, effacez les mots *Alphonse Jourdain*

885. Ce document, analysé dans le *Codex dipl. Silesiæ*, VII, 1, 200, n° 429 *a*, a été placé par l'éditeur de ce *Codex* entre les années 1234 et 1240; cette approximation résulte d'autres documents datés, dans lesquels figurent les témoins de celui-ci. Il aurait donc fallu ranger la présente charte sous le n° **2072 bis.**

886, l. 12 du texte. Au lieu de *Limanfres* lisez *li Maufres*

— l. 13 du texte. Au lieu de *major* lisez *Major*

888, l. 1 du texte. Au lieu de *Trecensis* lisez *Trecensium*

890, ligne pénultième. Au lieu de *Neum* lisez *Nevin*

891 bis. Cf. t. IV, p. 268.

892. Cette charte a été donnée non pas à *Vich*, mais à *Vic-Fezensac*.

893. Dans le petit texte, c'est par erreur qu'on a indiqué le t. VII au lieu du t. VIII de D. Vaissete

— p. 567, l. 16. Au lieu de *Sic Deus non adjuvet* lisez *Sic Deus nos adjuvet*

895, p. 568, l. 8. Au lieu de *Walkel* lisez *Walkelino* et au lieu de *Pratell* lisez *Pratellis*

896, p. 569, l. 9. Au lieu de *Chasa debita Alfaol* lisez *Chasa de Bita Alfaol*

899 bis. Cette charte non datée se place entre les dates extrêmes que nous indiquons ici, et qui correspondent à la période pendant laquelle Alain fut prieur d'Angleterre. La situation des terres acensées ici n'est qu'imparfaitement désignée. Stanstrate indique simplement l'emplacement d'une voie romaine (Stone-Street); Bumsted est probablement Bumpstead-Steeple, dans la partie septentrionale du comté d'Essex, près de Bumpstead-Helion. Le nom de cette dernière localité, qui a conservé le souvenir de la famille du donateur, doit être retenu; il nous donne la certitude que les biens acensés étaient situés aux environs de Bumpstead-Helion.

[Sept. 1190 — 16 avril 1195]. — *Alain, prieur d'Angleterre, acense à Gautier de Bailleul des terres que l'Ordre avait reçues de Robert d'Helion et de Gilbert de Bailleul.* — « Sciant presentes et futuri quod « ego frater Alanus, prior fratrum Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, consilio et assensu capituli « nostri, concessi, et presenti carta confirmavi Waltero de Baillol. octo acras terre, quas Galfridus Angere « tenuit, et quas habemus ex dono Roberti de Heliun, et VII acras juxta Stranstrate ex donacione ejusdem « Roberti, et quinque acras, quas Joce tenuit ex donacione predicti Roberti, et V acras, quas Walterus « de la Hille tenuit ex donacione sepedicti Roberti, et unam acram et dimidiam in Bumsted ex dona-« cione Gilberti de Baillol. ; habendas et tenendas de domo nostra sibi et heredibus suis libere et quiete « ab omni seculari servicio et exaccione inde ad nos pertinente ; reddendo inde annuatim domui nostre « septem solidos et decem denarios ad duos terminos, medietatem ad festum sancti Michaelis et medie-« tatem ad pascha ; ita tamen quod, in obitu suo et heredum suorum similiter, tercia pars catallorum, « que super easdem terras fuerint, domui nostre remanebit. Hiis testibus : fratre Matheo, fratre Samuele, « fratre Willielmo, fratre Humfrido, capellanis ; fratre Gilberto de Ver ; fratre Roberto, filio Ricardi ; « fratre Hugone de Buiford ; fratre Ilberto ; fratre Waltero de Stanford, et multis aliis. » — Source : Londres. Musée Brit., fonds Cotton, Nero E. VI, f. 346 (copie, XVe s.).

900, l. 27 du texte. Au lieu de *Garnerus de Creato (?), Montis Regalis dominus* lisez *Garnerus, de Creaco Montis Regalis dominus*

900 bis. La date de la charte que nous publions ici, bien qu'en soi elle ne présente aucune impossibilité, ne doit cependant être admise que sous réserves. Le lecteur remarquera, dans l'énoncé de cette date, deux particularités : la première est la formule *secundo anno regis Ricardi primi Anglie,* dans laquelle la place du mot *secundo* semble d'autant moins naturelle que ce mot a été surchargé dans le texte ; la seconde est l'emploi du mot *feria*, sans que celui-ci soit précédé du chiffre de la férie *(feria ante festum sancti Andree)*. Il paraît donc évident que le copiste de l'acte a eu une défaillance en transcrivant cette date, sans qu'il soit possible de déterminer sur quel point cette défaillance a porté :

29 novembre 1190. — *Alain, prieur d'Angleterre, conclut avec l'abbaye de S. Croix de Waltham un*

accord, relatif à une écluse à établir près du moulin de Nasing pour amener l'eau (probablement celle de la Lea, rivière qui sépare les comtés d'Essex et d'Hertford) au moulin des Hospitaliers à Broxbourne. — « Concordia inter abbatem de Waltham et priorem Hospitalis de locto apud Brokesburn. — Frater « Alanus, preceptor fratrum Hospitalis Jerusalem in Anglia, universis sancte matris ecclesie filiis, ad « quos presens scriptum pervenerit, salutem. Noverit discrecio vestra, assensu capituli nostri, pacem et « concordiam finaliter factam esse inter nos et abbatem et canonicos ecclesie S. Crucis de Waltham de « loquela, que fuit inter nos de locto firmando et terram (*sic*) ipsorum de Nasynge juxta molendinum « predicte ville, scilicet quod nos loctum nostrum firmabimus ad terram ipsorum canonicorum, et omnes « aquas, que sunt inter ipsum loctum et predictum molendinum, stupabimus, si voluerimus, ut aquam « ducamus ad molendinum nostrum de Brokesburn ; set ita hec tamen faciemus ut, per limen quod « ponemus in predicto locto, navigium non impediatur, nec per refluxum aque fiet detrimentum molen« dino vel terre predicte ville. Et propter prefatum loctum firmandum et aquas stuppandas, sicut predic« tum est, nos solvemus singulis annis de molendino nostro de Brokesburn quatuor solidos ad firmam « de Nasynge, et hos quatuor solidos trademus custodi molendini de Nasynge ad duos anni terminos, « scilicet ad pascha duos solidos, et ad festum sancti Michaelis duos solidos. Et preter hec concedimus et « quietum clamamus prefatis canonicis ad predictam firmam loctum veteris molendini de Brokesburn, « ad habendam ibidem piscariam ; et ideo nos libere in locto nostro piscari poterimus. Hec convencio « facta fuit secundo anno regis Ricardi primi Anglie, feria ante festum sancti Andree, in prato juxta « predictum loctum. Presentibus Rogero Bataill et Laurentio de Hebregge, qui ibi fuerunt propter hanc « loquelam per preceptum vicecomitis, et aliis multis de melioribus viris de duobus hundredis proximis « predicti locti de Hertfordshire et de Essex. » — SOURCE : Londres, Musée Brit., fonds Cotton, Nero E. VI, f. 139 *b*. (copie, xv[e] s.).

904. Dans le sommaire, comme dans la note 1, au lieu de *Auger* lisez *Ogier*.

— Ajoutez : SOURCE : Paris, Arch. nat., LL 1450 A, f. 69 *b* (copie, XIII[e] s.).

905 bis. 1191. — *Alain, prieur d'Angleterre, acense à Lambert Corviser le sixième de Lindale et des terres possédées par l'Ordre entre Brethegate et le pont de Lindale.* — « Notum sit omnibus sancte matris « ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, quod ego frater Alanus, preceptor fratrum Hospitalis « Jerosolimitani in Anglia, de communi assensu et voluntate capituli nostri fratrum, concessi, et presenti « carta confirmavi Lamberto Corvisario et heredibus suis sextam partem de Lindale, et sextam partem « terre nostre, que est inter Brethegate et Lindalebec, quas habemus ex dono Reineri Flandrensis, tenen« das et habendas de domo nostra jure hereditario, libere et quiete, in bosco, in plano, in pasturis ; « reddendo inde singulis annis domui nostre tres solidos et unum denarium, medietatem ad pascha et « medietatem ad festum sancti Michaelis, pro omni servicio nobis inde pertinente, et sexdecim denarios « Reinero Flandrensi, medietatem ad festum sancti Martini et medietatem ad pentecosten, per manum « fratris quicumque pro tempore exstiterit procurator noster in partibus illis ; ita tamen quod, in obitu « suo et heredum suorum similiter, tercia pars catallorum suorum, que super predictam terram erunt, « domui nostre remanebit. Hiis testibus : fratre Matheo, fratre Willielmo, fratre Philippo, capellanis ; « fratre Gilberto de Ver ; fratre Roberto, filio Ricardi ; fratre Henrico de Dalbi ; fratre Briano. Anno « incarnacionis dominice M° C° XC° primo. Et facta fuit hec carta per fratrem Nicholaum de Cartmel. » — SOURCE : Bibl. de la chapelle d'Hornby (orig., sceau perdu).

910 bis. Cf. t. IV, p. 268.

912, p. 579, avant dernière ligne. Au lieu de *Maitiva* lisez *Martura*

915, l. 1 du texte. Au lieu de *Quum* lisez *Quoniam*

917. Bien que cet acte soit le premier dans lequel figure Garnier de Naplouse avec la qualification de grand-maître, nous avons établi plus haut (p. 326) que la promotion de Garnier au magistère se place entre le 14 janvier et le mois de septembre 1190. Un document récemment signalé, du 6 décembre 1190 à Messine, donne ce titre à Garnier, qui y figure comme témoin ; c'est la première mention certaine du nouveau grand-maître (J. H. Round, *Cal. of doc. preserved in France*, I, 15, d'après un cartul. des Arch. capit. de Rouen). La dernière mention qui le signale comme grand-maître est du 12 juin 1192 ; à cette date il prit part au combat de Betenoble (*Itinerarium regis Ricardi*, dans *Memorials, etc., of Richard I*, ed. Stubbs, I, 371-2). Il mourut probablement le 31 août 1192, s'il convient, comme nous le croyons, d'adopter la date de mois et de jour donnée par une liste des prieurs anglais, et sans aucun doute empruntée à un obituaire (Londres, Musée Brit., fonds Cotton, Nero E. VI, f. 446, copie, XV[e] s.).

920 bis. Cf. t. IV, p. 269.

921 bis. Cf. t. IV, p. 269.

923 bis. Cf. t. IV, p. 269.

926. Dans le sommaire, au lieu de *Alphonse III* lisez *Alphonse II*

— Ajoutez : SOURCE : Carpentras, Bibl. publ., ms. 1855 (Peiresc LXXIII), f. 473 (XVI[e]-XVII[e] s.).

927, l. 5 du texte. Au lieu de *A. Ermigii* lisez *A*[*lfonsus*] *Ermigii*

— l. 8 et 9 du texte. Au lieu de *F(?) Vispo* lisez *F*[*ernandus*] *Vispo*

930 bis [Septembre] 1192. — *Alain, prieur d'Angleterre, acense aux chanoines d'Holyrood d'Edimbourg des terres à Artun et à Hirtun (territoire de Galloway).* — « Notum sit omnibus, tam presentibus quam « futuris, quod ego frater Alanus, prior fratrum Hospitalis Jerusalem in Anglia, de communi consilio et « assensu fratrum capituli nostri, concessi, et presenti carta confirmavi canonicis S. Crucis de Edenes- « burg. terras nostras, quas in Galeweia habemus, scilicet Artun. et Hirtun., cum suis rectis divisis, et « cum omnibus ad predictas terras pertinentibus, habendas et tenendas de domo nostra sibi imperpetuum, « libere et quiete ab omni servitio et consuetudine ad nos inde pertinente, eadem scilicet libertate et « dignitate qua Rollandus nobis illas donavit et confirmavit; reddendo singulis annis domui nostre « quadraginta solidos ad duos terminos, medietatem scilicet ad letare Jerusalem et medietatem ad « assumptionem beate Marie. Hiis testibus : fratre Matheo, fratre Willielmo, fratre Roberto de « Lindes., fratre Roberto Percio [*corr* : Parvo], capellanis ; fratre Gilliberto de Ver ; fratre Roberto, « filio Ricardi ; fratre Roberto P[oucin] ; fratre Simone Scotie, per quem hec carta facta fuit ; fratre « Samsone ; Simone, clerico. Ad capitulum sancti Michaelis, anno incarnacionis Domini M° C° XCII° — « *Au dos* : Confirmacio prioris fratrum Hospitalis de Jerusalem de Irtona et Hirtona. » — TEXTE : *Liber cartarum Sancte Crucis* : *Munimenta ecclesie Sancte Crucis de Edwinesburg* (ed. Cosmo Innes, Edimbourg (Bannatyne Club) 1840), p. 43 (d'après les originaux, possédés pour la plupart par lord Panmure).

935. Dans le petit texte, supprimez : commanderie de Wurzbourg, liasse 1.

936. Ajoutez : TEXTE : F. Knauz, *Monum. eccl. Strigoniensis,* I (Gran, 1874), 142.

— p. 593, l. 7. Au lieu de *Pyrum* lisez *pyrum*

939 bis. Nous avons rencontré plus haut des documents dans lesquels Alain, avant son élévation au priorat, portait le nom d'Alain de S. Croix. Cette désignation lui fut donnée parce qu'il occupait les fonctions de commandeur de S. Croix de Winchester.

